Lisbon

Class 270F Book Se53

General Theological Seminary Library
Ninth Ave. and 20th St., New York

Besides the main topic this book also treats of

Subject No.	*On page*	*Subject No.*	*On page*

1814

Soc. for Prom. Rel. and Learn

D. IOH. SAL. SEMLERI

PROFESSORIS THEOL. P. O. IN REGIA FRIDERICIANA

HISTORIAE ECCLESIASTICAE SELECTA CAPITA.

CVM

EPITOME CANONVM

EXCERPTIS DOGMATICIS ET TABVLIS CHRONOLOGICIS.

TOMVS PRIMVS.

SEX SECVLORVM.

GEN. THEO. SEM. LIBRARY NEW YORK

GEN. THEOL. SEM. OF THE PROT. EPIS. CH.

HALAE,

IMPENSIS IOHANNIS GODOFREDI TRAMPII.

MDCCLXVII.

270F
Se53

14210

DOMINO.NOSTRO.
FRIEDERICO.MAGNO.
PIO.FELICI.PHILOSOPHO.
CONSERVATORI.REGNI.SUI.
STATORI.LIBERTATIS.

VOTA XXX.
FELICITER.

REX AVGVSTISSIME

In *regia Fridericiana* theologiae per tria luſtra Profeſſor, quam adhuc fuerim publice priuatimque ſecutus rationem, et diſcendi et docendi: hic

hic liber audet prodere; ſi quidem ei contigerit, ſacris aut oculis aut manibus illabi. Superbierunt non raro libri tam felici fato; quo an ſit hic ſatis dignus, experiar.

Fridericiana ſapientiae et iuſtitiae Regiae debet hanc ſummam felicitatem, quam boni omnes optare ſolent: vt liberaliter operam dare eruditioni ius fas ſit. Succreſcit et eodem Regis ſapientis numine theologiae chriſtianae liberalis auctoritas; cuius ſi eſt aut turpior forma aut in-

ge-

genua, pariter ad religionem publicam priuatamque pertinebit. Eo certe vtraque pulcrior eſt atque amabilior, quo minus aut timet ipſa aut timetur, palatinis ſubiecta legibus.

Hanc igitur, ſi fas eſt, longe verecundiſſime veniam ſupplex rogo: vt hic mediocris liber, qui omnibus placere non poteſt, Regi noſtro non omnino displicuiſſe videatur. Sic ad ingenuam, quam amas et iubes, mentem, eo diligentius ſe informare audebunt ii: qui chriſtianam in Deum re-

ligio-

ligionem ſapienter, priuatam autem, in Regem Optimum, et Regiam Gentem, fideliſſime populis commendare TVIS voluerint. *Tricennalia* felici omine occupo, ſpem nouam prouinciarum! Feliciter! In *Fridericiana Halenſi* d. XII. Februarii cIↄIↄCCLXVII.

IOH. SAL. SEMLER.

PRAE-

PRAEFATIO.

De hiſtoria Chriſtianorum *eccleſiaſtica* et veteres quidam et noui non pauci ſcriptores bene mereri ſtuduerunt; quorum quo ego minus eam in rem collata ſtudia ignoro, eo magis de mea ſimili opera tenuem aut humilem adeo ſententiam me ipſum ferre decet. In tanta enim ſcriptorum varietate mei loci nomen et obſcurum erit, et meritorum opportunitate non praecipue gaudet. Me vero ſuſcepti negotii nec poenitet nec pudet; eius certe ingenua ratio aequis et peritis cauſſae arbitris non omnino diſplicere poterit, ſi vel minus aucupari eorum gratiam videar; intelligunt enim continuae et iuſtae diligentiae,

et liberali ſtudio hic locum non deeſſe. Apud alios autem iudices, apud ignauos atque imperitos homines, vel copioſiſſima et ſtudioſisſima excuſatio aut defenſio propoſiti noſtri parum profecerit: quia ita ſe ſuamque, ſi placet, et conſuetudinem et virtutem, amant, vt reuocari ſe ab illa, quam ſemel amplexi ſunt, ſententia, non patiantur. Igitur aequis lectoribus, et liberalibus arbitris, vt breuisſime poſſum, conſilii mei rationem reddam non inuitus: quia gloriolae et vanae laudi conſequendae tam non dare ſoleo operam, vt potius bonorum me, qui numero pauciores eſſe ſolent, aequo et liberali iudicio conſoler; quibus, vt ſperare ſuſtineo, nec obſcura omnino erit, nec improbabitur collata a me in rem non exigui momenti opera. Horum ego monitis et cenſuris, quibus emendari hic liber et eius omnis ratio adhuc poſſit, lubenter, vt bonum probumque virum decet, obſequar.

Atque hic ego iſto excuſandi genere non praecipue vtar, quod ſatis late patet, et novis quibusque ſcriptoribus facile videtur convenire: qui, ſuo profecto iure, id prae ſe ferre ſolent: non commodiſſime academicis iu-

ve-

venibus aliorum libros explicari; vtilius, facilius certe, doctorem publicum suos ipsius interpretari libellos. Itaque nouorum semper librorum, qui academicis destinati sunt hominibus, eximia copia subnasci solet. Equidem, quod ad hunc locum attinet, non habeo queri de eximia difficultate, quam aliorum libellos interpretatus senserim; licet, per plures annos, nullos in meos libros commentatus fuerim. Liberaliter enim aut sequor libri, quae adest, iustam auctoritatem; aut eam non revereor, si nulla est, aut non satis confirmata. Hac certe ratione arbitror, ad ingenuam mentem et liberalem eruditionem praecipue informari academicos iuuenes. Nec tamen iuerim inficias, non raro iusto copiosiorem fieri libelli alicuius explicationem: quae ita sit instituenda, vt et auctoris sensus recte pateat, et dissentiendi ab eo caussa omnino percipiatur; quae res, si frequentius et luculento quasi in loco discedas ab illo, cui praeeundi concesseras auctoritatem, nec inuidia tandem et calumnia apud imperitos homines carebit. Solent certe plerique auctoritatis huius, qua doctores superioris aetatis gaudent, praesertim,

 cum

cum de ſacris diuinisque rebus praeceperint, vim et ius non bone diſtinguere, ab illo honore, qui omnibus bene olim meritis a nobis debetur. Videmus certe plerumque auctoritate et iuris quaſi numine vincere, qui temporis beneficio ita nos ſuperant, vti ſuae aetatis homines bene meritis antecedebant; licet facile perſpici poſſit, optimos quosque et meritiſſimos homines, non hoc ſibi tribuiſſe arrogantius, vt, alios omnes, qui poſt eos vixerint, fixos quaſi ab ipſis cancellos egredi noluerint; quamuis et noua opportunitas ſic ferat, et animum ingenuum fas non ſit ita frui ſuperiorum beneficiis, vt domeſtica ignauia ſemper torpeat. Quantum tamen errorum feliciter poſteriorum continua ſollertia propulſauit! quorum improba auctoritate antiquiorum aetas adhuc premebatur! Igitur, qui ſucceſſerunt per ſeculorum ſeriem ſcriptores doctoresque, probi et boni, ſoli iam gaudent diuinitatis quaſi numine et iure, vt feliciſſime diuinarum humanarumque rerum ſcientiam ſic et repererint omnem et deſignarint, vt poſteris, nobisque, praeter aeternam verecundiam et continuum obſequium, ſuperſit laudis nihil? Crimini

enim

enim datur, ſi vel academici doctores intelligant, muneris ſui ad noſtram aetatem eſſe eandem virtutem et ſpem et diligentiam, ob quam ſuperiora per ſecula optimi quique doctores de ſua aetate tam bene meriti celebrantur. Abeunt hic ad vetuſta illa iudicia, ſacra quaſi ſenatus conſulta, aut publica plebis ſcita, atque illorum triſtia carmina nobis oggerunt, ſi haereſium auerruncandarum priſtinas caerimonias omnes non omnino nobis placere, nec noſtris temporibus conuenire, fateamur. Sed ab initio huius ſcriptionis querelas abeſſe convenit; ſuſcepti potius operis rationem, libere, vt mea fert conſuetudo, prodam.

De hoc, opinor, inter omnes conſtat: *hiſtoriam eccleſiaſticam* per omnia ſecula ita recenſeri, vt auctoribus ſcriptoribusque aut perſpecta fuit, aut praecipue ſuae aetatis lectoribus vtilis et commoda eſſe videbatur. Ita certe res habet; licet pauci ad eam animum aduertere ſoleant. Ineſt igitur vetuſta illa audiendi atque intelligendi conſulendique in commune, conſuetudo atque indoles, quae fuit iſtorum temporum, quibus ſcribebatur; quam ſi omnem, quantumuis rudem, ingeniisque

que et moribus iſtis ſimillimam, ad nos hodie transferamus: praecipuo non ſolum omni fructu caremus, ſed etiam vitii non parum adſciſcimus. In noſtrae enim aetatis homines ita nos gerere diſcimus, ac ſi eſſet hodie, aut reuocanda certe eſſet, eadem temporis ſocietatisque humanae indoles, quae iſtis ſeculis inerat. *Iudaeorum* inuenuſtas opiniones, ſententiarumque ſeria ludibria, quae ſacris in libris, hebraicis graecisque, non raro narrantur, aut attinguntur, (licet ſine approbatione,) et meliores Israelitae non ſecuti ſunt, et Chriſtiani peritiores reiecerunt. *Chriſtianorum* autem multi ſi opinandi vulgatam conſuetudinem transmiſerunt aliis, iſta per tempora: ad nos certe nulla auctoritas ſupereſt, quae opinionibus iſtis et nos cogat ſtudioſius dare operam. De *reditu Chriſti* ad regnum mille annorum in terra capeſſendum, vulgata fuit olim plura per ſecula ſententia: quam et epiſcopi doctoresque non pauci tenuerunt; nec dubitare licet, non defuiſſe improbum ſenſum et ſtudium non obſcurum multorum hominum, qui in Romanum imperium tantum non publice auderent vaticinari. Horum parum

ſalu-

ſalubria atque inhumana conſilia a romanis magiſtratibus repreſſa fuiſſe, cur miremur? Paucorum certe fuit ingenua et ſana religio; plerique infirmi, carnales et ſpirituali religioni, quae mentis emendatione et perfectionis ſtudio continuo conſtat, non adſueti. Queritur iam Chriſtus et *Paulus* de multorum ignauis et foedis conſiliis. Itaque *perſecutionum* illuſtre nomen facile imponere poterat iis, qui ſcriptoribus iſtis iuſto plus dediti ſunt; atque impoſuit eo facilius, quod ſuperiora per tempora *decem* perſecutionum numerum, quaſi ſacrum, vel boni ſcriptores, ſolebant ſaepiſſime repetere.

Sentiendi atque opinandi conſuetudo vetuſta per tempora ad eam, quae tunc valebat, eccleſiaſticae ſocietatis faciem informatur. Scimus igitur gentes barbaras et ab omni fere ingenii vſu alienas, variis docendi adiumentis, ad illa publica romani imperii ſacra adductas fuiſſe. Non adſpernabantur Epiſcopi ſacrorum eam imaginem, quae a gentium iſtarum moribus et ritibus ſacris minus abiret. *Diſpenſationi*, oeconomiae, hoc tribuebant; inde feſtorum dierum et caerimonia-

rum

rum illa improba multitudo. Porro Epiſcoporum inde a quarto ſeculo fuit magna poteſtas; de rebus ſacris, et theologicis, cum aliorum, (imperitiorum enim aut humanis aliis negotiis recte deditorum,) eſſe non poſſet iudicandi et arbitrandi facultas: per Epiſcopos et ſuperiores Clericos iudicia omnia habebantur, ſi quaeſtio incideret, quae ſcripturae ſacrae ſenſum et vſum attingeret. Intelligamus hic, hanc rem ſic ſe habere; vt perſpiciamus eam viam, qua nos hodie ſalubrem frugiferamque hiſtoriae eccleſiaſticae notitiam reperiamus. Exſtiterant iam a primis ſeculis *Chriſtianorum ſectae* aut *ſocietates diuiſae*, et ſeiunctae a ſe inuicem; qui aut a Iudaeis transtulerant ſuperſtitionem, Romanis non probabilem; aut aliquam ab iis gratiam inierant, atque ideo ab aliis Chriſtianis, Iudaeorum adverſariis, ſeiungebantur; aut *Romanorum* auctoritate defendebantur, quae Philoſophiae et eruditionis doctoribus non deerat; aut animi probitatem illam vere chriſtianam, vnice ſequebantur, cui facile intelligebant, has iſtas ſectas alias, non praecipue dare operam. Sectae omnes, ſi reipublicae non inſtaret peri-

cu-

culum, libertate illa externa vtebantur, ſub Romanis imperatoribus; licet ſciamus, hic ibi per prouincias plures, pauciores, priuatorum hominum conſiliis, ſtudiis, vitiisque, in Chriſtianos etiam ſupplicia conſtituta fuiſſe, cum noua atque *inuſitata ſuperſtitio*, nempe, qua terrarum orbis alia conditio, et populorum omnium clades inuenuſte ſperabatur, exprobrari, atque reipublicae detrimentum metui poterat. Nec *praecipua* fuerunt eo tempore *iura Catholicorum;* deerat externa auctoritas; excludebantur haeretici ab hac ſocietate, ſed nemo *compellere* poterat, *vt intrarent*. *Traditionem* apoſtolicam opponunt *Irenaeus*, *Tertullianus;* non legem et vim eccleſiaſticam. Inde a *Conſtantino* autem non parum ſucciſa fuit ſacrorum eligendorum externa libertas; *Catholicorum* maior pleraſque per prouincias Romanas ſocietas, facile praecipuam iurium partem ad ſe traxit. Iam ſcriptores hiſtoriae eccleſiaſticae ſolent in ſcribendo eadem regi auctoritate publica, cuius partem aliquam ipſi tenebant et amabant; itaque rariores ſunt et epiſcopi et ſcriptores, qui ſint in alias religionis ſectas et familias aequi et mites; nec effu-

ge

gerunt aliorum notam, ſi et a prudentia et ab aequitate ſe non alienos eſſe, prae ſe ferre audebant. Itaque in haereticos ſolent plerique omnes ſcriptores vehementius dicere ſententiam, quia epiſcopi in ſynodis maioribus minoribusque eos damnarunt. Atque hic ſpero optimum quemque facile perſpecturum, quo animo iſta dicam; nec enim in iſtos ſcriptores vltro iniquus ſum; ſed aetatis noſtrae longe aliam eſſe indolem admoneo, quam ſi non obſeruamus, religionis chriſtianae, quae hodie alia ſtudia noſtra ipſa et poſtulat et patitur, ad nos aliosque ipſi impedimus ſucceſſus. Sublata ſunt ſenſim, quod dei ſapientia et beneficio non accidere non poterat, Epiſcoporum ſynodorumque illa iudicia; ciuitatum regendarum ſucceſſit alia ratio; hominum, qui eruditioni operantur, libera ſunt ſtudia; nec enim vni ſubſunt domino; nec domini terrarum omnes clericis ſtudent. Nempe, quod *Pauli*, Samoſ. *Arii*, *Photini*, priuata decreta reiicimus, non iſtis debetur vetuſtis *conciliis*, imperatorumque per ea tempora legibus, quae, vt ſunt variae et minus conſtantes, noſtris terrarum dominis tam non impoſitae ſunt, quam

non

non fuerunt *Theodorico*, Gothorum illi incomparabili regi, aut *Perſarum* monarchis, qui *Neſtorianos* incolas lubenter ſuſceperunt; aut *Muhammedanis* dominis, qui opinandi libertatem ſacram, non auferebant, etc. impoſitae. Nos enim intelligimus ipſi, libere noſtris ſtudiis dediti, locum habere iſtas opiniones *Arii* etc. ad nos non poſſe; a quibus vt *Catholici* ſuos doctores et miniſtros ſacros ſeiungerent, iſtis decretis oppoſuerunt olim alia ſua decreta, de ὁμοουσίας etc. *eccleſiaſtico ſuo iure* eam in rem tanto vſi, quanto imperator aut rex eos vti concedebat. Nec profecto defuerunt, qui *Arianis*, *Nouatianis*, etc. ſacrorum ſimilia iura permiſerunt; minora autem hic ibi et *Catholici* quaedam per tempora habuerunt. Haec cauſſa tam eſt politica, atque cum Regum prudentia, temporumque et locorum conditione tam cohaeret: vt mirum non ſit, Catholicos ſemper contra alias ſectas ferre difficiles ſententias, qui imperatoribus et regibus ſuberant catholicis; eosdem autem Catholicos *Arianis* dominis parere, Arianorumque ſacra, eadem in ciuitate, non impedire videmus; ſacrorum adeo *Arianorum* libera iura vel Papam apud Imperato-

rem graecum ſcimus adiuuiſſe, cum timendum eſſet, ne rex *Arianus* in *Catholicos* ſtatueret idem ius, quod in Arianos videbatur imperator, ſuis in terris, iam exercere. Eadem cauſſa eſt *Neſtorianorum, Monophyſitarumque*; de externo ſacrarum ſocietatum iure et honore praecipue res agitur, non de animorum perfectione atque aeterna ſalute hominum, quae iſtis eccleſiaſticis decretis, quibus ſocietas publica ſacra diſtinguitur ab aliis, nec continetur, nec impediri poteſt. Solent autem hi ſcriptores, *orthodoxorum* illa ſacra iura ita nobis deſcribere: vt, ſi iſtos iudices audiamus, de hominum aeterna ſalute ſimul et maxime actum fuerit; ſolebant enim aeternam ſalutem minus liberaliter fingere et ſuae familiae ſuisque ſacris caerimoniis attribuere. Nec ignoramus, iſta per tempora iniquiorem valuiſſe illam publicam ſententiam: nullam ſalutem ſperandam eſſe homini quantumuis probo et chriſtianae mentis pleno, niſi *eccleſiae catholicae*, ſocietatis illius maioris, ciuis ſit, gratiaeque (eccleſiaſticae), quam deus nullam impertiatur extra hanc eccleſiam, particeps fuerit. Atque hic nos iſtorum temporum Epiſcopos docto-

res,

res, Abbates etiam atque monachos, merita laude non defraudabimus; quos inter multi fuerunt prudentia, ſapientiaque et ciuilium rerum gerendarum facultate inſignes; quorum miniſteriis iſta per tempora imperatores et reges aut carere non potuerunt, ſi maxime voluerant; aut vſos fuiſſe ipſos non magnopere poenituerat; licet nec eorum deſint iudicia, qui de clericorum et περιεργιᾳ et πανεργιᾳ non obſcure querebantur. Sed hos etiam ipſos ſacrorum Antiſtites, recte perſpexiſſe et commendaſſe ingenuam Chriſti diſciplinam, quis tandem, e noſtris, audeat confirmare? Qui animi vitiis ipſi adhuc onuſti, ſuperſtitioſarum caerimoniarum iugum compoſuerunt, quo vis animi omnis opprimebatur. Illud autem hic praecipue attingimus: iniquiorem fere ſemper ſententiam in eorum familias ferri ſolitam fuiſſe, qui haereticorum nomine inſigniebantur. Horum ego decreta nunquam quidem praeſtabo omnia, nec errores commendatum ibo; ſed inhumanius fere cum iis actum eſt, qui, non propter flagitia aut crimina, ſed propter opinandi priuatam conſuetudinem, e ſcriptura ſacra non minus ab ipſis deriuatam, non

ſolum ciuili omni iure et beneficio priuabantur; ſed etiam e romano orbe eiiciebantur; vt inter barbaras gentes quaerendi fuerint miſerae vitae et mentis in neminem improbae, conſcientiaeque erectae, liberales patroni. Hic nobis cauendum eſt ab ingenio ſcriptorum eccleſiaſticorum plerorumque; in haereticos ſolent omnes vehementer inuehi, atque atrocia multa narrare, vt plebem in ſuo retineant obſequio; e. g. *Pelagiani*, *Priſcillianiſtae*, *Acephali*, cet. quomodo deſcribuntur? Horum in bona ſacra Regum mandatis catholici ſuccedebant. Fidei autem et eccleſiae vnitatem illam confirmant ſcribendo, quae ad chriſtianae ſocietatis felicitatem, vt ipſi iudicant ſcriptores, vna omnium maxime pertinet. Ineptiſſime igitur, niſi noſtrae aetatis luce ſumus minus digni, eccleſiae illa externa vnitas ad mentis animique ingenuam perfectionem, beatitatemque liberalem et diuinam allegatur. Coibunt haud dubie in vnam ſocietatem religionis publice profitendae externam, vt maiorum noſtrorum aetate fiebat, quotiquique iisdem aut ſimilibus rationibus ducuntur, quibus moti hanc religionis publicae priuataeque

for-

ſormam atque imaginem pluribus aliis praeferunt. Bonorum ſuorum etiam partem lubenter in publica ſacra conferent, vt communi conſilio ad ipſos aliosque porro ſatisfiat; ſed vel hac ratione etiam plures minores ſocietates, licet aliae ab aliis diuerſae, tam efficient ſacram ſocietatem vnam, (*vno ſub domino reipublicae,*) quam varia membra, variis dedita conſiliis priuatis, corpus vnum. Atque fuit olim iſta liberalis et diuinior indoles docendae ſuadendaeque ad alios religionis, quae Chriſti Apoſtolorumque exemplo luculenter ſpectatur. Nemo eorum, qui ſibi τελειος in cognitione videri poterat, quia τȣς ἀσθενεις, plures, anteibat intelligendi facultate, hoc ius ſibi ſumſit, alios loco pellendi, ciuilis vitae boneficiis priuandi etc. aut enim ferebat iſtos omnino amiciſſime, ſeque ad alios quaſi demittebat; aut diſſenſum ſuum liberaliter et ſine inuidia in alios tenebat; deo autem *ſtare*, *labique* nosque, et alios, ſciebat. Igitur ille locus, qui eſt de *haereticis* et *haereſibus*, apud vetuſtiores hiſtoriae eccleſiaſticae ſcriptores, non eſt incorruptus, aut locupletis quaſi teſtimonii auctoritate ad nos grauis. *Gnoſticos* enim quis non vehementiſſime inſe-

ctatus eſt? Quis teterrimis pepercit coloribus et formis, cum *Gnoſticos* deſcriberet? Hos iam dixi me non omnes commendare; non defuerunt et inter eos vitia et conſilia parum liberalia; nec tamen ego dubito, fore, vt tandem intelligamus, bonam mentem, ſaepe et eruditionem, prudentiamque, non tam his defuiſſe, quam aliis, qui habuerant, cur eis infenſi eſſent. Nouum enim *Iudaismi* inſtar, caerimoniarum ſacrarum; hominumque iis operantium longum ſatellitium, nec repererunt nec auxerunt et commendarunt *Gnoſtici*, non *Nouatiani;* quos, vt vel vnum commemorem, ſcimus a *reliquiarum* ineptiis ludibriisque ſacris abſtinuiſſe. Quantum vero turpitudinis et foeditatis per *reliquiarum* falſa ſacra religioni Chriſtianae illatum eſt! Tantum, vt deſierit fere eſſe chriſtiana. Iidem *Nouatiani* furibus, latronibus, adulteris aliisque publice flagitioſis poenitentiam negarunt; nempe illam aut imaginem illius, quae valebat inter Catholicos, negarunt. Non commemorabo hic pluribus, quae hoc in volumine, ſuo, loco, a me ſunt paulo diligentius, quam antea, obſeruata; illud, opinor, patet, conſcientiae vſum liberum

rum, mentis ingenuum exercitium, intelligendi ſapiendique et experimenta et ſucceſſus, inter *Catholicos* longe minus locum habuiſſe, quam inter eos, quos dicebant iſta per tempora, *haereticos*. Sed Chriſtus meliorem cognitionem praecipue nobis afferebat; lux mundi; ſapientiae dei ipſe exemplar et documentum. Atque hic, velim, vel ad iſta attendant lectores, quae de opinionum et ἐννοιων ſucceſſu atque vario tractu quaſi, ſunt a me luculenter annotata. Σωτηριαν plerique omnes rudiorem in modum olim fingebant; *a morte* enim, atque e carcere mortis, eiusque dominio, liberatos ſe poſt hanc vitam credebant, effractis per Chriſtum, (qui ideo corpus ſuum diuinitate, λογῳ, *ſine anima*, impleuit,) inferorum portis. *Carnis* enim immortalitas ſperata; cuius per baptismum et Chriſti corpus in ſacra coena, fides fiat. *Diabolum* autem et mortem Chriſtus, per diligentem ſollertiam, feliciter fefellit; ſic ſuo in homines iure excidit diabolus, qui Chriſtum morti obiecit inſontem. *Martyres* primo loco et ordine in vitam redire credebantur, cum Chriſto in terram et regnum mille annorum reduce;

 iidem

iidem *martyres* multa auctoritate apud deum et Christum pollebant, ideo merito atque adiumento illorum nouis studiis potiri volebant, quotiquique in ecclesia erant; metus autem summus imminebat illis, qui anathemate interueniente ex ecclesiae et Christi *communione* eiecti fuerant. Itaque, ne omnino perirent, saltim sub mortem, ecclesiae communio et beneficium caeli adipiscendi publicum, reddebatur. Huius generis plura Catholicorum fuerunt publica decreta, spei et metus vnica argumenta, quae *Gnosticis* suo iure, minus placuerunt, qui σωτηρίαν ab emendatione hominis incipiunt. Hic mihi aliquis Christi disciplinam saluberrimam, mentisque et animi perfectionem, et sanctam constantemque in dei consuetudine fiduciam, ostendat! Nempe, *istorum temporum fuit*, non nostrorum est, doctrina; infantium, puerorum institutio, qui meliora percipere atque vtiliter experiri non poterant. Ista vero quis nobis quasi mysteria sacra obtrudat, licet illius temporis homines mysteriorum et sacrorum in loco habuerint? Atque facile intelligemus, quibus quasi gradibus et interuallis a prioribus decretis dis-

ces-

ceſſerint poſteriores; licet et hoc reperiamus, quod minus ſalubres opiniones et ſententias eccleſiaſtica illa auctoritate vel inuitis prudentioribus fuerint imperatae; quarum ad imperitam plebem fuit omnino vis magna, vt vel ſuperſtitionis eſſe vis magna ſolet. Chriſti autem atque Apoſtolorum diſciplina non fuit; noſtris certe ipſorum iudiciis iſta eccleſiae olim ſiue auctoritas ſiue oeconomia non obſtat; ea potius flagitat atque requirit. Ius fas itaque videbatur, in hanc cauſſam diligentius inquirere, et mentis ingenuae libera exercitia ſacra, iſtis triſtioribus exemplis, ad nos vindicare.

Deinde et illud ad temporum iſtorum indolem referre audeo, quod plerique ſcriptores ſiue ex ſui animi ſententia, ſiue ex conſilio deſtinato, humanis rebus geſtis diuina iuſto plus immiſcere ſolent. Poſcebat *Liuius*, dari eam veniam antiquitati, quod hac ratione primordia vrbium anguſtiora fieri voluerit; de eadem re liceat me et hiſtoriae eccleſiaſticae ſtudioſos admonere. Quantum *miraculorum* oculis legentium ſubiiciunt plerique omnes ſcriptores! Quorum quis tandem fidem praeſtet, cum inde a primo ſeculo diuerſae chri-

ſtianorum familiae fingendis componendisque, legendis certe et amandis *falſis libris* et ſcriptionibus Adami, Enochi, XII Patriarcharum etc. *Apoſtolorum* etc. deditiſſimi fuerint! Quis autem non perſpiciat, ingenii iudiciique defuiſſe iuſtum exercitium his miraculorum ſcriptoribus? Licebat enim ingenuis rationibus et liberali inſtitutioni dare operam; hac certe via chriſtiana religio, ſi a rudioribus tandem diſceſſeris, (quibus profecto non ita ſtudendum eſt, vt peritiorum profectus piaculo non careant,) longe auguſtior diuiniorque commendatur; ad populum autem fatebimur, opus fuiſſe *illa per tempora*, iſtis picturis, atque inuſitatarum rerum miraculis: cuius generis vel Iudaei et *mythologiae* graecae auctores multa ſolebant narrare. Sed non opus erat, ad poſteros omnes transmitti ſtupendi et mirandi iſtam conſuetudinem; multo minus autem fas fuerat, religionis ipſa decreta miraculis et myſteriis nouis quaſi magis inflare. Ab iſta vero ſedulitate nec *Euſebius* abfuit; licet haud paulo adhuc modeſtior et ad pudorem patiendum mollior; quam ſecuti poſt eum ſcriptores. Donabimus igitur iſta commendando-

dorum domeſticorum ſacrorum adiumenta iſtis temporibus, ſi nobis minus placuerint; doctoribus certe et ſuaſoribus religionis publicae hodie minus ea placere fas eſt, licet imperitiorum animis talia praecipue illabi atque inhaerere ſoleant. Atque ſcimus hac via populi ſtudia olim collecta, et ex deſtinato conſilio directa fuiſſe; vt, ſi liberales ad intelligendi conſuetudinem rationes forte deeſſent auctoribus, populi tamen conſentiens clamor, aut claſſicum adeo, aſtutis cauſae patronis aduerſus leuium opinionum aduerſarios non deeſſet. Itaque populus fere ſummam orthodoxiam iam ante tenuit et numine quaſi plenus vltro ſecutus eſt, quam doctorum inſtitutio copioſior acceſſerat; *acclamationum* certe, ex circo et theatro deriuatarum, fuit maxima vis atque auctoritas, vel in conciliis regundis. Hoc detrimenti recte deriuatur a ſtupendi et mirandi ſolemni conſuetudine. Tum vero facile obſeruamus, ad praecipienda et deſcribenda domeſtica vitia pleriſque ſcriptoribus aut oculos aut animum et virtutem defuiſſe. *Socratem* adeo ſolent e recentioribus quidam quaſi notare, quod auſus eſt vituperia et lau-

des

des liberalius diſtinguere, atque vel haereticorum quasdam virtutes, aut aequiora in eos ſtudia, commendare: *Nouatianorum* enim ex haereſi hoc vitium, ſi placet, *Socrati* inhaeret. Nempe alii *catholicam* virtutem et mentem prae ſe ferunt; vix publica flagitia et ſcelera notant; pleraque ſilentio tegunt. Nec mirabimur, *canonibus* legibusque eccleſiaſticis eos omnino obſecutos fuiſſe; quibus prohibentur eccleſiaſticorum vituperia, niſi difficile fori inſtar et teſtium adſit auctoritas. Hac ratione laudes eccleſiaſtorum hominum fere vbique perſonant; animi autem chriſtiana indoles et ingenua virtus vix vnquam publice patet. Ieiuniorum exempla multa Epiſcopi et monachi praebent; ſanctitas eo ſpectatur, quod a coniugio abfuerunt, (licet titulorum et ſodalitatum inſtitutio ipſa coniuges et liberos excluſerit, atque vel inuitis a matrimonio aut abſtinendum aut ſecedendum fuerit;) rari epiſcopi, qui populum ipſi erudiunt; palatina enim obſequia, vel non rogati aut iuſſi, praeferebant. Laudantur, qui aedes ſacras nouas exſtruxerunt, qui reliquias reperiunt, aut important; qui miracula edunt; ſacris *am-*

bar-

barualibus interſunt etc. Sed haec et his ſimilia, mentis chriſtianam indolem et perfectionem non praecipue produnt. Quod ſi vero et hos laudum locos aliquis deprecetur atque praetereat, quid tandem chriſtianae virtutis laudisque ſupereſt? Nam *orthodoxiae* ille locus, etſi ampliſſimus per illa tempora, ad nos, ſi a maiorum noſtrorum iuſtis et ſanis ſententiis non vltro diſcedimus, eſt fere omnino hodie ſterilis, inuenuſtus atque ſucci et ſanguinis expers. Niſi quidem ὁμοȣσια illa placeat Nicaenorum, populo nullis vmquam ſententiis declaranda; quam niſi poſteriores correxerant, eadem fuerat, ac Petri, Pauli, Iohannis, qua homines ſunt, ὁμοȣσια. Aut θεοτοκȣ illud incertum, atque infrugiferum myſterium; aut *trium capitulorum* foeda calumnia; quam tamen ob cauſſam vel myriades hominum et occiſi et calamitatibus continuis affecti fuerunt. Rara hic ſunt iuſtae prudentiae exempla, e quibus, quod ad *Nicaenos* attinet, *Hoſius*, cordub. atque *Euſebius*, caeſar. e ſcriptoribus autem aliis, *Socrates*, *Facundus*, Hermian. et *Liberatus*, eminent; ſed plerique omnes ſcriptores, veteres recentioresque, *or-*

tho-

thodoxiae aucupio abrepti, parum ipſi ſapientiae dederunt operum.

Tandem illud mihi videbar animaduertere, recentiorum ſtudia praecipue ad eos ſcriptores tantum conſulendos pertinuiſſe, qui hiſtoriae eccleſiaſticae auctores quaſi proprii ſolent haberi; *Euſebius*, *Socrates*, *Sozomenus*, *Theodoretus*, et qui eo in loco hiſtorico iſtos porro exceperunt. Itaque recentiora corpuſcula fere his rebus geſtis narrandis deſtinata fuerunt; *haereſes*, et quidem, iuſto breuius, atque illiberalius indicant: *concilia*, ſed ſine ſtudioſori cauſſae vniuerſae deſcriptione; *martyres*, *perſecutiones*, *religionis propagationem*, *Epiſcoporum* in ſedibus maioribus *ſucceſſionem*. Neque iſta ad hiſtoriam eccleſiaſticam non pertinent; ſed, ſi alia omnia negligantur, ſi ſola iſta ſemper deſignentur: fructu exemploque ſalubri ad nos et noſtram aetatem illa hiſtoria fere omni carebit; *Romanorum* autem ſacrorum ſyſtema Proteſtantes non parum adiuuabunt. Nobis enim ſupereſt noua illa prouincia, vt in iſtis cunctis locis non ſequamur tantum ſuperiores aliquos auctores, quos forte ſcribendi arte aut rerum ordine ſuperemus;

ſed

ſed vt iſta omnia nos ipſi repetamus, noſtris vſi et ſubſidiis, et intelligendi adiumentis; liberalisque mentis exercitiis. Igitur e multis vetuſtis libris, et corporibus adeo librorum, non ſine laboris multo taedio, diligenter et copioſius annotaui, quae ad hiſtoriam *dogmatum*, rituum, et legum eccleſiaſticarum, atque ad intelligendi variam conſuetudinem, et liberalem modum pertinent. Hac enim via noſtro animo iſta quaſi in tempora ſecedimus, nec ſtatim admittimus domeſticum illum ſenſum, quem non vnum reperimus, ſed varium fuiſſe, nec imbuimur iſto vnius rei amore, qui oculorum ius et vſum multis aliis abſtulit. Perpetuo igitur mentis adhibendae exercitio felicius adſueſcimus, et liberalem et iuſtam ſententiam ferre ipſi audemus; parati, quod *Liuius* ſuadebat, nobis noſtraeque reipublicae capere, quod imitemur recte; foedum inceptu foedum exitu quod vitemus; licet aliorum fuerit, et multorum adeo, contraria ſententia. Atque, niſi eximie fallor, hac via, praecipue ad ſapientiam, pruden tiam, probitatem, virtutemque et fortitudinem animi informabimur, quae Chriſti, Pauli et quorumdam aliorum illuſtri exemplo ſpectatur:

quod

quod beneficium, vt eſt hiſtoriae proprium, ita ab eccleſiaſtica hiſtoria maxime exſpectari poteſt; ſi nobis ipſi non defuerimus.

Dedi igitur imprimis hanc operam, vt religionis chriſtianae ipſam indolem, conditionem et modum ex claris et luculentis exemplis, opinionibus, ritibusque et legibus colligere et informare facile lector poſſit; qui oculis iam ſuis vti voluerit. Hic ſi ſententiam ferre ipſe diſcat, ſalubrem etiam recte iudicandi conſuetudinem facile ad ſe ita transferet; vt porro reperiat, quid ad ſui ipſius emendationem et mentis bonam indolem maxime faciat, et quid ad aliorum ingenuam perfectionem praecipuo momento pendeat. De aliis autem rebus, vtcunque ab aliis exiſtimatae fuerint inſignes, magnae, neceſſariae: incorruptus iudex ita ſtatuet, vt nec aliis temere et ſine vtilitate certa obſtrepat, nec de gradu ſe deiici vano metu atque inſtabili aliorum auctoritate patiatur. Fas enim eſt, diuerſas eſſe de iisdem rebus dogmatibusque ſententias; modo ingenua et proba mente omnes animati in commune de ſuo fructus chriſtianos referant; diligenter cauentes, ne foeda ignauiae inuidiae-

que

que labes pietatis verecundam ſpeciem imitetur. Solent certe non pauci ſollerti quadam malignitate ſic vti, vt premant et laedant alios, quos diſſentire a ſe vident, dogmatico praecipue in loco; quae, (ita tempus parum mutauit,) eſt inſignis et imperitia et iniquitas. Liberum enim eſt cunctis chriſtianis, (ſi non ſunt de rudi plebe, quae ſola aliorum auctoritate regitur, quia ratione ſua vti non poteſt:) liberum eſt, inquam, e ſcriptura ſacra erectiora ingenia colligere eam propriae ἐυσεβειας formam, quam rationibus his illis maxime contineri perſpiciunt. Populus enim multa aliter credit, quam eruditiores, ſalua mentis pietate, intelligunt et ſciunt, vt recte dixit *Facundus*, Hermian. cum inuenuſtas iſtas, ſui temporis, lites, de *myſteriis*, reprehenderet, quas tamen hodie quidam ita amant, vt religionis noſtrae arcem et ſummam dignitatem iis rebus omnino conſtare putent, quae ſacrorum bellorum et turpitudinis domeſticae continuam ſufficiebant materiam. Nec inuidebimus iſtis illorum ſtudiis, quibus ſe putant de humano genere non ſolum, ſed etiam de Ieſu Chriſto, ſalutis noſtrae auctore, et de Deo, longe quam

alii melius, mereri; nec aegre feremus, quod ſacris conuiciis ad populum nos traducunt; licet apud minus dignum et peritum huius cauſſae arbitrum. In commune conſulere audemus, non plebi praecipue ſtudemus, ſed alacrioribus ingeniis, quae non populi craſſa in Chriſtum fiducia, ſed ſua, obligantur; nec aſpernamur ſimilem in nos experiri aliorum voluntatem, ac poſt Ieſum Chriſtum, optimi quique doctores experti ſunt.

Secutus autem ſum eam in hoc corpuſculo rationem, vt *ſelecta per capita* collegerim lectu et ſcitu digna momenta, aut omnia aut pleraque: et quidem ex vetuſtis ipſis ſcriptoribus, non neglectis tamen recentiorum adiumentis. Hiſtoriam reipublicae *capite primo*, non quidem copioſius, ſed tamen ita recenſui, vt potiores fontes ſemper et nominauerim et breuiter diſtinxerim. De *propagatione* et impedimentis *religionis chriſtianae*, (*publicam* liceret forte appellare commodius) ſecundo loco egi; ſed liberaliter admonui, ſi qua videbantur olim paulo ornatius deſcribi, quam nos intelligere oportet. De *martyrum* certe cauſſa, facile patet, iuſto auguſtius olim multa narrari ſolita fuiſſe, quam res habuit. Tum de *religionis indole* et *conditione* requiſiui; porro, de *conciliis*, quorum *canones* excerpſi; poſt de *Haereſibus*; tandem de *ſcriptoribus*. Per iſta capita ſeculorum hiſtoriam ſimilibus conſtantem partibus, diſtinxi; quo conſilio iam alii fuerunt vſi, ſatis frugifero certe, licet laboris

haud

haud paulo plus ſimul ſubeundum ſit, iſta partium et rerum diſtinctione. Atque ex *conciliis* ita a me excerptis, opinor, eximiam vtilitatem lectoribus praeſtari, qui ad *conciliorum* nudam nomenclationem aut torpent, aut numerorum diſcendorum taedio opprimuntur. Eccleſiaſticarum *antiquitatum* creſcentem a paruis initiis apparatum fere oculis ſuis propoſitum habent, et humanas illas caerimonias facilius pro temporum conditione diſtinguunt, ſuo iudicio nouas et varias eccleſiarum leges ſemper ſubiecturi. E *ſcriptoribus* autem notatu digna multa exſcripſi, ſeruatis, vt maxime licuit, ipſorum verbis et ſententiis; atque breuius alicubi talia obſeruaui, quae iam copioſius ad Polemic. theolog. *Baumgartenianae* volumina tria collecta fuerant; verboſius autem alia, (e.g. *Cyrilli*, alexandrini opera etc.) quae ibi locum nondum habuerunt. Hac autem ratione id contigit, vt quaſi ſterili et vaſto ex campo ſegetes et arbores bonae tandem ſurgant. Quis enim *hiſtoriae dogmaticae* tam multam quaſi materiem, nouam ſaepe et quaſi intactam, tam modico libro comprehenſam eſſe, non vltro gaudeat? Iam facile vnusquisque ſtudioſius coniungere et componere ex partibus illis quaſi aedificium poteſt; facile certe perſpicere iam licet, longe alio in orbe nos hodie eſſe, quod ad liberalis eruditionis commendationem pertinet, quam olim pleroſque ſcriptores, qui et nominis honore et auctoritate non carebant. Quos etſi non contemnimus, de

ſua aetate, vt licuit, meritos: tamen ius fas non eſt nos ſancte reuereri, atque recte ſentiendi praecipua documenta ex iis addiſcere. Huic diligentiae ipſe feci locum, vt alacriori ingenio lectores ipſi eas ſententias de re eadem, attentius obſeruent, inter ſe comparent, atque ſic et intelligere aliquid et liberaliter arbitrari diſcant; hac vna et ſola via ex auctoritatis ſeruitute, et opinionum praeiudicatarum triſti conſuetudine, feliciter egreſſuri. Intelligent enim clare, per omnia ſecula ſcriptores et doctores ſuis ipſos libere obſecutos eſſe intelligendi et ſentiendi modis; nec conſentire iſtos quos *patrum* nomine, anceps poſterorum reverentia affecit, in ſententiis, rerumque de quibus ſcriptura ſacra aut admonet aut praecipit, explicatione. Reperiet autem non raro difficilem et moleſtam ſedulitatem; opiniones vanas, leues, inſtabiles, inutiles, inſanas, quas nos quidem numquam amare poſſimus, etſi fuerunt multorum olim ſperandi, ſcribendi, agendique praeſidium eximium. Auſim profecto felices praedicare, qui tantum profecerint, vt iſtam cauſſam ſic ſe habere, ipſi perſpiciant, nec imperitiorum aut maligniorum hominum ſeueris ludibriis impediri ſe patiantur, quo minus ingenue audeant noſtrae aetati ita docendo et explicando prodeſſe: vt ſuperiorum ſeculorum triſtioribus exemplis, opus hodie eſſe, didicerunt.

Addidi ſeculis cunctis *tabulas chronologicas;* nempe res ipſa ſic poſcebat. Iſta *capita*

ſelecta

ſelecta hiſtorias et res ſimillimas, comprehendunt; temporis igitur ſeries non continua ſeruatur, qua tamen opus eſt, ad intelligendas rerum geſtarum occaſiones, rationes, cauſas atque ſucceſſus. Igitur vniuerſus temporis ordo per tabulas illas oculis ſubiicitur; vt facile ad annos referri poſſint ea, quae ſub *capita* iſta collegeram diſperſa. Vſus ſum et illa opportunitate, quae ſe offerebat, vt rerum aliarum etiam breuiter adderetur deſignatio, quibus *capita* illa *ſelecta* locum commodiſſimum non dabant. Itaque et me non poenitet, improbi laboris, quem hic gnauiter impendi; et lectores non piguerit, *capita ſelecta* in tabulis illis quaſi repetere, et cum rebus aliis, pro temporis iure, coniungere.

Iam ſupereſt illud, vt aequos arbitros benignam rogem veniam, ſi mihi accidit, quod ſors hominum ſecum fert. Etſi enim labori et taedio nulli fere ceſſi lubens et ſciens, quam, ſi qua eſt, laudem vel maligni iudices, opinor, mihi non detrahent: tamen non ignoro, ab vno homine, a me, perfectum ſtudium, ad hanc praecipue cauſſam, vix poſſe afferri. Animaduertent igitur eruditiores, hic ibi, quae poterant emendatius atque accuratius narrari, aut deſcribi luculentius; nec deerit hic ibi, quod inſcienti excidit, aut quod typorum ancipiti miniſterio detortum et corruptum apparet; cuius generis menda et ipſe quaedam deſignabo, vt ſtatim poſſint meliora reſtitui. Hic ego eruditorum benefica ſtudia

ipſe appello, vt iis in locis, qui rem eximiam et vtilem tractant, accuratius meum ſtudium excutiant; vt aut tanto fauoris adiumento, ad improbiores alios, non caream, aut corrigam, ſi qua minus recte perſpexi aut deſcripſi. Deſtinaui enim hanc operam *academicis iuuenibus*, quos ad ingenuam mentem et ad liberalem eruditionem eo felicius informari posſe, ſatis mihi intellexiſſe videor. Nec enim deſunt, qui ſancto calore impleri pectus ſuum vltro fatentur, ex vera et iuſta religionis chriſtianae conſuetudine, quam in animum ſuum non admitti non poſſe vltro gaudent. Hic ſi ego vel paucis quibusdam publica priuataque mea liberaliter docendi opera non nihil profui: ingenua illa mentis caſtae hilaritate, et certa ſalubrium ad alios fructuum ſpe, facile me conſolabor; omnis expers taedii et ſollicitudinis ob ſeueriores aliorum in me ſententias, quas mea illa requirendi arbitrandique libertas videtur vltro prouocare. Equidem, vt ſolent homines ſe amare ipſi, poteram facillime omnem, quae creari ſcribentibus poteſt, moleſtiam inuidiamque vitare: ſi ſuperiorum veſtigiis caute et ſollicite inhaerebam. Nec eos ego reprehendo omnes, (etſi nec nullos,) qui ita res ſuas agunt, publicae religionis ſacri antiſtites; quibus aut prudentia id ſecum ferre videtur, aut conſcientiae quaſi indoles requirere. Sed mihi placere non debuit illa commodiſſima ad plurimam laudem conſequendam via; cognitioni augendae et proferendae deſtinata eſt illa

academicorum hominum prouincia; fideli autem et firma repetere memoria, aliisque hodie oggerere pertinaciter, quae fuerunt olim bene reperta aut recte decreta, pro temporis hominumque illa conditione: tam non eſt hac liberali prouincia et maiori noſtrae aetatis ſpe atque exſpectatione iuſta dignum, vt ne iniuria quidem et culpa omnino careat. Ita certe mihi, haud ſcio an temere aut ſegniter, perſuaſi: religionis inter nos et contemtum et tardiores ſucceſſus, inuidiamque et minus expetitam formam, deberi *partim* ignauis et ſegnibus ſcripturae ſacrae interpretibus, quos ſic ſine inuidia deſigno, etſi bonam mentem et piam conſuetudinem multis non deeſſe ſcio; *partim* hiſtoriae eccleſiaſticae deſcriptionibus parum liberalibus. Atque mihi quidem, qui ſic arbitror, eo certius videor abeſſe ab arrogantia et temeritate: quo iam plus temporis ſtudiique ipſe ad vtrumque locum hunc impendi, aliorum multis praeceptionibus, ſubſidiis, exemplisque non negligenter vſus. Auſus ſum igitur et *Hermeneuticae ſacrae* vſum libello quodam ad noſtros *academicos iuuenes* adiutum ire; qui, ſi deus voluerit, intra paucos menſes in lucem exibit. Hic commodior locus erit, copioſius ea illuſtrandi, quae hic leuiter attigi.

Ceterum conſtitueram huic volumini et *romani imperii notitias*, et *eccleſiaſticarum* prouinciarum indices adiicere; ſed partim ea res obſtitit, quod nondum in eligenda optima

vti-

vtilissimi consilii ratione mecum ipse consentiebam, et quod deerat adhuc aliquid ad editionis, quam sequebar, perfectionem; partim, quod monebant quidam non inuenuste, *chronologiae ecclesiasticae* etiam compendium, *fastos*, annos antiochenos, alexandr. etc. vtiliter posse coniungi; ne desit eruditionis amatoribus, quo vix carere queant. Itaque in aliud corpusculum istos libellos coniiciam, cum *munerum ecclesiasticorum* catalogo.

Succedet autem *tomus alter* capitum selectorum historiae ecclesiasticae per ea, quae supersunt, secula, paruum post tempus: quo mihi adhuc opus est, ad frugiferam tot, quae recensendae sunt, rerum designationem; nec praeter deum et veritatis numen quasi sacrum animus meus aliquam auctoritatem reuerebitur; nec aliud praemium, quam quod ex ingenuo, dei virtutisque christianae amore subnascitur, aucupabor. Colligam ipse *indicem rerum*, ex meo ipsius consilio, satis frugiferum: vt ea, quae se inuicem illustrant, recte coniungantur. Deum igitur rogo, vt successus prosperos sequi iubeat, quibus et hominum promoueatur felicitas, et christianae religionis diuina auctoritas ad multos commendetur feliciter. Dab. Halae in *Regia Fridericiana* d. XII. Febr. MDCCLXVII.

SELECTA
HISTOR. ECCLESIASTICAE
SECVLI PRIMI
CAPITA.

CAP. I.

De Fontibus huius Hiſtoriae.

Cum hiſtoria *chriſtiana eccleſiaſtica* occupet res a Chriſtianis, religionis ſuae ſiue proferendae ſiue confirmandae cauſſa, inde ab auctoris, Chriſti, tempore ad noſtram vsque aetatem geſtas: facile conſtat, illud idem ius et fas, quod ceterae hiſtoriae auctoritatem confert, et hic locum habere. Itaque, vt fide ſit digna narratio, auctorum teſtiumque examen a nobis non debet negligi: vt eos ſeligamus, qui rerum geſtarum veram indolem et cauſſam aut non ignorarunt ipſi, aut partium quodam ſtudio non corruperunt. Iam etſi non eſt exiguus hiſtoricorum ſcriptorum numerus, partim antiquiorum, partim recentium, qui et ipſi huic rei dederunt, vt ſuo tempore poterant, operam: tamen humanarum rerum ſic fert conditio, vt eorum ſtudia, qui ante nos vixerunt, praecipue ſuo illi inſeruierint tempori, ad quae, vt noſtrae aetati praecipue ſint apta et frugifera, iam noua noſtra accedere oportet; quia ſapientiſſime deus ita prouidere ſolet, vt nouarum inter homines mutationum beneficio variarum rerum melior cognitio minorem, quae olim ſuffecerat, ex-

cipiat; optima vero numquam a quoquam auctore ita poſſit occupari, vt poſt eum alii ſuis ipſi oculis ad eamdem cauſſam non vti debeant. Neque hac ratione aliquit perit de aliorum meritis aut laudibus; qui, ſi liberali ſunt ingenio, humanam ſortem et ea beneficia non egredi ſciunt, quae ab iis in rem ſacram inter homines conferuntur.

Primum autem omnium facile iam patimur, ex vetuſtioribus temporibus hiſtoricos chriſtianos ſcriptores nobis nullos ſupereſſe; cum vel ex *Euſebii* hiſtoriae eccleſiaſticae primis libris, qui illa ante ipſum tempora repetunt, perſpiciamus, verae hiſtoriae, quae iuſtis et caſtis litterarum monumentis non careret, exſtitiſſe fere nihil, ſeculo adeo quarto, *Papiae* igitur, ſimiliumque auctorum intercidiſſe commentarios, qui etiam ſine nomine tam multos libros hiſtoricos prodiderunt, *Euangelia*, hiſtorias et acta Apoſtolorum &c. non eſt ſane, quod doleamus; neque enim tam hiſtoriae pars periit, quam fabularum et commentorum copia.

Libri igitur ſacri, quos N. T. nomine ſolemus complecti, antiquiſſimi fontes ſunt, e quibus et Chriſti et *ſeculi primi* chriſtiani certior hiſtoria deriuatur; quibus ſi iam nos recte vtamur, facile carebimus illis appendicibus, quas poſtea quidam et ad *Chriſti* res geſtas, et ad Chriſtianorum ſeculorum hiſtoriam reperire auſi ſunt; quam in rem fere abuſi ſunt tantum iſtis libris ſacris, quas interpretamentis variis ſolebant ex ſuo ingenio augere. Ex huius generis auctoribus vel *Tertullianus* eminet. *Apoſtolici*, quos dicunt, patres, (*Cotelerii* in corpore comprehenſi) ad hiſtoriam claram fere nihil conferunt; plerique praeterea iſti libri ſunt ſeculi 2. 3. 4. atque in *romanam eccleſiam* praecipue ſtudioſi; quae inde a *Petri* et *Pauli* vinculis, ab vrbis honore, non parum ceteris eccleſiis praeſtare videbatur. *Martyrum* et *perſecutionum* (quas *decem* ſolebant ex Apoc. XVII, 14 recenſere) hiſtoriae, atque narrationes de primis per varias prouincias doctoribus, (e. g. in *Gallia*, de *Lucaa*, *Trophimo*, *Philippo*) iuſta auctoritate, qua ad

ſec. 1.

sec. 1. opus est, fere omnes carent; seculo 3. enim demum publice martyrum nomina solebant a christianis celebrari; serius autem *Calendaria*, et *martyrologia* coeperunt conscribi. Ex *Romana* historia sec. 1. et 2. non nihil colligi potest, quod facit ad confirmandam rei summam; *Tacit.* annal. XV. *Sueton.* Nero, c. 16 &c. Incertae tamen fidei est *marmor hispaniae antiquum*, vexationis Neronianae documentum, (*Gorio* dedicatum a doctiss. I. E. I. *Walchio* 1750 in 4.) *Iosephi* autem locus de Iesu, qui Christus fuerit, *Antiquit. jud.* XVIII, 4 et de *Iacobo* iusto, Iesu fratre, lib. XX, 8 extra dubitationem non facile poni potest. Est autem operae pretium, si quis historiae ecclesiasticae feliciter velit operari, *critices* vsum atque exercitium adhibere, atque diligenter legere scriptiones et commentaria *Tillemontii*, *Pagii*, aliorumque castigatorum *Baronii*; *Launoii* praecipue, (qui et de *auctoritate negatiui argumenti* copiosius praecepit;) quorum beneficia inuenustior commentarius Honorii de *S. Marie*, reflexions sur les Regles et sur l'usage de la critique touchant l'histoire de l'Eglise, les ouvrages des Peres &c. Paris 1713. 4. inani conatu obscuratum iuit.

CAP. II.

De statu Iudaeorum.

Ex Iudaeorum historia non nihil lucis ad christianae religionis primordia accedit. *Romanorum* victricia arma iam Rex *Aristobulus* 2. expertus fuerat, Romae triumphi pars cum filio *Antigono*; (pater *Alexander* Iannaeus fere annos LXX ante Christum mortuus fuerit,) cum frater *Hyrcanus* 2. *Pompeii* auxilium nancisceretur. Cum bella inter filios *Aristobuli* et *Hyrcanum* non cessarent, tandem post *Gabinii*, *Crassi*, *Cassii* et *Caesaris* in Hyrcanum studia, *Antipatri*, Idumaei, filius *Herodes*, quem *Magnum* solent dicere, *Iudaicis* rebus a Romanis prae-

fectus fuit; anno ante Christum 37 periit in *Antigoni* clade *Asmonaeorum* familia; et anno 39 iam *Romae* diadema acceperat *Herodes*. Iam *pontificis maximi* designatio ad publica consilia solebat variare; suprema autem fuit et mansit in Iudaeos, siue cunctos, siue *Tetrarchas*, Romanorum auctoritas, religionis tamen exercitio satis saluo, nisi facile patuisset vel procerum Iudaicorum exemplo atque instituto, parum diuini amplius inesse religioni, quae soli iudaico populo et consiliis domesticis varie solebat aptari. Hic *Iosephi* historia, et virorum eruditorum illustrationibus variis, carere non possunt, numis etiam, qui voluerint ista perspicere accuratius. *Io. Sibrandae* dissertatio de statu Iudaeae prouinciae sub procuratoribus, *Franek.* 1698. 8. iusto fere breuior est libellus.

Antiquitus iam, atque vt fere videtur, inde a templi et sacrorum instauratione per *Esdram*, in partes plures scindebantur *Iudaicae* religionis statores et doctores; *Pharisaei*; vt exornarent lapsuram religionem nimis exilem, ad scriptam *Mosis* legem, παραδοσεων nomine, molestam sedulitatem adiunxerant, qua eximia specie, plebis maximam partem ad se traxerant; *Sadducaei* (*Stoicis* propiores) ad exercitium religionis praeter ea, quae scripta in lege continebantur, nihil omnino addendum esse, decreuerant, ita, vt incorporearum substantiarum ἐννοιαν, non susceperint; non videntur tamen fere omnes πολιτικωτεροι a graecis subsidiis suae sectae omnino abstinuisse. *Scribae* (templi) et νομικοι, officii non sectae sunt nomina. Aliam in partem secesserunt *Essaei*, et *Therapeutae*, (*Pythagoreae* fere disciplinae) rebus ἠθικοις praecipue studiosi, sed vrbium societatem atque societatis officia vitantes. E *Samaritanis* certum est hoc seculo christianos aut paucos aut improbiores collectos fuisse; siue, quia exosi essent ceteris Iudaeis, siue quia numero pauci, et domesticis sacris superstitionibusque deditissimi. Nec *Herodiani*, licet ab ingenuis Iudaeis vitae quasi licentia seiuncti, sectam Iudaeorum constituerunt. Extra *Palaestinam* vero *Iudaei* numero longe plures reperiebantur, *Alexan-*

Alexandriae, *Antiochiae*, et *Romae*, (vrbis magnam partem propriam incolentes) et per *Aſiam*; qui graeca et alia, non hebraica tamen, lingua vtebantur; quorum diuitiis et collata in templum ſtipe, publica templi religio non parum adiuuabatur. Peregrini iſti Iudaei, multo autem magis Ελληνιςαι atque Ελληνες, graecarum litterarum atque artium non fuerunt expertes; plerique *Platonicae* philoſophiae ſtudioſiſſimi, cuius rei vel *Philo* praebet luculentum exemplum. Videntur autem iam ante *Philonem Alexandriae* πολιτικωτεροι quidam *graecis* Iudaeis vanis et ſuperſtitioſis dediſſe operam; *apocryphorum* (i. e. *occultari* ſolitorum) certe librorum, quos *angelis* antiquitus acceptos ferebant, copia, vel hebraicorum librorum auctoritatem ſacram vincere ſtudebant. Ex illis eminebat *Henochi* liber, ἀναληψις Moſis, λεπτη γενεσις, et ſimilis generis alii libri: ex quibus non ſolum *Tertullianus*, *Clemens*, alex. *Origenes*, *Africanus*, ſed et *Apoſtoli* non numquam vulgatas iam ſententias recenſuerunt. Eſt autem oppido frugiferum, ſi quis vel iſtam graecae translationis των LXX cauſſam diligentius repetat; quam in rem et libro *Van Dalen* (diſſertatio ſuper Ariſtea de 70 interpretatione, Amſtelodami 1705. 4.) et *Hodii* corpuſculo, de bibliorum textibus originalibus *Oxon.* 1705. fol. optime quis vtetur. Ceterum imperitam plebem rei publicae ſtatores, temerarii hebraicorum oraculorum interpretes, improba atque vana Spe venturi *politicarum* rerum vindicis, Meſſiae, et feliciſſimi in omnes gentes imperii, ſolebant ſuſpenſam tenere; pauci meliori ingenio, moſaicarum legum labantem atque exiguam, quod attinet ad τα ἠθικα, auctoritatem, videntur perſpexiſſe; narrat certe *Ioſephus*, fuiſſe, qui ſtatuerent, ad religionem eorum, qui extra Iudaeos nati eſſent, non tam circumciſionem, quam vnius dei meliorem cognitionem, (ἐυσεβεις dicuntur,) praecipuo momento eſſe. Atque huius rei non nihil vidiſſe videntur *Romani*, cum Iudaeis fere vbique locorum religionis ſuae exercitium facile permiſerunt, qui vel ſuo exemplo gentium ineptam ſuper-

 ſtitio-

ſtitionem reprehendebant. Itaque tam multi inueniuntur σεβομενοι τον θεον, relicta gentili improba ſuperſtitione. Collegit *Iacob. Gronouius* decreta romana et aſiatica pro Iudaeis ad cultum diuinum per Aſiae minoris vrbes ſecure obeundum, *Lugduni* 1712. 8. Ex Iudaeis autem primi chriſtiani orti ſunt; quos ipſos religionis quadam libertate gauiſos eſſe iam dubium eſſe non poteſt. *Auguſtus* certe teſte *Ioſepho* Antiq. XVI, c. 10. conceſſerat Iudaeis, Χρησθαι τοις ἰδιοις νομοις και ἐθεσιν &c.

CAP. III.

De ſtatu romani imperii.

Iam inde ab a. 26. ante Chriſtum natum *Octauianus Auguſtus* rei publicae romanae praeerat; imperator, pontifex Maximus, Tribunus, Conſul, Cenſor; non vano nomine monarcha. Latiſſimum imperium extra *Italiam* per praeſides prouinciarum adminiſtrabatur; *Syriae* praeſes itaque ſaepe rebus Iudaicis immiſtus fuit; nec raro extraordinarii *legati* mittebantur; cuius generis *Quirinium* fuiſſe multi ſtatuunt; contra quos tamen *Basnagius* in Exercitat. ad Baronium anno 37. num 3. et *Lamius*, non pauca repoſuit. Sub vno imperio facile noua chriſtianorum religio propagabatur, licet publica religionis iura nondum accederent; ſola enim *Romana* ſacra, et alibi *graeca*, *Aegyptiaca* &c. publicis caerimoniis, miniſteriis, et feſtis diebus ſolebant peragi; nemini tamen priuatam religionem, quam vellet, eligere et ſequi, non licebat. Videtur autem praecipue hic illud in memoriam reuocandum eſſe, *Syriae* praeſidem Romanum *Antiochiae* domicilium fere habuiſſe; quem facile credemus, eodem iure in naſcentes Chriſtianos vſum fuiſſe, vt religionis arbitrium contra Iudaeorum apertam vim defenderet. Itaque intelligemus, cur *Antiochiae* Chriſtianorum *nomen* dicatur ortum; et primum ibi ſedem haud paulo iam tutiorem, quam in Palaeſtina, inuenerit. Intelligemus, cur

Lucas,

Lucas, (Antiochenus haud dubie,) ἀπογραφην πρωτην ἡγεμονευοντος Συριας Κυρηνιου, commemoret. Nec iam dubitare liceat, *Petrum Antiochiae* aliquamdiu fuiſſe; *Ignatium*, etiam (latinum nomen) recognoſcere licet.

Philoſophiae inſtar videbatur chriſtiana doctrina habere, a qua arripienda, ſi publica ſalus non impediretur, prohibebatur nemo. Exſtabant certe variae diſciplinae, quae hunc iſtum auctorem prae ſe ferebant, vitae hoc eo conſilio agendae. *Graeca* philoſophia plurimos habebat amatores; plerique Deum rebus humanis nec conſilio nec operatione immiſtum eſſe ſtatuebant, *Epicuri* de ſchola; qui, ſi virtutem quaererent, huius vitae tranquillum et certum ſtatum ſine ea non contingere, ſibi perſuaſerant; a quibus *Ariſtotelici* abſunt quidem, ſed propius abſunt; *Stoici* ſimiliter, parci de Deo interpretes, virtutis tamen glorioſi amatores. *Materiarios* fere iſtos dicere liceret; *Plato* autem mundo illi non adſpectabili praecipue dabat operam, et ſubfanaticum doctorem eo plures ſequebantur. *Eclectici* ſoli in nullius magiſtri iurabant verba, *Platonis* tamen, *Alexandriae* certe, ſtudioſiores. Minus frugiſera fuit *Academicorum* diſciplina, qui dubitationibus omnia implebant. *Orientalis* philoſophia, ſi qua ſubeſt huius nominis ratio, *ſymbolica* doctrinae ratione a Graecis iſtis ſectis praecipue differebat, qua requirendi ſtudium potius incitare atque adiuvare voluiſſe videntur, quam aliquid certi luculenter ſtatuere; quo tam ad ſapientes non opus eſſet, quam apud imperitam plebem profici ad rem communem iuuandam parum poſſit. Ceterum praeter eorum non exiguum numerum, qui *philoſophiae* cuidam generi dabant operam, rhetorum oratorumque prouincia late patebat, inter gymnaſiorum certe parietes; *poetarum* autem et hiſtoricorum ſtudia ſic florebant, vt non deeſſent publicorum ſcelerum et vitiorum partim venuſti reprehenſores, partim improbi patroni. Nec tamen aut ad plebem pertinuit caſtius illud rerum cognoſcendarum ſtudium, quae potius ex ſuperſtitionis praeſti-

giarumque vno genere in aliud facile tranſibat, inſaniſſimis delufa fabulis; aut ad melioris fortunae homines philoſophorum, poetarum, hiſtoricorumque miniſteria, virtutis ingenuum amorem transtulerunt. De philoſophiae et virtutis profectibus inter *Indos* et *Sinenſes*, iſto tempore certe, nobis non ſatis conſtat; etſi certum eſt, non defuiſſe per eas terras vtriusque quosdam duces atque amatores, qui tamen et ipſi non tam in publicam ſalutem, quam ſuam aut famam aut tranquillitatem priuatam, ſuam operam contulerunt. Ceterum iſtum terrarum orbem craſſa barbaries et rudior viuendi conſuetudo occupabat.

CAP. IV.

De Ieſu Chriſti hiſtoria.

Hiſtoria Ieſu Chriſti, quae quidem ſeculo hoc primo reperitur, eximia illarum rerum et narrationum copia caret, quae ſecuta demum per tempora, e variis auctorum voluntatibus reperta fuit. Legi hic vtiliter poſſunt *Caſauboni* Exercitationes ad *Baronium*, vsque ad Chriſti annum 35; et *Samuel Basnagii* exercitationes, in quibus *Baronii* annales ab anno Chriſti 35, in quo Caſaubonus deſiit, vsque ad annum 44, expenduntur. Rich. *Montacutii* analecta Eccleſiaſticarum exercitationum; *Tillemontii* memoires pour ſervir à l'hiſtoire eccleſiaſt. *Pagii* critica in annales Baronii. *Ligtfoti* chronic. De eo nemo dubitare potuit, Ieſum inter Iudaeos natum fuiſſe, e *Dauidis* proſapia; quantum vero numinis admiſtum fuerit ſiue ipſi eius natiuitati, ſiue rebus ab eo publice geſtis, de ea re, (quia ad propriam amatorum religionem et conſcientiam pertinebat,) fuit aliorum alia ſententia. Iudaeorum proceres ſcimus exilem atque humilem Ieſu cauſſam omnino contemſiſſe; eos multitudinis pars magna temere, vt fieri fere ſemper ſolet, ſequebatur. Non defuerunt tamen tam in *Iudaea*, quam *Galilaea* praecipue, atque inter peregrinos Iudaeos, qui ad doctri-

doctrinae et vitae genus, quod Iesus prae se luculenter ferebat, attenti erant, et religionis internam vim ex prophetarum, quos reuerebantur, oraculis ad ipsos oriundam, liberaliter admittebant. His facile iam persuasum fuit, Iesum esse *Christum*, inusitatum illum nouae reipublicae, quae Dei cognitione et vsu veterem illam vinceret, statorem; licet sic, vt inuenustior de futuris rebus opinandi consuetudo bonam mentem non nihil adhuc inficeret. Illud satis constat, Iesum minime ipsum id egisse, vt in honoris societatem aut diuitiarum cum prauis atque improbis hominibus veniret, sed meliorem Dei et rerum ἠθικων cognitionem adiuvisse, reiectis Iudaeorum superstitionibus: qua in prouincia tam sapienter et comiter versatus est, vt excitauerit liberalem religionis sensum, non vero stuporem in obsequendo postularit. Non abfuit a meliori doctrina auctoritas, siue per σημεια et τερατα, quorum ad multitudinem, (quae rerum λογοις adsuescere non facile poterat,) praecipue valuit ministerium, siue per internum veritatis lumen, quod minus improborum mentibus mitissime illabebatur; de qua re *Euangelia*, quae, e multis olim, *quatuor* iam integriora supersunt, paucis sic narrant, vt hominibus eius temporis (qui e Iudaeis Graecis ad christianam societatem colligendi erant,) maxime conueniebat. Tempus et locus, quo edita primum fuerint, minus certo designari potest; apud *latinos* fuit olim ordo alius, *Matthaeus*, *Iohannes*; *Marcus*, *Lucas*. Fuit etiam hebraica seu chaldaica lingua aliquod conscriptum, quo *Hieronymi* adhuc aeuo *Nazareni*, in Palaestina, solebant vti, cum quo *Marcionis* Euangelium eo nomine conueniebat, quod de natiuitate narraretur nihil inusitati, (eam potius silentio inuoluens;) initium enim Euangelii *Ebionitarum*, *Marcionis*, (*Tatiani* etiam) vt *Marci*, res a Iesu publice, inde a baptismo, gestae. *Baptismi* memoriam agebant *Basilidiani*, quidam die 15 mensis *Tybi* (Ianuar.) alii, 11; alii 24. vel 25. *Pharmuthi* (Aprilis.) Aberant autem e *Marcionis* codice etiam ea omnia, quae ad Iudaeorum sacros libros, mores opinio-

opinionesque respiciebant: quibus rebus *Marcion* sibi ad eos opus esse non putabat, qui e gentibus in societatem suam adsciscebantur. Itaque nec dies nec mensis nec annus certo tradi solebant, quo Iesus natus esset; atque suo tempore *Chrysostomus*, *Antiochiae* adhuc *Presbyter*, commemorat, ante paucos demum annos festum *diem* nati Christi XXV decembris, ex auctoritate *romanae ecclesiae* susceptum a suis fuisse. Legatur *Samuel Basnage* post alios, in Exercitatt. ad *Baronium*, anno 37. n. 3. Annus autem non sine verosimilitudine designatur, aerae *Iul.* (per *Iulium Caesarem* enim calendarii emendatio suscepta fuerat) XLI, ab vrbe condita 749, *Augusti* vero, post Caesaris mortem imperantis, 39. 40; qua ratione *Dionysiaca* nostra vulgata aera, annis 4 vel 5. iusto serius incipit. (Conf. tamen *Basnagius*, qui breuibus multa illustrat.) *Consulum* nomina varie iam olim adsignari solebant. Ad istum *Dionysium* abbatem, qui sub *Iustiniano* vixit, a nato Christi numerantur anni 530, quem cyclum a graecis Christianis chronologis ad *latinos* ille transtulit; graeci chronologi omnes sequuntur in annis mundi supputandis editionem *Pentateuchi* των LXX, qua vniuersi mundi duratio, sex istis conditarum rerum diebus, 6000 annos non excedere portendebatur; Christi autem natiuitas post annos 5000 et qui excurrebant aliquot centum, contigisse credebatur. His igitur imperitioribus christianis, qui Christum propediem reducem sperabant, videbatur non opus esse, vt diem nati inter homines Christi memoria recolerent; solebant potius *dominicum* appellare diem et festum agere, quo a mortuis regressum eum meminerant. Itaque *Romanae* sensim ecclesiae auctoritate dierum sacrorum designatio, postquam et *Gnostici* desierant, et opinionum vana ludibria perspicerentur, ad alios translata fuit; qui quidem non obscure *Calendario* romano sic respondent, vt in locum ethnicarum superstitionum sollennium dies festi alii surrogarentur, qui christianae historiae aut traditionis partem in memoriam reuocabant.

De pueritia igitur et adolescentia Christi, praeter pauca in Euangeliis prodita, nihil constat; *proteuangelium* certe *Iacobi*, *Euangelium infantiae*, et similes libri, fabulis potius quam historiae inseruiunt; licet iam seculo tertio talium fabularum, quae et ad *Mariam* pertinent, quaedam reperiatur in litterarum monumentis commemoratio. Succreuit autem per secuta tempora ineptae pietatis studium, vt omnis christiana religio credulitate et assentiendi cunctis rebus, quae de Christo et sanctis narrarentur, consuetudine magis, quam bene intelligendi et caste agendi exercitio, spectari soleret, neglecto temporum, hominum, ingeniorumque, quod Dei prouidentia non obscurum erat, discrimine. Quod in *Aegypto* aliquod tempus commoratus fuit Iesus, fructu ad alios Iudaeos graecos haud dubie non caruit; licet ad Euangelium κατ᾽ Αἰγυπτίους atque Gnosticos Aegyptios nihil auctoritatis inde accesserit. Postea *Nazarethi* vixit, quo in oppido mater *Maria* forte aliquid peculii habuit. (*Montacut. analecta* eccles. exercit. Exercit. V. Sect. I. fine) Anno *Tiberii* XV. (a successione post Augustum; nec enim *proconsulare* imperium isto numero designari, fit verosimile, *Basnagius* ad an. 37. et *Lami.*) Aetatis Christi 29 - 30, *Iohannes*, filius *Zachariae*, publice in *Iordane* nouae religionis sacramentum, *baptisma*, (non in Iudaismum, vt Proselytorum forte) sed in adfuturum iam iam Messiam, administrauit. Dederat vir optimus multitudini vetustissimarum rerum peramanti, vt vestitu et victu prophetarum (*Eliae* maxime,) instar referret; nec defuit auctoritas instituto; magno enim numero etiam ex Hierosolymis conueniebant, qui mitiorem de μετανοίᾳ doctrinam lubenter admittebant; atque inde horum sacrorum ministri non pauci, *Iohannis* huius discipuli, ad Iudaeos in aliis prouinciis, melioris religionis studium, transtulerunt. Nec hanc publicam caerimoniam spreuit Iesus ipse, (aetatis fere 30.) vt cunctis quasi spectantibus, publicam auctoris et statoris nouorum sacrorum prouinciam in se vnus susciperet; dedit idem et illud multitudini, vt in de-

ferto loco per dies XL solus commoraretur, ne dignitatis eo fastigio *Moses* ipsi praestare apud imperitiores videretur. Iam per tres annos, et quod superest, publicam diuini legati et doctoris personam induit; XII. Apostolos, (*Schelichin*) elegit, forte ad numerum XII tribuum; et LXXII, qui κατ᾽ ἐξοχὴν dicuntur *discipuli*; quemadmodum e singulis tribubus singi solebant iam isto tempore VI Iudaei selecti fuisse, qui istius, quae nobis superest, *translationis graecae* auctores fuerint, quam Regio iussu in Aegypto conscripserint. Iste numerus imitatur *mosaicam* (*Numer.* XI, 16.) LXX. seniorum institutionem, (quibus *Synedrium* constabat,) atque isti tempori et Iudaico populo inseruiebat, qui extra Palaestinam dispersus erat; negauit etiam Christus, ad alios se (tam) missum esse, quam ad *dispersas oues* de familia Israelis; nec in *Samariam* misit, nec auitae linguae et religionis fucatae studiosos Iudaeos praecipue ad societatem suam inuitatum iuit; a templo autem et Synagogis, peregrinorum et proselytorum caussa, non abstinuit; quemadmodum et *precum formulam*, in signum discipulatus prodidit, desumtam ex libris precum Iudaeorum (*Gebh. Theod. Meier* historia religionum p. 112; adde *Wetstenii* N. T. ad Matth. VI.) Tandem bannum publicum non veritus, (fuerat enim iam diu proscriptus) vrbem non vitauit, vt vel publica morte ad plurimos hominus proferretur vniuersae, quam integerrime gesserat, prouinciae fama et auctoritas; proditorem, quem inter Apostolos Synedrium tandem redemerat, *Iudam* adhuc interesse rebus suis passus. Atque sic post insignes de rei summa admonitiones, (quas *Iohannis* Euangelium a Cap. XIV. breuibus recenset) caena paschali defunctus, sic aliam coenam sacram instituit, (vt loco circumcisionis baptismum,) vt noua, quae baptismo coierat, discipulorum societas proprio sacramento sollennem auctoris et statoris sui memoriam ad suos saepius instauraret. Hac morte, quam sponte subibat, omnes ingenuos doctrinae suae amatores securos ad deum esse iubebat; qui cunctis hominibus illa cognitionis

salubri

salubri luce iam fidem faceret, multo magis ius fas esse, vt Christi innoxio sanguine expiatos se omnes crederent, qui eum religionis suasorem et statorem, reiectis sacris Iudaeorum parum castis, sequerentur, quam apud Iudaeos animalium hostiis Deus segnioribus his cultoribus placari posse, credebatur. Quod *ad sui memoriam* consecrandam Christus hanc caerimoniam instituit, satis indicat, eum iam *Mosis* et praestitorum olim per eum Israelitis beneficiorum obliteratum iuisse memoriam, nulli iam rei aut ministerio amplius vtilem, scissa et disiecta illa politeia, cui in Palaestina conseruandae olim inseruiebat. Fuit autem haec vnica caussa, quod a lege Mosis homines abduceret Iesus, et *Messiam* ageret, quam ob rem mortis supplicio affectus fuit; cui *Pilatus* vix assensum praebuit, ferociae Procerum Iudaicorum (qui templi reditus et vitae felicitatem satis iniquam imminui isto religionis genere metuebant,) ferendae tandem impar. Honesta sepultura, qua Iesum *Pilatus* non iudicauit indignum, rem omnem confirmat. Iam reditu e mortuis et discessu subito in caelum, historia Iesu Christi finitur. Fabulis enim, de commercio cum Rege *Abgaro;* aut incertis narrationibus, de *imagine* illa Christi (vnde de pulchritudine Iesu Christi orta quaestio) de currente aeternum Iudaeo, (Ahasuero) de sancto *Longino*, de eclipsi solis, (quam *Phlegon* et *Chinenses* recenseant;) de actis *Pilati*, *Tiberiique* in diuinitatem Christi studiis; de lugubri, apud *Aegyptios*, indicio, *magnum Pana* mortuum esse &c., quae olim forte non displicebant, hodie nec vsus nec opus est.

CAP. V.

De Apostolorum historia.

De *Apostolis* certae historiae nihil superest, praeter id, quod ex *Actis Apostolorum* et *Epistolis* peti potest; hi autem, quantumuis ingenui fontes, non tam praeterita-

rum

rum rerum copioſam hiſtoriam recenſent, quam breuiter admonent, de rebus iſto tempore inter Chriſtianos quorumdam locorum non plane ignotis. Videtur autem liber ille, qui *Actus Apoſtolorum* inſcribitur, ab eccleſia *aegyptiaca*, apud quam *Lucas*, *Pauli* olim in *Romano* itinere comes, forte repoſuit, ad alias eccleſias ſub vtroque ſole, ſuccedente tempore, transmiſſus fuiſſe; Romana autem eccleſia, quia praecipua iam poſt *Antiochiam* quam Apoſtoli reliquerant, ſedes fuerat, et *Paulus* et *Petrus* Romae ſepulti credebantur, auctoritate ad alias fere omnes non caruit; exceptis *Gnoſticorum* familiis, qui alieni erant ab iſta ἐπιεικιᾳ et miti doctrinae oeconomia, quae Iudaeis non parum concedebat, vt eo minus a Chriſtiana religione abhorrerent. *Gnoſtici* igitur et *Actus Apoſtolorum* reiecerunt, et *Pauli* epiſtolas conciderunt et decurtarunt; reciſis ſententiis, quae ad Iudaicam indolem accederent. Nec eſt negligendum, canone Apoſtolico LXXXV, *Actuum* librum recenſeri poſtremo loco, poſt *Clementis* duas epiſtolas et poſt *Conſtitutiones*. His autem in ſcriptionibus *Actuum* nondum fit mentio; imo *Clementis* eiusdem nomine et de *Simonis*, magi, cum *Petro* conflictu, et de *Iacobi*, *Petrique* (cuius περιοδοι olim late diſperſae erant) et aliis Apoſtolis alia narrantur, quam in *Actis*. Scribit autem *Chryſoſtomus*, in commentario in *Actus*, ſuo tempore multos fuiſſe, qui et librum hunc et ſcriptorem ignorauerint; alibi tamen idem prodit, *patrum lex iubet*, actus per L dies ſic publice praelegi, vt τῳ τελει της ἑορτης (Pentecoſtes) etiam lectio libri finiatur. Huius praelegendi conſuetudinis, (*Auguſtinus* antiquae traditionis conſuetudinem appellat) etiam alii latini mentionem faciunt; itaque ab occidente, ſeculo 4, et ſeculo quinto ad *graecas* aliasque eccleſias tranſiit illa conſuetudo, de qua in *Apoſtol. Conſtitutionibus* nondum exſtat veſtigium. Repetamus, quod iam retulimus, *Chryſoſtomum* ab eccleſia *romana* repetiiſſe diem 25. decembris nato Chriſto ſacrum; meminerimus, *Clementis* Romani nomine ſcriptiones, *Hermae* etiam librum, *Romam* vrbem

occupare; et perspiciemus, primordia ecclesiae christianae, quam *Palaestinenses* turbae iam vix vltra patiebantur, praecipue Antiochiae et *Romae*, (Imperatorem Paulus etiam appellauerat, contra Iudaeos) adiumenta inuenisse; etsi nec graecis quibusdam ecclesiis opportunitas defuit, sacrorum suorum auctoritatem ad *Iohannem* aut alios apostolicos referendi. Intelligemus autem ex his quaedam postea facilius, quae ad lites de Paschate, de rebaptizandis haereticis &c. ex vtraque parte sub oriente et occidente sole agitatas, pertinent. Ceterum fuit olim *Actuum*, vt Euangeliorum fere, non vna recensio seu editio; quod facile patet, si quis codicem Cantabrig. *Laudian.* Syrae secundae notas graecas, et *Augustinum*, conferat cum excuso textu.

Epistolae *Pauli* non raro historici sunt argumenti; sed cum temporis ordo nobis fere plane ignotus sit, quo epistolae scriptae fuerunt, (disponuntur enim vel pro dignitate object. personalis, vel sic, vt breuiores postponantur): non satis feliciter istas historiae partes colligere et illustrare licet. Illa ad *Hebraeos*, vt legenti patet, *Hebraeis*, seu ingenuis natis Iudaeis (extra Palaestinam, in *Macedonia* forte,) maxime dat operam; docendi et persuadendi modum eum imitata, quem praecipue amarent. *Latina* ecclesia paulo serius eam recepit, quia *Pauli* nomine caret; licet eius personam fere referat. Ad *Galatas* videtur recte a *Marcione*, quod ad tempus attinet, ceteris epistolis praeposita fuisse; et vix dubitare ausim, cum *Marcion* Iudaeis nihil omnino concederet, ex *Marcionis* codicibus superesse istam lectionem in nostris codicibus, Cap. 2, 5, inserta *negatione*, (non cessimus ad horam;) cum sciamus, et contrarium Paulum alibi fecisse, et *Marcionem* saepissime, si Iudaeis quid concederent, interpolasse Pauli epistolas, et *Tertullianum* ipsum hanc lectionem *corruptam* et *vitiatam* dicere; nempe a *Marcione*. Superest autem in *latinis* scriptoribus multis ista vetusta lectio, (ad horam *cessimus*,) etiam in graecolatino vno codice.

Illa ad *Romanos* olim in multis codicibus caruit vltimis duobus capitibus; ſunt omnino hiſtorica quaſi appendix atque additio eius argumenti, quo ad praelegendum atque ad religionis exercitium adiuuandum non opus erat; licet a Pauli tempore adfuerit, qui cap. XV, 23 ſeqq. ſatis innuit, tempus et locum ſcriptionis. *Marcion* praepoſuit illas ad *Corinthios* huic ad *Romanos*; *tertia* quaedam ad *Corinthios*, an a Paulo fuerit conſcripta, quae non amplius ſuperſit: non ſatis conſtat; ex 1 Cor. 5, 9 fuerunt et olim quidam, et e noſtris non pauci, *Hunnius*, *Gesnerus*, *Rungius*, Luc. *Oſiander* &c. qui affirmarent. Illae ad *Theſſalonicenſes*, praecipue ſecundae Cap. 2. hiſtoriam attingunt, et rudioribus chriſtianis, qui reditum Chriſti magnificum ἀσθενέστεροι exſpectabant, lac quaſi praebent; vt de ſe ipſe narrat Paulus, omnia ſe omnibus fieri. Intelligimus autem, 2 Theſſ. 2, 2 et 3, 18 opus iam tum fuiſſe priuato quodam ſigno, ad dignoſcendas Pauli genuinas epiſtolas. Ceterae aliorum Epiſtolae, quas iam *Euſebii* tempore καθολικὰς dixerunt, per priora quatuor ſecula, non fuerunt vnius auctoritatis; latini *Petri*, qui Romae fuerit, epiſtolas ceteris praeponunt. In Epiſtola *Iudae* non nulla de angelis ex *libro Henochi* inſeruntur; habet etiam cum *Petri* ſecunda quaedam fere communia. E *Iacobi* epiſtola patet, Chriſtianorum in coetibus iam iſto tempore non nihil externae dignitati datum fuiſſe. *Babylon*, cuius *Petrus* facit mentionem, videtur *Aſſyriae* illa vrbs intelligenda eſſe. *Apocalypſis*, dubiae originis, et infirmiorum in gratiam picta magis quam ſcripta, varias ſententias inde a primo tempore experta eſt; Chriſtiani ex Iudaeis non reſpuerunt; ſed plerique ea parum vſi ſunt, non pauci omnino reiecerunt; poſtea, cum *Tychonius* ſpiritualem expoſitionem praeiuerat, a plerisque recepta fuit; ſic tamen, vt de hiſtorica huius libri origine et fide nondum omnino ita, vti de aliis, nobis conſtet; ſed res ad arbitrium et conſcientiam lectorum hodie adhuc redeat. Qui enim ſibi perſuadere poſſunt, iam ſeculo I *canonis*, ſeu catalogi ſacrorum librorum aucto-

ritatem

ritatem aliquam valuisse, suo iure vti possunt; historica autem testimonia non addicunt. De hac caussa conf. *Io. Ens* bibliotheca sacra seu diatribe de librorum N. T. canone, Amsteld. 1710. 8. *Io. Frickii* de cura veteris ecclesiae circa Canonem, (qui haud parum de suo caussam exornauit;) multa etiam Millius in prolegomenis collegit.

Ceterum illud diligenti examine atque obseruatione non est indignum, quod suspicari audemus, istos libros sacros minime in promiscuum plebis christianae vsum isto tempore destinatos fuisse; epistolas adeo ad ecclesiarum statores et ministros, non vero ad populum simul, missas videri; nec eas populo praelectas fuisse, sed inseruiisse informandis ecclesiae ministris. Nec desunt clara vestigia, e quibus colligitur, per litterarum compendia, (abbreuiaturas appellant) scriptiones istas fuisse exaratas, scribendi genere tam impolito et rudi, vt seculo 2. et 3 plurium eruditorum studia accesserint, qui phrases et scribendi modum emendare aggressi sunt. Non desunt certe clara testimonia; quaedam collegit *Wetstenius* (vid. *libellos* Wetstenii hic editos pag. 28. 48 seq.;) alia adhuc exstant rei ipsius documenta, in antiquioribus scriptis codicibus.

De Apostolorum aliis gestis rebus, scriptis, itineribus &c. multa quidem narrantur, sed a testibus fide minus dignis. *Petrum* et *Paulum* Romae mortuos fuisse, *Irenaeo*, *Cajo* presbytero, aliisque satis antiquis si fidem habemus, credimus; ad historiam illam confirmandam postea multi multas appendices consuerunt. Legere de *Petri* et *Pauli* rebus, prae aliis operae est pretium *Friderici Spanhemii* dissertationum historici argumenti quaternionem; lugd. bat. 1679. 8. atque *Pearsonii* annales *paulinos;* (*Ignatii Georgii* Paulus Apostolus in mari quod nunc venetus sinus dicitur naufragus et *Melitae* dalmatensis epistolae hospes, Venetiis 1730. 4. ad Actor. 27 et 28; de rebus paucis verbosissime hic auctor scripsit.) De *Apocryphis* et *Pseudepigraphis* confer. *Fabricii* codex satis notus; Ioh. *Dallaei* lib. III. de Pseudepigraphis Apostolicis;

ſeu libris octo constitutt. apoſtolicarum; item *Cotelerii* corpus ex Clerici editione; *Grabii* Spicilegium; *Cotelerii* notae ad Patres Apoſtolicos. Res eſt taedii atque indignationis iuſtae plena, tot falſas ſcriptiones olim conſarcinatas fuiſſe; *Pauli* adeo ad *Senecam* epiſtolas &c. Igitur, ſi cui placet, ex his fontibus poterit colligere hiſtorias de rebus geſtis atque itineribus Apoſtolorum; quas alii ſuo iure fabulas dicent. De *Apoſtolicorum* virorum hoc ſeculo meritis haud multo magis certa ſunt, quae narrari olim ſecure ſolebant, vt et de Petri cum *Simone Mago* Romae conflictu. *Launoii* copioſa diſputatio, de commentitio Lazari, Marthae et Magdalenae in Prouinciam appulſu; eius etiam opuſcula de duobus *Dionyſiis*, Athenienſi et Pariſienſi huc maxime pertinent. Idem *Launoius* erudītiſſime egit, de tempore, quo primum in Galliis ſuſcepta eſt Chriſti fides, anno 1659, quae ſcriptio multa frugifera complectitur, parum vero profecit *Hugo Mathoud* diſſertatione *de vera Senonum origine Chriſtiana* aduerſus Ioannem de *Launoi*, Pariſ. 1687. 4.

CAP. VI.

De ſtatu et exercitio religionis chriſtianae.

Hiſtoria chriſtianorum per hoc ſeculum parum ampla eſt et certa. Ex *Actis Epiſtolisque* Apoſtolorum ſtatum nouae ſocietatis repetere atque informare licet, ſed obſcurius. Per priora tempora a templi Hieroſolymitani conſuetudine non alieni erant *Apoſtoli* eorumque *fratres*, ſeu in propaganda religione chriſtiana ſocii; *Fratrum* nomine enim deſignantur varii ordinis miniſtri, quorum quidam *Euangeliſtae*, itinerum miniſterii cauſſa faciundorum comites. Atque tam in vrbe, *Hieroſolymis*, quam hic ibi in *Palaeſtina* per minora oppida non defuerunt, qui domiciliorum et bonorum ſuorum vſum, ad conuentus et ſumtus,

quibus

quibus opus erat, permittebant. Post *Spiritus sancti effusionem*, qua omnium linguarum ministerium iam ad omnes gentes liberum portendebatur, proselytis et Hellenistis in vrbe per aliquot annos data fuit opera; et praeter publicas in templo orationes, seiuncta quaedam societas sensim instituebatur, allectis pauperum ministris, seu diaconis, tam ex Iudaeorum ingenuorum quam ex Hellenistarum numero. Tandem cum ad XII istos Apostolos ille 13, *Paulus* etiam accessisset, latius iam per omnes fere prouincias Romano imperio subiectas disseminata fuit melioris religionis commendatio. Res sic tulit, vt nouae societatis fuerit etiam alia gubernatio, ne Iudaeorum admisceretur aut superstitio aut ex rebellione oriundum fatum; facile tamen patet, primordia societatis, quae ex Iudaeis coierat, ex Synagogae et Synedrii institutis non nulla retinuisse. *Ecclesiarum* nomen iam valuit, vt a Synagogis distinguerentur; per Episcopos, *presbyteros* et *diaconos* solebant administrari; *prophetae* enim, Euangelistae, διδασκαλοι, non erant ad vnam vnius loci societatem alligati. *Apostoli* iam *dioeceseon* quasi aliquam diuisionem ipsi praeiuerant; *Pauli* enim prouincia porrigebatur εἰς τα ἐθνη, Hierosolymitani autem proceres eas prouincias atque vrbes procurabant, quae Iudaeorum praecipue multitudine abundabant. Post Apostolorum mortem continuata fuit diuisae gubernationis forma; ita tamen, vt *Prouinciarum* Imperii Romani diuisionem vrbiumque per *dioeceses* dignitatem etiam christianarum societatum, seu κληρων ordo, imitaretur. *Electio* et designatio Episcopi et presbyterorum primum ab Apostolis peragebatur; postea a cuncta loci ecclesia; Romanus enim magistratus bonorum dominium christianis permisit liberum, fuerunt adeo non nulli *palatini* in Christianorum numero. Itaque conferebant quisque de suo in commune, partim argentum, partim frumentum, cibos, oleum &c. ad *Agapas*, ad sumtus publicos itinerum, domiciliorum, peregrinorum, pauperumque alendorum. Nec defuerint qui donatis suis cunctis bonis, vitae ceteram sustentationem

 et

honoris aliquod inſtar in hac ſocietate quaſi redemerant; (*viduae* quaedam ditiores &c.) e plurium tandem ſimilibus beneficiis ſeculo iam 2do et tertio quaedam eccleſiae certos reditus habebant, quae *ſalariis* et victui doctorum, parandisque terris, vaſis, veſtibus, luminibus &c. ſufficerent. *Presbyterorum* praecipua cura ſpectabatur in ſapienti occaſionum impedimentorumque diſcrimine; ne res publica religionis abuſu detrimentum caperet, et nomen Chriſtianum a ſcelere et flagitio minus abeſſe diceretur. Seruarunt igitur ſapientem doctrinae modum; alii Chriſtiani rudiores, infirmi; alii *perfectiores*, nempe cognoſcendi facultate, qui facilius diſcernerent ea, quae minus ad religionem quam ad opinionem pertinebant. Illorum plerique ex Iudaeis ſeuerioribus erant, qui Moſaicae legis vim et vſum diuinitus adhuc valere ſibi perſuaſerant; iidem diei ſtatis horis preces recitabant, ieiuniis vigiliisque operam dabant; *Regnum Meſſiae* in terris paulo poſt exſpectantes. Quorum imbecillitati Paulus ſapienter et ſtudioſe obſecutus eſt; alii vero, qui Iudaeorum tenuem intelligendi modum et veteris teſtamenti, ſi permaneret, auctoritatem obſtare putabant liberiori religioni, cuius καινοτητα iuſto fere plus commendabant, nullum moſaicae legis et conſuetudinis veſtigium ſupereſſe volebant. Videntur hi iam ante Chriſti tempora γνωσεως vocabulo ſuperbiiſſe; *Ophitas* certe vix eſt dubium iam ante Chriſtum exſtitiſſe, (de iis *Moshemius* commentationem germanicam edidit 1746. 4;) nec alii defuerunt, qui ad ſuum ingenium reuocarunt Moſaicorum librorum conſilium atque auctoritatem; fuerunt certe e Iudaeis graecis multi, qui a ceteris Iudaeis ſeiunctas ſectas inſtituerunt. Αντιθεσεις, (Moſis et Chriſti, quibus *Marcionem* Vetus teſtamentum oppugnaſſe Tertullianus ſcribit,) iam Paulus commemorat, γενεαλογιας etiam ἀπεραντους (*Aeonum* haud dubie) et μωρας ζητησεις. Chriſti autem fama atque auctoritate multi alii ſuam in rem abuſi ſunt, quibus cum Iudaeorum labantibus rebus minus conueniebat. *Samaritani* quidam, *Doſitheus*, *Simon*, magus,

Me-

Menander; imperitior pars plebis Messiam, caelestem substantiam, angelum, seu *aeona*, exspectabat; eum igitur se fingebant isti triumuiri, cuius beneficio hic adspectabilis mundus, peccati officina, propediem abolendus (et cum meliori orbis facie commutandus) esset. De *Nicolaitis* parum constat, quos seueriores Iudaeo-christiani videntur ob vitae liberiorem modum abominati esse. *Cerinthus*, *Alexandriae* litteris operatus, Christi historiam suis consiliis et Iudaeorum vanis opinionibus adaptauit, atque redituri iam Christi felix in terra regnum promisit. Nempe graeci *Alexandrini* Iudaei sex mille annis mundi durationem circumscribebant. *Nazareni* et *Ebionitae* si iam seculo primo in *Palaestina* locum habuerunt, quod non est improbabile, illorum disciplinam amplexi fuerunt, qui Mosaicae legis necessitatem etiam Christi amatoribus incumbere decreuerant.

Superest ea historiae pars, quae *persecutionum* nomine solet hoc seculo recenseri. De eo satis constat, Iudaeos et *Paulo* et Christianis infensissimos fuisse, quantum per *Romanos* magistratus licuit, qui satis luculenter Christianis ius religionis priuatum permittebant, quod vel ex Apostolorum actis colligere licet. *Apocalypsis* etiam *Antipae* cuiusdam facit mentionem, qui *Pergami* occisus fuerit. Transiit autem a Iudaeis ad Romanam plebem odium in Christianos, quos a templis, aris, victimis, sacerdotibus, auguriisque alienos esse videbant; itaque dubium non est, si vel maxime Imperatorum in Christianos edicta nulla essent, impotentis plebis odium reperisse facile hic ibi magistratus ministeria, quibus superstitionem auitam aduersus hos illos christianos vindicaret. *Neronem* ab anno Christi 64, et *Domitianum* ab anno 94 in Christianos leges publicas per Romanum orbem sanxisse, vulgata inde a *Tertulliano* (Apolog. c. 4.) fama est; atque si qui *Apocalypsin* et vulgi trepidationem admitterent, *Antichristus* inter Imperatores Romanos quaerendus erat. Cum vero *Tertullianus* non pauca soleat satis grauiter commemorare, quorum nobis

 non-

nondum fieri fides poteſt, (e. g. de *Pilati* actis; excitantur *graeca* Pilati acta ab auctore ſermonis 7 in Paſcha; inter ſpuria Chryſoſtomi. De *Iohanne* in oleum iniecto &c.) atque hic ſcriptor ex ingenio ſuo praeteriti temporis hiſtoriam non parum adiuuare audeat: de publicis legibus contra Chriſtianos nondum omnino aut ſatis conſtare videri poteſt. Non defuit tamen multis *martyribus*, (ita appellabant, qui de Chriſto teſtimonium vel vitae non parcentes dixerant; *confeſſores* autem, qui vitae periculum non auerſati erant,) quos iam a ſeculo 3 et 4to recenſere ex hoc ſeculo ſolent, ſecuta per ſecula honor et ſollennis memoria. Amabimus autem chriſtianae ingenuae virtutis luculenta exempla, ſi vel maxime ſtudioſius informentur, quam ex hiſtoria confirmari poſſint. Non eſt tamen inſiciandum, tum illud, pleraque omnia eſſe incerta, atque *Dodwelli* diſputationem (eſt XI. inter *Cyprian.*) de *paucitate Martyrum*, ratione non carere; tum iſtud, de argumento martyrii ingenuo non facile nobis conſtare. Si hoc iam ſeculo publicae leges et tot in chriſtianos ſupplicia locum habuerunt, vix intelligere licet, quare per *Plinium Traianus* ſeculo ſecundo de Chriſtianis quaeſtionem haberi iuſſerit. Solebant tamen poſteriores ingentem martyrum numerum per *decem perſecutiones* inuenire, de quibus varios ſcriptores, ſed pleroſque parum frugiferos, nominauit Io. Alb. *Fabricius*, in *luce Euangelii* orbi vniuerſo *exoriente*, c. 7. *Gnoſticorum* autem diſciplina fere ſtatuebat, non eſſe, vt Chriſtianus martyrii cauſſa mortem ſubeat. Itaque Catholicorum tantum fuit illa laus, qui et de vario cruciatuum genere ſatis magnifice paulo poſt exponere aut narrare ſolent; de qua cauſſa e recentioribus et *Ant. Gallonius* et *Caſp. Sagittarius* ſingularibus libellis egerunt, ex veterum ſcriptionibus, et *Actis* ſanctorum et martyrum; licet huius generis acta pauca ingenuae indolis atque aetatis ſuperſint. Neque enim ſufficit vel *Theodor. Ruinarti* probitas et diligentia, qua *ſelecta* et *ſincera martyrum acta* e multis aliis ſelegit.

Tandem

Tandem inter *ſcriptores* huius ſeculi ſolebant olim hodieque ferri, *Clemens*, rom. epiſcopus, *Epiſtolarum* 2 ad Corinthios graecarum auctor, (*Syriaca* etiam per *Wetſtenium* alia edita eſt;) ſed non deſunt dubitandi cauſſae, etſi plerisque omnibus ſecus videatur. *Canones* et *Conſtitutt.* Apoſtol. *Recognitiones* et Clementinae *Homiliae* eodem nomine iam olim legebantur, (ex *Rufini* etiam interpretatione latina,) atque, ſi *Whiſtoni* ſenſum admittimus, fas non eſt de auctoritate atque aetate horum librorum dubitare. Nec genuina eſt *Barnabae* nomine prodita Epiſtola, *Alexandrini* haud dubie graeci, vt pleraeque iſtae falſae ſcriptiones graecae ea in vrbe fere compoſitae fuerunt. *Dionyſii*, Areopagitae et *Hermae* libros hoc ſeculo recenſere non opus eſt. *Ignatii*, (Romanus haud dubie fuit, Egnatius,) qui ſub *Traiano Romae* in theatro mortem oppetiit, *epiſtolae*, (VII. in romano itinere) minores aliae, aliae verboſiores, (quas *Whiſtonus* putabat ſolas ingenuas) confictae omnes videntur, ad *Hierarchiam* confirmandam; nec *Polycarpi* Epiſtola ad *Philippenſes* placet. De *editionibus* &c. vid. *Fabricii* biblioth. graecam lib. V. c. 1. *Coteleriam*, *Oudinum*, *Cellerium* &c.

Tabula ſeculi primi.

An. vrbis cond.	Aerae vulg.	
750.	4.	*Natalis* Chriſti. Alii in annum vrbis conditae 751 differunt. *Iulianae* correctionis 43. *Auguſti*, 41. *Periodi* Iulianae 4711.
754.		Initium *aerae* vulgaris, ſ. *dionyſiacae*. Aerae *Nabonaſſareae* anno 749.
760.		*Archelaus*, *Iudaeae*, *Idumaeae*, Samariae Ethnarcha, nono principatus ſui anno finito, a Iudaeis accuſatus, relegatur *Viennam* allobrog. Eius facultates per *Quirinium* fiſco addictae. *Iudaei*, duce *Iuda*, (Actor. 5.) contra cenſum, quem *Quirinius* idem egit, libertatem ſuam tueri audent.

An. vrbis cond.	Aerae vulg.	
		audent. *Coponius,* Iudaeae primus procurator.
762.		Clades *Variana.* Chriſtus XII annos natus, in templo.
764.	10.	Auguſti 54; ſub hoc tempus M. *Ambiuius* procurator Iudaeae.
766.		*Annius Rufus*, tertius procurator; eum quidam in ſequentem annum reiiciunt. *Ioſeph.* antiq. lib. 18, c. 3.
767.	13.	Auguſtus Nolae moritur; die 19 Auguſti; anno imperii 57. *Tiberii* annus *primus.* Aeram enim proconſularem a *Luca* deſignatam fuiſſe, parum eſt veroſimile.
768.		*Valerius Gratus*, Iudaeae IV procurator. Paulo poſt *Ouidius* moritur.
770.		*Germanicus* Caeſar triumphat de *Cheruſcis*, *Chattis*, *Angriuariis.*
772	18.	Cneius *Saturninus*, Syriae praefectus.
779.		*Pilatus*, Iudaeae procurator. Ioſeph, cognomine *Caiphas*, a Grato adhuc pontifex conſtitutus.
781.		*Tiberii* XV. Mandatum dei, ad *Iohannem,* in deſerto.
782.	30.	Conſules C. Fuſius *Geminus* et L. Rubellius *Geminus*; (ſub duobus *Geminis* ſcriptores eccleſiaſtici olim plerique Chriſti mortem poſuerunt. *Tiber.* 16.
783.		*Tiberii* XVII. Forte Chriſti baptismus; inde publicum munus Iudaismo praecipue aduerſum.
786.	33.	*Mors Chriſti*, menſe Aprili. Coſſ. Ser. Sulp. *Galba*, et L. Sylla *Felice*; Tiberii XX. Aerae vulgar. 33. *Petauius* an. aerae vulg. 31.
787.		*Saulus*, damaſcum proficiſcitur; per triduum caecus, videtur per apocalypſin, quaſi in tertium caelum raptus, edoctus fuiſſe. *Tres annos* poſt conuerſionem, Hieroſolymam adiit, vt Petrum viſeret, Galat. 1, 18. Actor. 9, 26.
789.		*Vitellius*, Syriae praeſes, *Pilatum*, a Iudaeis accuſatum, *Romam* mittit.

Petrus,

An. vrbis cond.	Aerae vulg.	
		Petrus, poſtquam *Cornelium* baptizauerat, putatur a quibusdam *Antiochiam* diſceſſiſſe.
790.	37.	*Tiberius* moritur. Succedit *Caius* Caligula. *Ioſephus*, hiſtoricus, naſcitur.
792.	38.	*Agrippa*, Herodis M. Nepos, vinculis a *Caio* ſolutus, Roma diſcedit in Iudaeam. *Alexandriae* ſeditio aduerſus Iudaeos, qui *Philonem* ad *Caium* imper. mittunt; contra *Flaccum*, qui ſeditionem fouebat. Ioſeph. lib. 18, c. 10.
793.	39.	*Petronius* Vitellio in Syria ſucceſſor miſſus, cum mandatis, vt *Caji* imaginem in *templo Hieroſolymitano* poneret; licet res non confecta fuerit. *Barnabas* Antiochiam miſſus; inde *Tarſum* profectus, vt *Paulum* adduceret. Iam Antiochiae *nomen chriſtianorum* oritur, quo nomine *Petrus* ipſe vtitur, 1 Petri 4, 16. Gal. 2, 11.
794.	40.	Caligulae occiſo ſuccedit *Claudius*, qui *Agrippae* regno *Iudaeam* et *Samariam* adiecit. *Paulus*, cum annum Antiochiae exegiſſet, *Hieroſolymam* ſecundum profectus eſt, vt ſubſidium cum Barnaba afferret. Act. XI.
795.		Sub hoc tempus *Simonem*, Magum, volunt *Antiochia* Romam veniſſe; atque Petrum ex eadem vrbe in eamdem profectum.
797.		Mortuus eſt *Agrippa*. *Cuſpius Fadus* regni eius fit poſtea procurator.
800.		Fames ab *Agabo* praedicta adhuc graſſatur. *Claudii* VIto.
802.		Claudius *Iudaeos* Roma expulit; itaque (et *Petrus* in Iudaeam rediit) et *Aquila* et *Priſcilla* Corinthum. Actor. 18, 2.
803.	50.	Paulus Athenas venit; inde Corinthum; atque hic ſesquiannum moratus eſt; ad *Galatas*, *Romanos*, (de quibus ex *Aquila* audierat,) et ad Hebraeos, poſtea etiam ad *Theſſalonic.* forte ſub hoc tempus ſcripſit.
805.		Claudii XII. Ventidius *Cumanus* Iudaeae et Galilaeae procurator, apud *Quadratum*, Syriae praeſidem accuſatus, Romam mittitur. *Felix*, Iudaeae procurator.

Clau-

An. vrbis cond.	Aerae vulg.	
807.	53. 54.	Claudio mortuo ſuccedit *Domitius Nero*. (Per annos XXV, vsque ad principium Neroniani imperii, Apoſtoli per omnes provincias et ciuitates eccleſiae fundamenta miſerunt; cumque iam Nero imperaret, Petrus Romam venit &c. *Lactant.* Pagius anno Claudii 3. Secundum ergo venit? graeci aliter ſupputant.) Paulus, poſt Tumultum Epheſinum, Act. 19. ſcribit 1. ad *Corinthios*; Inde in Macedoniam et Graeciam abit. Act. 20, 3. Ex Maced. videtur ſecundam ad *Corinth.* ſcripſiſſe; et primam ad Timotheum (*Theodoretus*, Athanaſ.) ad *Titum* &c. Poſtea circa feſtum *pentecoſtes* Hieroſolymam venit a Iudaeis ibi captus, Act. XX-XXIV.
809.		*Paulus* romam ductus; inde aliquot epiſtolas ſcribit.
813.		*Neronis*, 7, *Feſto* Iudaeae procuratori ſuccedit, *Albinus*.
814.	60.	*Iacobus*, Hieroſolym. Epiſc. lapidatur. *Perſius*, poeta, moritur.
816.		Neronis *decennalia*; itaque gloriam condendae *nouae vrbis* quaerens incendium Romae iuſſiſſe creditur; criminis autem reos ſubdidit Chriſtianos, *Tacit.* annal. XV. *Dio*, LXII.
817.		*Ceſtius Gallus* Syriae legatus; quem ſequenti anno Iudaei vicerunt. *Geſſius Florus* procurator Iudaeae.
818.		Initium belli iudaici. Martyrium *Petri* et *Pauli*, Coſſ. *Nerua* et *Veſtino*, ſolet deſignari, d. 29 Iun. *Linus* ſucceſſit; *Clemens*, rom. atque huic anno Chriſti 77 mortuo, *Cletus*. Dubia autem eſt chronologia.
821.		Deficiunt a Nerone C. Iul. *Vindex* in *Gallia*; (quem *Rufus* Germaniae praefectus opprimit.) In *Hiſpania*, *Galba* &c. *Nero* ſe ipſum interficit. *Galba*, menſibus fere VII. imperator; ad quem *Veſpaſianus* filium gratulaturum mittit; ſed audita *Galbae* morte ex Achaia ad patrem reuer-

An. vrbis cond.	Aerae vulg.	
		reuertitur. *Otho*, tribus vix menſibus imperium tenet; *Vitellius*, in *Germania*, ad ſe transfert imperium, menſibus octo; inde *Veſpaſianus*.
822.	70	Templum Hieroſolym. ſuccenſum; ſequenti anno templum *Oniae*, Alexandriae, Veſpaſiani iuſſu, a Lupo ſuccenſum. *Caeſarea* maritima iam Iudaeae metropolis.
826.	73.	*Philoſophi* (ſtoici et cynici) ob licentiam immodicam a Veſpaſiano vrbe eiecti.
827.		Fabula de martyrio *Martialis*, lemouic. epiſcopi.
831.		Hic *Lini* martyrium, poſt annos epiſc. XI, quidam ponunt.
832.		*Titus* ſuccedit patri
834.		*Domitianus* Tito ſuccedit.
842.		*Apollonius*, Tyanaeus, Romam euocatus; cauſſa coram Imperatore perorata, repente dicitur euanuiſſe. *Philoſtratus* lib. 7. et 8. de vita Apollon.
844.		*Cleti* martyrium. Huic demum alii *Clementem* volunt ſucceſſiſſe, non *Lino*.
846.	93.	Sub Domitiano *ſecunda perſecutio*, qua et *Iohannem* et *Ignatium* volunt vexatum; poſt duos annos *Flauius Clemens*, conſul, imperatoris conſobrinus, eiusque neptis aut vxor, *Flauia domitilla*, dicuntur martyres obiiſſe. *Acilius Glabrio*, conſularis, cum aliis, ob chriſt. religion. necati.
849.		*Nerua* ſuccedit Domitiano occiſo. *Ioannes* ab exilio in Aſiam rediiſſe dicitur.
851.	98.	*Traianus* imperator, qui *Hetaerias* prohibuit, *Plin.* lib. X. ep. 97. *Ignatius*, Antiochiae, *Symeon*, Hieroſ. epiſcopi.
852.	99.	*Ioannes* creditur mortuus.
853.	100.	*Clemens* rom. in cherſoneſo pontica, relegatus, moritur, ei ſequenti anno *Anacletus* dicitur ſucceſſiſſe.

SECVLI SECVNDI.

C A P. I.

De Fontibus historiae.

De *Plinii* ad *Traianum* Imperatorem Epiſtola 97, Libri X.

Operae omnino eſt pretium, huic Epiſtolae praecipuam dare operam, quae a Legato ſeu *Expractore Bithyniae* (1 *Petri* 1, 1.) ex fide publicorum Actorum, ad Imperatorem ſub annum Chriſti CXI-CXII miſſa fuit; ſi *Pagii*, qui *Noriſii* epiſtolam conſularem ſequitur, computum (ad annum Chriſti 102.) ſatis veroſimilem admittimus. Exſtant in hanc epiſtolam commentationes *Balduini*, *Voſſii*, *Iuſti Henningii Boehmeri* (XII. diſſertatt. iuris eccleſ. antiqui, editio 2. 1729. 8. Halae) *Heumanni*. Dabimus autem et hic illi epiſtolae locum, quia non nihil lucis ad hiſtoriam confert, et longe rarius legi ſolet, quam opus eſt.

Sollemne eſt mihi, domine, omnia de quibus dubito, ad te referre. Quis enim poteſt melius vel cunctationem meam regere, vel ignorantiam inſtruere? Cognitionibus de Chriſtianis interfui nunquam: *ideo neſcio quid, et quatenus, aut puniri* ſoleat, *aut quaeri. Nec mediocriter haeſitaui, ſit ne aliquod diſcrimen aetatum, an quamlibet teneri nihil a robuſtioribus differant; deturne poenitentiae venia, an ei, qui omnino Chriſtianus fuit, deſiiſſe non proſit; nomen ipſum, etiamſi flagitiis careat, an* flagitia *cohaerentia nomini puniantur. Interim in iis, qui ad me tanquam Chriſtiani* deferebantur, *hunc ſum ſequutus modum. Interrogaui ipſos, an eſſent Chriſtiani; confitentes iterum ac tertio*

inter-

interrogaui, supplicium minatus; perseuerantes duci iussi. Neque enim dubitabam, qualecunque esset, quod faterentur, peruicaciam *certe, et inflexibilem obstinationem debere puniri. Fuerunt alii similis amentiae, quos quia* ciues Romani *erant, annotaui in vrbem remittendos. Mox ipso tractu, vt fieri solet,* diffundente se crimine, *plures species inciderunt. Propositus est libellus sine auctore, multorum nomina continens, qui negarent se esse Christianos aut fuisse, quum praeeunte me deos appellarent et imagini tuae, quam propter hoc iusseram cum simulacris numinum afferri, thure ac vino supplicarent; praeterea male dicerent Christo; quorum nihil cogi posse dicuntur* qui sunt reuera Christiani. *Ergo dimittendos putaui. Alii ab indice nominati, esse se Christianos dixerunt, et mox negauerunt, fuisse quidem, sed desisse; quidam ante* triennium, *quidam* ante plures annos, *non nemo etiam ante* viginti *quoque; omnes et imaginem tuam, deorumque simulacra venerati sunt, ii et Christo maledixerunt. Affirmabant autem, hanc fuisse summam vel culpae suae, vel erroris, quod essent soliti* stato die ante lucem *conuenire, carmenque Christo, quasi deo, dicere secum inuicem, seque* sacramento, *non in scelus aliquod obstringere, sed ne* furta, *ne* latrocinia, *ne* adulteria *committerent, ne fidem fallerent, ne depositum appellati abnegarent; quibus peractis, morem sibi discedendi fuisse, rursusque coeundi ad capiendum cibum, promiscuum tamen et innoxium; quod ipsum facere desiisse,* post edictum meum, *quo secundum mandata tua* hetaerias *esse vetueram. Quo magis necessarium credidi ex duabus ancillis, quae* ministrae *dicebantur, quid esset veri, et per tormenta quaerere. Sed nihil aliud inueni, quam* superstitionem *prauam et immodicam. Ideoque dilata cognitione ad consulendum te decurri. Visa est enim mihi res digna consultatione, maxime propter periclitantium numerum. Multi enim omnis* aetatis,

omnis

omnis ordinis, *utriusque* sexus *etiam*, *vocantur in periculum et vocabuntur; neque enim* ciuitates *tantum*, *sed* vicos *etiam atque* agros *superstitionis istius contagio peruagata est. Quae videtur sisti et corrigi posse. Certe satis constat*, prope iam desolata templa *coepisse celebrari, et sacra sollemnia diu intermissa repeti; passimque venire victimas, quarum adhuc rarissimus emptor inueniebatur. Ex quo facile est opinari, quae turba hominum emendari possit, si sit poenitentiae locus.*

Ad Exemplum huius epistolae conficta est alia, *Tiberiani* primae palaestinae praefecti, ad *Traianum*, qua lecta Imperator edictum pro Christianis ediderit; (vid. *Dodwelli* dissertatio XI Cyprianica.) Sequitur *Traiani* responsio, in *Plinii* epist. 98. *Hadriani* epistolam *Eusebius*, hist. *eccles.* lib. 4, c. 9 ex *Iustino*, (graece tamen a se translatam) excitat; *Antonini* Epistolam προς το κοινον της Ασιας, *Euseb.* ibid. c. 13, si quidem satis genuina sit. Vid. *Balduini* commentarius ad edicta principum Romanorum de Christianis; Halae recusus 1727. Atque huius generis rescriptis *Dodwellus* l. c. videtur quibusdam fere abuti. Ex prohibitione circumcisionis, (quam *Antoninus Pius* permisit rursus) et dedicatione templi Iouis in Aelia Capitolina, bellum aliud iudaicum ortum; itaque de his et aliis Imperatorum gestis rebus, quae ad illustrationem histor. eccles. aliquid faciunt, *Dio*, *Zonaras*, et latini scriptores historiae Augustae *Lampridius*, praecipue in Seuero, consulendi. *Luciani*, siue quicunque tandem auctor sit, *Philopatris*, cui libello *Ironiae* non parum admistum est; ad quam rem, qui non satis attenderunt, non intelligere potuerunt. E christianis monumentis, certiora fere ex *Hegesippo* (apud *Euseb.* histor. lib. 4, 22.) *Irenaeo*, *Iustino* M. *Dionysii*, corinthii, epistolarum titulis; *Eusebio* (hist. eccles. et chronicon per *Hieronymum*) *Tertulliano*; qui etiam historiae latinae iam mentionem facit de *Felicitate* et *Perpetua*; (in *Africa* conscripta fuit) quam et alii veteres

laudant;

laudant; Epistola ecclesiae *Lugdun.* et *Viennensis* Martyrium *Polycarpi, Ignatii;* acta alia, quorum meminit *Eusebius* lib. 4, 15. *Chronicon Damasi;* (Pontificale; de chronologia episcoporum Romanorum et *Henschenius* multa collegit, in *apparatu*, quem Aprili addidit; et *Pagius;*) Inutilia autem fere sunt, *decretales* falsae; acta *Faustini*, Alexandri &c. *Successiones* Episcoporum per primarias vrbes *Eusebius* satis diligenter collegit.

CAP. II.

De propagatione religionis Christianae seculo 2do.

Religio christiana, qua et a iudaica et ethnica superstitione differt, hoc seculo late propagata fuit, etsi in doctrinae et disciplinae genere non omnino conueniebant religionis nouae ministri. Oriebatur autem doctrinae illa diuersitas ex varietate librorum, qui siue Apostolorum siue aliorum auctorum nomine iam longe, quam antea, latius disseminabantur. Videtur sane operae pretium, si quis diligentius recenseat atque in ordinem quasi redigat tot scriptiones, quae a scriptoribus seculi 2. 3. et 4. satis frequenter excitantur, e. c. a *Clemente Alexandrino*, *Origene*, *Epiphanio* &c. qui auctores facile fidem faciant, istos libros non eorum praecipue manibus traditos ad alios fuisse, qui *haereticorum* nomine solent ab *ecclesiasticis* et *catholicis* distingui. Perspici etiam inde posset, ecclesiarum quasi commercium et societas, eiusque occasio atque opportunitas facilius reperiretur. E. c. *Tertullianus*, in *Africa*, iam vti videtur *latina* translatione librorum *Henochi*, *Hermae;* scimus autem *Alexandrinas* naues et in *Africam* et in *Italiam* subuexisse frumentum; fuit itaque facillima librorum et opinionum societas. Inerat his libris, partim propheticum aduersus hostes ingenium, cuius generis argumenta scimus plerosque homines amare, et solatium inde

variis querelis repetere (e. c. *Petri* et *Pauli* praedicatio, *Lactant.* lib. 4, institut. c. 21. *Petri* Apocalypsis, quae iam in *Theodoti* excerptis, et a *Clemente* alex. excitatur, in quibusdam *Palaestinae* ecclesiis singulis annis in die parasceues publice praelecta fuit, vt *Sozomenus* narrat, lib. 7, c. 19.) partim ἠθικὸν, vt διδαχαὶ Apostolorum, e quibus tandem *Constitutiones Apostolorum* compositae fuerunt, seculi 4 fine aut 5ti initio; narrationes seu *Euangelia* multa, *Actus*, Petri, Pauli; *Homiliae* et scriptiones Gnosticorum &c. Doctrina *de vno deo*, ad Christi, qui eum reuelarit, institutionem colendo; de legis naturalis ingenuo vsu, et vitae vniuersae ad virtutem informatione, praecipue solebat celebrari. Huius autem generis praecepta satis est verosimile, inuenisse mites auditores non raros, etsi nec alii defuerunt, qui ingenii vitio aut ex prauo etiam consilio minus recte interpretati sunt. Ex maioribus igitur vrbibus, quae societatum nouarum quasi stabilem sedem praebebant, in minores vrbes, atque in finitimas prouincias, prolata est continuis amatorum studiis christiana disciplina. Eminuit autem his conatibus praecipue *Alexandria* et *Roma*; latini adeo nominis episcopi *Alexandrini* recensentur, praeter *Lucam*, (quem vetustiora documenta *Roma* Alexandriam abiisse atque ibi libros suos edidisse subindicant;) et *Marcum*, *Annianus*, *Auilius*, *Cerdo*, *Primus* &c. Ex Alexandria *Pantaenus*, (Euseb. lib. 5. c. 10.) *stoicus* antea philosophus, in *Indiam* Euangelista abiit. Cum vero dicatur *Matthaei* Euangelium *hebraicum* inuenisse, quod *Bartholomaeus* ibi olim reliquerit: videtur ea prouincia Iudaeos multos habuisse, et alia fuisse, quam *India* nostrae aetatis. Inter *Arabes* autem scimus ex certis documentis, christianam religionem locum satis firmum habuisse. *Romanis* ministeriis et in *Gallia* transalpina, atque inde in *Germaniae*, qua Romanis parebat, partibus, hanc religionem succreuisse facile credimus; licet minus certa sint, quae solent copiosius narrari, tam de *treuirensium*, *Curiensiumque* in Rhaetia, quam de *Britannorum* rebus;

rebus; cuius generis diligentes fabulas plures siue collectas siue reiectas facile repetere licet, si quis velit, ex illustris *Honthemii* histor. treuirensi, *Calmeti* historia Lotharingiae ecclesiastica, *Vsserii* antiquitatibus britannicarum ecclesiarum, lib. 1. c. 1-6. In *Galliam* tamen *ex Asia* dicitur *Pothinus* cum *Irenaeo* et aliis venisse; in Epistola autem *Viennensis* et *Lugdunensis* ecclesiae ad fratres in Asia et *Phrygia*, latina martyrum nomina occurrunt, *Sanctus*, *Maturus*, *Blandina*; (*latinum* etiam Attali *elogium* commemoratur;) sed et in *Phrygia*, *Montanus*, *Prisca*, *Maximilla*, et alia latina nomina christianorum reperiuntur, (*Montanus* etiam in *Africa* sectatores habuit;) vt *Gnosticos*, *Valentinum* &c. taceamus. *Latina* translatio graecorum, tam sacrorum quam apocryphorum librorum, videtur hoc seculo iam in *Africa* exstitisse; licet ea non fuerit in aliorum manibus, quam ministrorum ecclesiasticorum. Minus autem certum est, *miraculorum* continuis testimoniis christianam religionem ad alios commendatam fuisse, quorum in numerum historiam *legionis fulmineae*, κεραυνοβολȣ, bona fide quidem, sed falso, retulerunt christiani scriptores; quorumdam adeo errores *Eusebius* lib. 5, 5 non vitauit; (1) Marcum Aurelium Antonini fratrem nominans, cum M. Aur. Antoninus idem ille sit, cuius fuit adoptiuus frater *Lucius Aelius Verus*, non Antoninus; (2) nomen legioni a fulminibus impetratis iam demum haesisse, cum fuerit haud paulo vetustius. Nos quidem talibus narrationibus, etsi olim forte fuerunt satis probae, atque recentiores earum non defuerunt amatores, nihil hodie historiam Christianorum adiuuari statuimus. *Apologiarum* pro religione christiana exstat hoc seculo non paruus numerus; sed pleraeque ne ad posteros quidem christianos transmissae fuerunt. *Iustini* (neapolitani, in Palaestina) Apologiam, *Antonino Pio*, *Verissimo*, (*Aelio Vero*) filio, philosopho, et *Lucio*, Pii adoptiuo, sacro Senatui et omni populo Romanorum, inscriptam, *Eusebius* commemorat, lib. 4, c. 12. *alteram* vero c. 16, in

 qua

qua de *Crescente*, cynico, aemulo, fit mentio. Superest vtraque. *Melitonis* similem libellum supplicem ad *Antoninum Verum*, nominat *Euseb.* c. 26; ex qua memoria dignum est illud, quod *Melito* de publicis latrociniis in Christianos per Asiam commissis queritur; quod dicit, hanc philosophiam (religionem) primum viguisse apud Barbaros; (Iudaeos, Essaeos?) – ἡν και οἱ προγονοι σȣ προς ταις ἀλλαις θρησκειαις ἐτιμησαν (religionis christianae liberam facultatem haec describunt; *Neronem* et *Domitianum* tamen excipit;) Cap. 27. *Apollinarii* Hierap. in Phrygia Episcopi λογος ad eumdem Imperatorem recensetur; e quo forte sunt illa de legione fulminea, quae *Eusebius* lib. 5, c. 5 descripsit; etiam *Tertulliani* Apologeticum, licet *latine* scriptum, Eusebius citauit; non vero *Athenagorae;* de aliorum scriptorum christianorum libris, agetur postea cap. V, quibus partim contra Iudaeos, partim contra ethnicos, partim contra *haereses* suum religionis modum defensum iuerunt. *Celsus*, *Epicureus* philosophus, vt *Origenes* eum designat, λογον ἀληθη contra christianam philosophiam edidit; vnde fere coniicere liceat, Philosophorum aemulationem contra huius philosophiae successus non defuisse; praesertim cum eo ingenio plerique fuerint, vt *Lucianus* in *Hermotimo* descripsit.

CAP. III.

De forma societatum christianarum.

De hac caussa, quam hoc capite illustrabimus, solent esse multorum satis fidentes et quasi certae sententiae; atque eo facilius opinionibus hic indulgetur, quod historiae iusta documenta fere omnino desunt. Amplior illorum societas, qui *catholicorum* ideo nomine ab aliis minoribus sectis et societatibus distinguuntur, praesidum suorum seu Episcoporum nomina, per maiores certe vrbes, continuo ordine recenset;

censet; *Romani* enim, *Alexandrini*, *Antiocheni*, *Ephesini*, episcopi, vt sese ordine exceperunt, vel ex *Eusebii* historia colligi possunt: sed interiorem societatis, exiguae adhuc et fortunae mediocris, formam, difficillimum est perspicere. Catholici, qui Iudaeis exteris praecipue studebant, atque veteris testamenti libros retinebant, (quibus *Gnostici* non vtebantur,) imitati sunt Synedrii aut Synagogae exemplum, vt plures *presbyteri*, seu doctores, sub vno Episcopo rebus suis fungerentur, plures etiam *diaconi* essent seu ministri: ipsae autem publici muneris hoc seculo partes nobis minus notae sunt; ex serioribus autem temporibus fingi atque informari minime possunt. Episcopos et *Fratres*, seu *doctores*, habuisse inter se litterarum commercium, non ignoramus; episcopi etiam cum presbyteris, si res posceret, atque temporum non obstaret malignitas, ex condicto vna in vrbe conuenerunt, vt coram plurium consentiente voce ageretur; vnde συνοδος, κατ᾽ ἐξοχην, ecclesiasticorum nempe hominum, dici coepit; atque fuerunt huius generis *Synodi* iam seculo secundo, in caussa *Montanistarum*; et de *Paschate*. Vigebat quidem domestica quaedam inter catholicos, siue omnes, siue sub alterutro sole disciplina; ingenua autem ista in caerimoniis quibusdam religiosis obseruandis libertas atque varietas, iam hoc secundo seculo prauis quorumdam studiis locum fecit. Scimus certe, praeter diem *dominicum*, etiam *Sabbatum* quibusdam festum fuisse; de *ieiuniorum* sacrorum temporibus, et *Paschatis* sollemnitate variam fuisse consuetudinem; haud dubie etiam de *baptismo haereticorum* eadem diuersitas iam hoc seculo obtinuit, quam in sequenti reperimus. Ipsa autem haec diuersitas, et contrariorum studiorum continuatio facile hoc comprobat, de isto decreto nondum fuisse inauditum, *ecclesiarum omnium* episcopos sub *Romani* esse auctoritate; licet sint non obscura vestigia romanae diligentiae, ad consequendum illud fastigium. Ex *Plinii* illa Epistola non nihil perspicimus, quibus rebus tum fere constiterit christiana religio. Conuentus *stato die*, sed nondum publici, aut in

loco publico; *Eucharistiae* vsus communis; *agaparum* inde, a quibus, seu Hetaeriis, forte et catechumeni non aberant. *Baptismi* quod fuerint iam stata tempora, haud certo videtur constare; abrenuntiatio Satanae et *Pompae* eius, a *Tertulliano* commemoratur. In conuentibus verosimile est ordinem sedendi fuisse stabilem, atque distinctos honores *confessorum*, *virginum*, *viduarumque*, (quae hoc seculo forte *velatae* nondum erant;) quarum aliorumque beneficentia haud dubie aliis necessaria ad vitam competebant. De latrociniis ethnicorum queritur iam *Iustinus*; et *Theodotianorum* Episcopi atque *Montanistarum* praesides *salario* menstruo fruebantur; in maioribus vrbibus forte plures conuentus eodem tempore fuerunt, qui si extra ordinem habendi essent, diaconorum ministerio significatum fuit. Iidem etiam iis seruiebant, (ignoti tamen, quia vestimenti distinctum genus nondum vsurpabatur, nec ab Episcopo, nec a presbyteris; *pallio*, vt alii philosophi, vtebantur;) qui in vincula coniecti erant, aut ad mortem ducebantur. Qui nullo ministerio aut honore fungebantur, *plebeii* dicebantur; quorum ingens numerus fuit, si vel *Plinii* epistolam consulimus; nemini autem *symbolum* aliter, quam memoriae ex frequenti recitatione mandandum, tradebatur; litterarum monumentis perscriptum non fuit; itaque intelligitur, qui factum sit, vt sententiarum numerus aut ordo variarit. Exstiterunt autem hic ibi (*Alexandriae*, *Romae*) scholae, vt aliorum philosophorum; et presbyteri christianam doctrinam tradebant eo modo, qui a philosophorum more non multum abhorrebat. Hinc μυστηριων disciplina, et discrimen ἐξωτερων, catechumenorum, et ἐσωτερων; hac ratione igitur pro audientium indole et consilii exsequendi opportunitate non solum docendi modus fuit liber, sed et doctrinarum non vna aut simillima descriptio; non erat externa auctoritas, quae consensum imperaret. Eligebant, quod videbatur maxime λογικον, χρηστιμον, γνωστικον. Eadem in vrbe (*Romae*, *Alexandriae*, per *Galliam*, *Asiam*, *Phrygiam* &c.) *Catho-*

Catholicorum, *Gnosticorum*, *Montanistarum* seiunctae coibant familiae. Nemo *excommunicabatur*, nisi ob illa flagitia, furtum, adulterium, homicidium, aut idololatriam; quae ciuili magistratui hominem subiiciebant, et christianum nomen in infamiam atque inuidiam adducebant. Aliam tamen et seueriorem *Montanistae* disciplinam obseruabant, subfanatici fere omnes; mediam Catholici, seu *Psychici*, vt a *Montanistis* appellabantur; laxiorem, imo nullam, si aduersarios audimus, *Gnostici*; quod fere est hic intelligendum, *Gnosticos* externum societatis, cum non vnam colligerent, ordinem nullum obseruasse.

CAP. IV.

De variis sectis et haeresibus.

Qui noua atque inusitata antea philosophia et religione a Iudaeis atque ethnicis rudioribus distinguebantur, omnes christiani, a se ipsis tamen iam inde a primo seculo et opinionum et institutorum ratione varia seiungebantur. Supersunt nobis pauca veterum monumenta, *Irenaei*, (e quo *Theodoretus* sua fere habet, non raro et *Epiphanius*; quemadmodum *Tertullianus* in multis cum *Irenaeo* conuenit;) *Eusebius*, ex *Irenaeo* et paucis aliis quaedam collegit; *Epiphanius*, fortis declamator; ex serioribus autem vix aliquid certi potest addi. Recentiores, qui istam historiae partem illustrant, sunt editores *Irenaei*, *Feuardentius*, *Grabius*, *Massuetus*; *Petauius* ad Epiphanium; *Beausobrii* historia Manichaeorum; *Ittig* de Haeresiarchis aeui apostolici; *Grabius*, in *Spicilegio* patrum; corpus *Cotelerii*; et quidam singularium scriptionum auctores. Pleraque e vetustis monumentis recensuimus in historica introductione ad *Baumgartenii* theol. polemic. partem I.

I. De Gnosticis.

Repetendum autem breuiter est illud e pag. 22, fuisse iam seculo primo, e *Samaritis*, *Dositheum* aliquem, (nisi et alius huius nominis ante Christi tempus vixit;) *Simonem*, et *Menandrum*, qui nouarum opinionum statores fuerint. De *Dositheo Origenes* tomo 14 in *Iohan.* refert: eum se illum dixisse Christum, de quo prophetatum sit; cuius discipuli adhuc sua aetate non desint, et libros *Dosithei* quosdam circumferentes, et fabulas, *quasi non sit mortuus sed alicubi adhuc in vita supersit*, (rediturus nempe, ad fortunatae vitae in hac terra societatem.) *Constit. apost.* lib. 6, c. 7 narrant, *Cleobium* et *Simonem* discipulos fuisse *Dosithei.* Hi igitur populi superstitione sic abusi sunt, vt, cum viderent expectari *Messiam*, αιωνα, angelum seu δυναμιν a deo missam, hanc sibi personam sumserint; legem Mosis plane contemserunt, quia ex iis libris verus deus adhuc non innotuerit; hunc igitur *ignotum deum* ista noua disciplina addisci. Mundum hunc, quem angeli, (*Elohim*,) fecerint, atque angelorum, των αρχοντων τȣ κοσμȣ τȣτȣ, omne imperium abolendum; baptismatis, (notabimus, *baptismo* nouam societatem coniunctam fuisse, a Iudaeis autem seiunctam) noua caerimonia (in hac vita, an noua post mortem, incertum,) contingere αθανασιαν. Ista sunt capita potiora, quibus tales appendices porro accesserunt, quibus ad audientium indolem opus esse videbatur; illud facile patet, huius disciplinae amatores Iudaismum vulgarem omnino abiecisse; quemadmodum iam *Philo* narrat, legem *Mosis* tres in partes quasi a *peritioribus* diuidi: in *corpus*, *animam* et *Spiritum.* Isti parum a *Gnosticis* differunt; nisi quod hi de *Christi* historia etiam adiumenta suae disciplinae adiunxerunt. Ex iisdem iam alii ei consilio dabant operam, vt ex ethnicis etiam societatem suam amplificarent, της κοινοτητος patroni, *gnosticorum* nomine gloriosius vsi; qui nouum philosophiae genus iam, vt poterant, latissime propagarunt. Hoc secundo seculo

Satur-

Saturninus, per *Syriam*, Antiochiae praecipue, iſtam ſectam adiuuit; tandem et *Romae* exſtiterunt eius doctores, ſub *Hygino* epiſcopo, *Cerdo*, *Syrus*, et *Valentinus*, ex Aegypto; ſed Alexandriae *Baſilides* praecipue eminuit, qui de angelis ſeu αἰωσι ea omnia diligenter commentus eſt, quae Iudaeis alexandrinis, Platonis amatoribus, praecipue placere ſciebat. Miraculorum ſumma redit eo, Deum per Chriſtum, λογον, νȣν, finem feciſſe religioni Iudaeorum inuenuſtae; humana in ſpecie Chriſtum, λογον, apparuiſſe, ſed eum, quem Iudaei in crucem egerint, non fuiſſe Chriſtum, (vt vitaret το σκανδαλον τȣ ςαυρȣ, inter Iudaeos.) Nempe *ſpiritualis* Chriſtus non poteſt in crucem agi. Corpori nihil eius felicitatis inſtare, quam ſolebant Iudaei rudiores optare; omnem σωτηριαν, quae a Meſſia expectetur, ad animam, quae a vitiis purgetur, pertinere. Falſo enim in *latino Irenaeo* legitur, eum docuiſſe, vſum operationum (externarum nempe) indifferentem, *atque vniverſae libidinis; Baſilides* enim, το θελειν ἁμαρτανειν, pronuntiauit iam malum eſſe. Non eſſe autem omnium hanc meliorem γνωσιν, ſed eorum, qui pertineant ad ἐκλογην, (alii εκκλησιαν dicunt,) ſeu των πνευματικων. *Carpocrates*, alexandrinus, ſimiliter diſtinguebat πνευματικα a κοσμικοις, hunc mundum, (de quo ſolo Moſes narrarit,) ab inferioribus tantum angelis procreatum eſſe, ſimiliter ſtatuit, (i. e. longe perfectiorem dei et virtutum illius ſupereſſe cognitionem;) animam Ieſu, (cuius *Ioſeph* et *Maria* naturales parentes fuerint,) a deo meliori δυναμει auctam, facile ſpreuiſſe Iudaeorum iſtas menti parum vtiles leges, caerimonias, et πραξεις; qua in re opus eſſe imitatione Chriſti; homines enim σωθηναι per fidem et dilectionem. (Fidem autem ſic gnoſtici definiebant, συγκαταθεσις ψυχης προς τι των μη κινȣντων την αιϑησιν, δια το μη παρηναι). Ceterum, Ieſum Apoſtolis iſta tradidiſſe ἐν μυςηριῳ, cum iis tantum communicanda, qui ſatis capaces et digni ſint. Imaginem Chriſti inter *Pythagorae*, *Platonis*, aliorumque philoſophorum ſimulacra ponebant. *Carpocratis*

 filius,

filius, *Epiphanes*, etiam celebratur. *Carpocrates* et *Cerinthus* cum *Alexandriae* verſati fuerint, et tamen *Matthaei* Euangelio vſi: ſequitur, vt falſum fere ſit, *Matthaei* Euangelium *Palaeſtinenſibus* fuiſſe deſtinatum.

Vidimus iſtos *gnoſticorum*, (qui omnes legem iudaicam reiiciebant) magiſtros ex Samaria et *Alexandria* praecipue ortos fuiſſe; e ſcholis illorum iam plures alii prodierunt, qui rerum λογοις, abſtractis ἐννοιαις, dederunt omnes operam. Atque hic liceat breuiter de ἀνατολικῃ διδασκαλιᾳ admonere, quam *Moshemius* praecipue illuſtratum iuit, quaſi ex *Perſarum*, *Chaldaeorumque* fontibus deriuata ſit. Cum *Clemens* alex. fere ſolus ſit, qui eo nomine vtatur, atque apud *Euſeb.* lib. 4, 11 ipſe narret de ſuis praeceptoribus, quorum fuerint quidam ἀνα την Ανατολην, ὁ μεν της Ασσυριας, (*Tatianus* haud dubie) ὁ δε ἐν τῃ Παλαιϛινῃ, (*Theodotus*,) opinari ſuſtinemus, hoc nomine nihil aliud ſignificari; *Alexandrino* enim iſtae prouinciae erant ἀνα την ἀνατολην; ipſa autem diſciplina, qua iam multi per eas prouincias imbuti erant, conſtitit diligentiſſimo et allegorico docendi genere, quod Iudaeorum ſacros libros ita interpretabatur, vt longe aliter et melius intelligerentur, quam ab imperitioribus Iudaeis, qui vel continuis vitae periculis Iudaismum defenſum ibant. Hac in cauſſa his magiſtris cum Chriſti et *Pauli* doctrina fere conuenit, qui a legis iudaicae vi et vſu omni chriſtianos liberos pronuntiant. *Allegoriarum* igitur ſtudioſiſſimi ſunt omnes *gnoſtici*, etiam Chriſti hiſtoriam *allegorice* intelligunt; atque ideo nec *Pauli* epiſtolae ſatis placebant, qui hiſtoriae videbatur adhuc plus, quam πνευματι tribuere.

Romae ſub *Hygino*, *Cerdon*, *Marcion*, *Valentinus*, &c. gnoſticorum diſciplinam propagarunt, ſub *Aniceto*, poſt *Pium* epiſcopo rom. *Marcellina*, etiam inter mulieres, eminuit magiſtra. Conueniunt in eo, moſaicam legem non eſſe a deo, (nempe, eſſe ad ciuilis ſocietatis vſum, non ad mentis perfectionem, informatam;) Chri-

ſtum,

stum, dei summi legatum, non in carnis substantia venisse; nec natum, nec passum. (Nempe, Iesus, seu homo quidam natus et passus est; sed non est ille νȣς, λογος, των αληθινων ille magister, seu illa diuina δυναμις, quae per Iesum tam salubrem disciplinam tradidit.)

E pluribus eminet *Marcion*, Cerdonis siue discipulus siue socius; qui ex *Asia* Romam venit, atque *Valentinum* et *Apellem* discipulos habuit, qui tamen a praeceptore etiam discesserunt. A iudaicis opinionibus ita absuit, vt et libris V. T. plane non vsus sit, (quibus πνευμα non insit,) et e scriptionibus N. T. partim multas omnino reiecerit, quod Iudaismum protegant, partim plures sententias resecuerit, quibus concorporatio legis et prophetarum adiuuari videbatur. Notauimus iam antea, pag. 11. eum cum aliis Lucae Euangelium a cap. III inchoasse, quasi de caelo manarit Christus, anno Tiberii 15 *spiritus salutaris*, (vt *Tertullianus* loquitur) eius enim carnem seu corpus dicitur negasse; (nisi improprie ista a *Gnosticis* intelligebantur.) Copiosius scripsit aduersus *Marcionem Tertullianus*, sed non sine molesta sedulitate. Eius discipulus fuit iste *Apelles*, qui *Roma* tandem *Alexandriam* discessit; cuius et φανερωσεις et syllogismi (contra V. T.) et *tomi* citantur. Eum *Romae* excepit *Tatianus*, genere Syrus, seu *Syroromanus*, *Encratitarum* et της δοκησεως, cum *Cassiano*, celebrior magister, licet vtrumque decretum *Gnosticis* omnibus sit commune; quo nomine et *Bardesanes* huc referendus est, ex cuius libro περι ἑιμαρμενης, (seu γενεσεως, vt alii loquuntur) multa descripsit auctor *Recognit.* lib. 9 c. 19-29. Hoc certe et sequenti tempore christiani praecipue contra γενεσιν disputant, cuius vis omnis per Christi γεννησιν soluta sit; tantum abest, vt ex *fati* et stoicorum quasi contubernio christiani coierint.

Valentini ipsum nomen latinam seu Romanam hominis originem prodit; ex *Aegypto* Romam se contulit; vbi fere 20 annis haesit; quia ibi nouae religionis, seu libertatis pacatior sedes, et societatis per alias prouincias dilatandae

prae-

praecipua opportunitas fuit. Operae non eſt pretium, ſi quis *Valentini* omnia decreta diligentius repetere ſtudeat; facile enim apparet, verborum miracula ab eo ita fuiſſe excogitata, vt partim lectoribus Apoſtolicarum ſcriptionum, (quarum aetas ſatis ea ratione confirmatur) partim ſubfanaticis hominibus maxime poterant placere. Commiſcuit adeo Pythagorae myſteria numerorum, atque ſuperioris mundi, ſeu νοητȣ, ſatis verboſam genealogiam; deſcripſit πληρωμα, et αἰωνων ſucceſſiones et mutationes, originem ὑλης, τȣ ψυχικȣ et πνευματικȣ, (vnde hominum *triplex* genus; e πνευματικοις conſtat eccleſia, quam alii ἐκλογην dixerant,) ψυχικοι in loco medio, πνευματικοι in pleromate olim verſabuntur, ὑλην ignis tandem conſumet. Eſt autem illud notandum, *Valentinum* αἰωνας, vt ἰδιοτητας, vt ſenſus et adfectus et motus *in ſumma deitatis* incluſiſſe; contra, *Ptolemaeum* et alios poſt eum, nomina aeonum in *perſonales ſubſtantias* extra deum diſtinxiſſe, vt refert *Tertullianus*, qui et ſuo tempore *Axionicum* celebrem *Valentini* diſcipulum *Antiochiae* moratum, nominat. Idem ſcribit: *deum*, ſubſtantialiter, αἰωνα τελειον appellant; *perſonaliter* vero, προαρχην, την ἀρχην, Βυθον -- dant ei ſecundam in ipſo et cum ipſo *perſonam*; *ſeculo* iam *ſecundo* eius generis phraſis notatu digna eſt E *Valentini* tamen ſchola fuit etiam hic *Ptolemaeus*, cuius epiſtola ad *Floram* graeca ſupereſt, de *lege Moſis*, liberali ingenio non carens; *Secundus*; *Heracleon*, e cuius in *Iohannis* Euangelium commentariis *Origenes* non pauca repetiit, quae facile id confirmant, *moralium* deſcriptionum ſedulitate hos homines ceteras ſectas vincere voluiſſe; idem *Colarbaſi* et *Marci* ſtudia produnt; *Marcus* graecis adeo litteris, tam conſonis quam vocalibus, numeriſque dedit inuenuſtam operam. Atque iſta ſufficiant; e quibus facile perſpicimus, *Gnoſticos* pleraque omnia ad vſum rationis, quem Chriſtus praeiuerit, reuocaſſe; Iudaeorum libros aut reieciſſe, aut ſtudioſiſſima interpretatione ad ſua conſilia adaptaſſe; docendi genus ad hominum ingenia conformaſſe; a vitio-

a vitiorum et flagitiorum societate fere omnes alienos; quosdam forte fanaticos, plerosque autem non ineruditos fuisse; sed vtrum a diuitiarum noua disciplina hac corradendarum studio alieni fuerint, non satis patet.

2. De Sectis iudaizantium.

Quemadmodum satis certum est, *Gnosticos* adeo Christi siue ἐσιαν siue prouinciam a deo summo et vero deriuasse, vt eum Iudaeum, seu hominem verum negauerint: ita alii contra, quia iudaicae religioni atque prophetis seu doctoribus pristinis nimis adsueti erant, humanae naturae veritatem, et *genealogiam* ex patribus pertinacissime, vt rei summam, commendarunt. Nempe *Gnostici* την σωτηριαν, (quae ad carnem seu corpus non pertingat) in hominis emendatione praecipue ponebant; *hebraizantes* autem externam vitae felicitatem a Messia, atque externa religionis studia, exspectabant. Cum ex Iudaeis exirent istae societates, mirum non est, earum auctores non eidem, etsi non dissimili, aucupio deditos fuisse. *Cerinthus*, etsi cum *gnosticis* quaedam communia habuit, tamen Iudaeis imperitioribus studuit; opus esse circumcisione, quia Christus eam non reiecerit, *Matth.* 20, 25; Iesum, hominem ex Iosepho et Maria natum, integerrimae vitae, accepisse post baptismum πνευμα ἁγιον (*flatum*, operationem dei,) seu *Christum*, in forma columbae, et tunc annuntiasse summum deum; sub mortem adscendisse Christum; Iesum mortuum, atque e mortuis rediisse; (sic *Irenaeus*;) instare regnum Christi per 1000 annos duraturum, quod omni felicitate et θυσιαις et ἑορταις, *Hierosolymae*, (in noua nempe vrbe) spectandum sit. Igitur et olim iam fuerunt, qui *apocalypsin* tribuerent *Cerintho*, qui *Iohannis* nomen ementitus sit. Nempe videtur *duplicem* Christum, docendi caussa, distinxisse; cum *Gnosticis*, caelestem, *spiritualem*, menti emendandae; *terrenum* autem, quem Iudaei imperitiores exspectabant, vitae in nouo mundo munificum patronum. Ab his in eo secedunt *Ebionitae*, (pau-

(pauperes; alii πλουσιοι, perfectiores,) quod Iesum esse Christum hunc, quem Iudaei exspectabant, fatebantur, sed non προϋπαρχοντα θεον, λογον ante Mariam; iudaicum characterem vitae ita seruabant, vt circumcisionem continuarent et legem, a *Paulo* ideo alieni; prophetas autem curiosius scrutarentur, de Christi *regno* felici atque omni genere voluptatis, dissoluto ethnicorum improbo imperio. *Theodotion* et *Symmachus* dicuntur Ebionitae, *graecarum* versionum auctores. Nec fere *Nazareni* differunt, licet nomen sit aliud, quo Iudaei iam olim Christi nazareni omnes asseclas notabant; hi et *Petri Euangelio* solebant vti, et Hebraico quodam, *Matthaei* nomine, seu quod ab *Eusebio* dicitur, το καθ' ἑβραιους, forte, cuius *Hebraeo-*christiani illi, Apostoli, sunt auctores; vti *gnostici* quidam vtebantur alio, τω κατ' Αιγυπτιους, cuius *alexandrini* quidam fuerunt auctores. *Nazarenos* Hieronymus adhuc suo tempore commemorat.

3. De Sectis exterorum.

Quemadmodum Iudaeorum fere in gratiam istae sectae sua studia collocarunt, (*Gnostici* Graecorum Iudaeorum, Nazareni, Hebraeorum, seu Palaestinae amatorum, studiosi:) ita aliorum etiam sectae hoc iam seculo non sine nomine exstiterunt, quas *Ethnicorum* fere dicere liceat. Christiana *fides* et philosophia, interea etiam aliis persuasa fuerat, qui nec ab Hebraeis nec Graecis Iudaeis opinandi aliquam consuetudinem contraxerant; studiosi *Euclidis*, *Aristotelis*, *Theophrasti*, *Galeni*, lectores, quod de *Theodotianis* seu *Artemonitis* prodit anonymus, (*Caius*, romanus presbyter,) apud *Euseb.* lib. 5, 27. Hos igitur facile credimus in colligendis dogmatibus atque ἐννοιαις alia incessisse via. *Theodotus*, *Byzantius*, coriarius, *Romae*, tempore *Victoris*, ἀρνησιθεου ἀποστασιας, (quod Christus ψιλος homo fuerit,) auctor fuit; eius discipuli alius *Theodotus*, *Artemas*, *Asclepiodotus*, *Hermophilus*, *Apollonides*. Primum *Theodotum*, e societate

cui

cui interfuit, eiecit *Victor*; eius sub successore, *Zephyrino*, *Natalis*, antea confessor, *Asclepiodoto* et *Theodoto* iam obsecutus, huic diuisae societati episcopus praefuit, menstruo salario 150 denariorum; nocturnis tamen ὁραμασι et angelorum tandem fustigatione commotus, rediit in societatem *Zephyrini*. Scripturas sacras dicuntur varie interpolasse et correxisse, itaque et scripta exemplaria apud eos variasse; alios autem ne hoc quidem contentos, abiecisse omnino legem et prophetas, (itaque et illa correctio forte de V. T. intelligenda,) reiecerunt etiam πιστεως ἀρχαιας κανονα, (symbolum?) syllogismis praecipue dediti. *Vnitatem* dei ita intellexerunt, vt praeter deum, qui pater et Christi dicitur et aliorum omnium, deus nemo sit; Christum igitur etiam deum esse, negarunt, (ne ab ethnicis imperitis non differre atque recte sperni viderentur christiani;) catholici vero etiam Christo, deo, hymnos canebant; seu eum solebant θεολογειν. Hanc autem doctrinam *Theodotiani* dicebant inde a *Victorini* demum tempore deprauatam fuisse, (nempe, vt Christus etiam diceretur deus). Atque hic illud satis mirum accidit, quod *Tertullianus* libro aduersus *Praxeam* scribit: postquam *Praxeas* ex *Asia* Romam venerit, *Victorem* et a *Montanistis* abhorruisse, quibus iam pacis litteras dederat, et a fide christianos (psychicos) ceteros desciuisse, ita, vt deum patrem passum esse statuerint; (quos *patripassianos* inde nominarunt,) quia non *secundam* aliquam diuinam personam Christum esse credant. Nempe in homine Christo *Theodotiani* (vt fere *gnostici* quidam) vim et virtutem aliquam diuinam fuisse, videntur docuisse, non vero φυσιν illam diuinam, quae sit eadem illa dei, patris, cum humana coniunctam; iam Romanos, sub Victore, *Tertullianus* dicit patrem crucifixisse; quod postea de *Noetianis* solet prodi; Noetum sententiam *Epigoni*, *Cleomenis* et *Callisti* renouasse dicit *Theodoretus*; isti auctores *Asiani* igitur forte in hoc seculum addendi. Obscurior est illa caussa; et *Tertulliani* liber aduersus *Praxeam* nouis, si

placent,

placent, theologicis commentis scatet; quae tamen *Arianis* praecipue viam muniunt. Supersunt *Montanistae*; Si *Hieronymum* audimus, hi similiter vnam tantum personam deum agnouerunt; ii certe, qui dicebantur κατα *Aeschinem*, a quibus alii κατα *Proclum* seiungebantur; vtrique illud tenebant, exstare adhuc inter suos *prophetiae* dona, et *Paracleti* illustrius, quam in Apostolis, ministerium, praecipue quod ad ἐγκρατειαν et disciplinam vitae attinet. Fanatici fere omnes homines, semi-Iudaei, qui etiam *nouam* Hierusalem in *Phrygia* dicuntur designasse, (vid. *Apollonium*, apud *Euseb.* lib. 5, c. 18; c. 16 *Asterium Vrbanum* &c.); *Tertullianum* scimus ipsum finem huius mundi prospectasse; atque ex hoc videtur seuera illa disciplina, de ieiuniis, monogamia, castitate, neganda peccantibus venia &c., fluxisse. *Montanistarum* secta ex *Asia* in Africam, atque alias prouincias transiit; *Hieronymus* narrat *Cenonas*, *Patriarchas*, *Episcopos*, (alio ordine, quam in catholica ecclesia) Montanistis praefuisse. Primum nomen haud dubie falsum est; an *Zenonas*, quasi per iocum, stoicos? Ceterum vel ista sectarum multitudo secum tulit, vt sensim plura adiumenta et ministeria colligendae societatis et retinendae in obsequio, reperiunda fuerint. Ad *traditionem* (apostolicam) solent catholici praecipue suorum decretorum auctoritatem referre, contra haereticos; sed hi negabant, Apostolos omnia perfectissime sciuisse, aut exponere omnibus voluisse; vnde nec *arcani* quaedam *disciplina* defuit.

CAP. V.

De scriptoribus huius seculi.

Temporis iniuria non solum, sed etiam posteriorum partim molestia partim examen, multis scriptionibus et libris vsuram lucis ad nostra vsque tempora non permisit. Multos multa scripsisse scimus; argumenti etiam, quod multis

multis infuerit, indolem fere non ignoramus, quia fontes quasi nouimus, e quibus pleraque sua deriuarunt. Translatio graeca, (de angelorum cum mulieribus contubernio:) *Apocryphi* multi libri, allegoriarum consuetudo, consiliorum varietas, suppeditarunt et calamo et ingenio facilem materiam; itaque non aegre ferimus, tot ineptas scriptiones, στοιχεια et rudimenta melioris γνωσεως, periisse; quas inter haud dubie non defuerunt, qui, si iam legerentur, oculos legentium quasi laederent; adeo vel mentiendi et fingendi libera esse credebatur facultas. Nobis autem suffecerit, pauca tantum hic recensuisse, quorum aliquod momentum esse videri possit. *Haereticorum*, etsi non pauca fuerunt scripta, tamen, praeter *Gnosticorum* quorundam fragmenta, (ex *Homiliis* etiam *Valentini*, cuius et ψαλμοι commemorantur,) nulla omnino supersunt; perierunt cum amatoribus sectarum. *Catholici* autem alii aduersus ethnicorum, alii aduersus Iudaeorum scripserunt superstitionem; alii suae et coniunctae societatis prosperos successus scribendo, aut defendere aduersus haereticos, aut adiuuare voluerunt. *Iustinus*, ortu Samaritanus, philosophiae electicae deditus, praeter Apologias, (quibus addi olim solebat Epistola nomine *Marci Aurelii* imp. quam, *Scaliger* ad chronic. Eusebii infra seculum *Iustiniani* demum confictam esse, docet) scripsit sermonem paraeneticum, et orationem, ad *Graecos*; quidam veterum quatuor libellos pro relig. christiana numerant, quos inter an hi duo libelli, (ab istis, de natura daemonum, et ἐλεγχος nominantur) fuerint, incertum est. Nec dubio plane carent vel istae scriptiones; cum *Tryphone*, Iudaeo, dialogus, Ephesi per biduum habitus; eiusdem librum contra *Marcionem* excitat *Euseb.* lib. 4, 11; in quo *Iustinus* de alio volumine suo narrat, quod aduersus omnes haereses scripserit. Ceterae scriptiones, (e quibus epistolam ad *Diognetum*, canoni additam volebat *Whistonus*;) epistola ethica ad Zenam et Serenum; de monarchia, quaestiones 5 ad

graecos; quaestiones graecanicae ad christianos; Aristotelicorum dogmatum euersio; *expositio fidei*, sunt haud dubie seriorum temporum; alia adhuc post *Eusebium* lib. 4, 18. videtur *Photius* legisse; atque vix monstro caret, quod tam multa *Iustini* (qui *Romae* vixerit,) nomine conficta fuerunt. *Irenaei* (cuius epistolas ad *Blastum* et *Florinum*, librum de octonario, nominat *Euseb.* lib. 5, 20; alias scriptiones duas, c. 26) supersunt libri 5 aduers. haereses. *Tatianus*, praeter orationem contra graecos, quae superest, collegerat *διατεσσάρων*, (omissis Iudaicis phrasibus, sicut Marcion) emendaueratque *Apostolum* (Pauli phrasin in chronic. *alex.* male, *φυσεως* pro *φρασεως*;) Tatiani librum *problematum* commemorat Rhodon. *Hegesippi*, qui *Romam*, episcoporum visendorum caussa, venerit, libros quinque *ὑπομνηματων* excitat *Eusebius*; idem 3 libros *Theophili* ad Autolycum commemorat, qui supersunt; idem contra *Hermogenem* scripsit, et *κατηχητικα*; contra *Marcionem*. *Dionysii*, corinth. episc. plures epistolas *Euseb.* lib. 4 eodem, c. 33 recenset, ad *Lacedaem.* *Athen. Nicomedienses*, (contra Marcion.) ad ecclesias in *Creta* et *Ponto*; ad *Romanos* etiam, ad *Soterem* (laudat Romanos, qui soliti sint inde ab initio omnibus fratribus benefacere et ecclesiis subsidia mittere;) epistolam cleri romani; in ea narrat, ad Corinth. die *dominica* lectam fuisse. *Philippus* episc. *Gortynensis*, scripserat contra *Marcionem*; etiam *Modestus*, *Melito*, *Sardianus*, libros 2 de Pascha; *περι πολιτειας* (Mosis?) *και προφητων*, de *ecclesia* (contra haereses) de die *dominica*; de natura hominis et creatione, (contra Gnosticos) de obedientia fidei et sensibus (de visu miraculorum;) de anima, corpore et mente; de *λουτρῳ*, de veritate, *περι κτισεως και γενεσεως Χριστου*, de *prophetia*, (contra Montanum?) de hospitalitate; *κλεις*, *clauis*, (in Apocalypsin? an vero Veteris testamenti *Eclogae*, libris 6, quos postea Eusebius recenset, et praefationem de libris V. T?) de *diabolo* et *apoca-*

apocalypsi Ioannis; περι ἐνσωματε θεε, de deo corporato. *Apollinaris* Hierapol. 5 συγγραμματα contra Hellenas; lib. 1. et 2 de veritate; lib. 1 et 2 contra Iudaeos; contra *Phrygum* haeresin commodum orientem. *Musani* λογος ad quosdam fratres, (doctores, Presbyteros,) qui *Encratitis* fauere videbantur. *Pantaeni* συγγραμματα etiam nominat *Euseb.* lib. 5, c. 10. *Clemens* alex. scripserat ὑποτυπωσεις, informationem ex vtroque testamento; supersunt *Paedagogus*, oratio ad gentes, *Stromateon* libri, &c. plures scriptiones ipse in istis commemorat. *Rhodon*, Romae a *Tatiano* eruditus, contra Marcionitarum sectas ad *Callistionem* scripserat; *Apellem* narrabat dixisse, μη δειν ὁλως ἐξεταζεσθαι τον λογον, αλλ' ἑκαστον ὡς πεπιςευκε διαμενειν, *Euseb.* 5, 13. Idem in *Hexaemeron* scripserat. *Asterii Vrbani* librum contra Montanistas, recenset *Euseb.* lib. 5, 16; (In eo narrat, *Montanistas* et *Marcionitas* ad Martyres e suis solere prouocare.) Scripserat de eadem caussa *Miltiades*, *Apollonius*, *Serapion*, Antioch. episc. *Synodalem* palaestinensium epistolam (qua communi consensu, eo die, quo *Alexandrini* solent, pascha celebrandum condicunt.) et aliam *romanae* synodi, episcoporum *Ponti*, *Galliae*, *Osroenae* prouinciae, *Achaiae*, et aliorum, in caussa de *Paschate*, nominat *Euseb.* hist. 5, 23; cap. 24 vero *Asianorum*, qui cum Iudaeis Pascha obseruabant ad roman. Victorem epistolam recenset; et *Victoris* epistolam, qua Asianos fere excommunicabat; quod quia aliis non placebat, plures epistolas acerbiores ad *Victorem* miserunt. *Heraclitus* quidam scripsit in *Apostolum*; *Maximus* περι ὑλης, seu, vnde sit malum; *Candidus* et *Apion* in *Hexaëmeron*; *Sextus*, de resurrectione; *Arabiani* αλλη τις ὑποθεσις (de eodem argumento.) Plurium aliorum viderat *Eusebius* tractatus, sed ne nomina quidem poterat recensere, lib. 5. c. 27. Aliis, *Hippolyto* certe, sec. 3. locus erit.

E *latinis* tantum Tertullianus superest scriptor, qui tamen et *graecas* scriptiones se composuisse narrat; (non raro cum *Irenaeo* adeo conuenit, vt videatur translatione eius *latina* vsus esse; nisi aliud aliquod monstrum adhuc subest.) Ex istis libris multa adhuc ad historiam ecclesiasticam colligi possunt, sed ex tenebris antea erui opus est, atque declamationem impotentis auctoris ab historia satis distingui. De *aetate* scriptionum, (alias enim iam Montanista edidit,) egit *Allix*, *Moshemius*, et ven. *Nösselt*; παραδοξων non deest copia in istis libris; sed ista sunt fere communia νεοφυτοις et tironibus scriptoribus. De *dogmatibus* praecipua ex istis omnibus scriptoribus notauimus Tomo 1. et 2. *polem.* theolog. *Baumgart.* *Sibyllina carmina* graeca eo nomine hic non omnino silentio praeteriri possunt, quia hoc secundo seculo non exigua eorum librorum pars in lucem edita est, qui nobis supersunt; de ea caussa *Oudinus* commentar. de scriptorib. ecclesiast. tom. 1. vtiliora fere omnia collegit. Tandem et *graecorum* translationum V. T. hic mentio facienda est, quae *Aquilae*, *Theodotioni* et *Symmacho* tribuuntur; hoc seculo iam hic ibi allegantur, sed adeo obscura est historia, vt certi fere nihil omnino colligi possit. Illud autem mirari possimus, qui fiat, vt *Irenaeus* non solum *Aquilae* sed etiam *Theodotionis* translationem graecam iam excitet? Nec scimus, quamobrem *Iudaei*, praeter istam *alexandrinam*, tres interpretationes graecas alias in tam breui temporis interuallo in lucem ediderint? *Iudaeorum* graecorum in gratiam, contra τες LXX, *Aquilam*, ex Ponto, qui ex *Hellene Hierosolymis* baptizatus, postea ad Iudaeos transierit, narrant hanc translationem, longe, quam illa των LXX, accuratiorem edidisse, (adiuuantibus nempe Iudaeorum doctoribus.) Vtilissima omnino versio, quam optare fere liceat integram ad nos peruenisse, et periisse istam των 70. *Theodotion*, *Ephesius* siue Ponticus, (nisi *Epiphanius* in eo fallitur, quod *Marcionitam* fuisse audiuit,) Iudaeus, siue

Ebio-

Ebionita certe, quem *Hieronymus* ſaepe ex Hexaplis ſic excitat, vti et *Symmachus* Ebionitis adnumeratur. Veterum ſcriptorum teſtimonia collegit *Hodius* libro 4. Hi igitur libros V. T. ſic interpretati ſunt, vt de praeſtantiori Chriſti natura et de λογικη λατρεια nihil intelligeretur in iis locis, quae ab aliis chriſtianis pro diuinitate chriſti et religione ſpirituali ſolebant allegari. Atque fuerit forte non a veri ſimilitudine alienum, ſi putemus, nouis translationibus V. T. aliquid ſolatii quaeſitum fuiſſe, et ſpei praeſidia, Iudaeis, quorum res hoc ſeculo ſatis durae fuerunt; qui tamen a graeca των LXX fere alieni fuerint, quia viderent chriſtianos illa in ſuam rem vti. *Talmudis* primordia ſub ſeculi finem ponenda, cum Iudaei bellorum immanitate late diſperſi eſſent.

Tabula ſeculi ſecundi.

Vrbis cond.	Chriſti.	
855.	101.	*Traiani* expeditio *dacica* prima.
858.	105.	Arabes, Petraei et Boſtreni, a Syriae praefecto *Palma*, Romanis ſubiecti. *Florus*, Liuii Epitomator - - *Papias*, Hierapolit. epiſc.
861.	108.	*Alexander* rom. Ep. *Euariſto* ſuccedit. ſub hoc tempus *Primus* epiſcop. alexandr. ſuccedit *Cerdoni*. *Primo*, poſt 12 annos ſuccedit *Iuſtus*.
864.	111.	Chriſtiani vexati; vt ex *Plinii* epiſtola et *Idacii* faſtis patet.
868.	115.	*Antiochiae* terrae motus.
869.	116.	*Traianus* Babylonem, *Cteſiphontem* &c. occupat; *parthicus* hinc dictus. Iudaeorum rebellio immanis in Aegypto, *Libya* et *Cypro*; *Alexandro* romano epiſc. ſuccedit *Sixtus*.
870.	117.	*Hadrianus* Syriae legatus, litteras adoptionis accipit, mortuo *Traiano*.
871.	118.	Hadrianus, *Antiochia* digreſſus per Illyricum Romam venit. (Sic Paulus de ſe ſcribit.) *Plutarchus*, clarus habetur.

Vrbis cond.	Chriſti.	
872.	119.	*Aelia* loco Hieroſolymorum ab *Hadriano* aedificata; venditis et diſperſis Iudaeis.
	121.	*Euphrates* philoſophus, Hadriano permittente cicutam ſponte bibit.
878.	125.	*Hadrianus* in *Achaia* Eleuſiniis ſacris initiatur.
879.	126.	Finis vexationis chriſtianorum; in *decennalibus* Hadriani. *Quadratus* et *Ariſtides* dicuntur apologias Hadriano exhibuiſſe; Imperator ad *Minucium Fundanum* Aſiae proconſulem, clementius reſcripſit: ne *clamoribus* vulgi dedantur chriſtiani. *Teleſphorus* Sixto ſuccedit.
	127.	*Aquilae* graeca translatio forte iam edita.
885.	132.	Rebellio Iudaeorum (ob prohibitam circumciſionem) tandem erumpit; anno 135. finitum bellum. In eo *Barcochba* contra chriſtianos graſſatus, *Iuſtini* Apolog. 1.
887.	134.	Sub hoc tempus Martyrium *Fauſtini* presbyteri et *Iouitae*, diac. *brixiae*. *Ptolemaeus*, aſtronomus.
889.	136.	*Aelius Verus Caeſar*; ſeu Ceionius Commodus Verus, adoptatus ab Hadriano; ſed altero anno poſt moritur. *Saturninus*, *Baſilides*, *Carpocrates*, gnoſtici; contra Baſilidem ſcripſit *Caſtor Agrippa*.
890.	137.	*Hyginus* ep. romanus ſuccedit Teleſphoro.
891.	138.	Adoptio *Antonini*; cum conditione, vt ipſe ſibi *Marcum* et *Verum* Antoninos adoptaret, filiamque ſuam *Vero*, non *Marco* daret. Obitus *Hadriani* d. 16 Iulii. Paulo poſt Apologia *Iuſtini* ſcripta creditur. *Baſilides*, Syropolitanus, *Apollonius*, Stoicus, *Veri* praeceptores; *Marci* praeceptor, *Fronto*, orator.

Phlegon,

Vrbis cond.	Chriſti.	
893.	140.	*Phlegon*, Hadriani libertus, opus *Olympiadum* edidit. Idem alia ſcripſit.
894.	141.	*Pius*, rom. epiſcopus Hygino ſuccedit. Sub *Hygino* (*Cerdo*, et) *Valentinus* Romam venit, atque ſub *Pio* manſit, vsque ad Anicetum. Sede poſt *Hyginum* adhuc vacante venit etiam *Marcion* ex Syria; poſt Cerdonem tamen Euſeb. 4, 11. Iuſtini Apolog. 1. *Epiphan.* haereſ. 42.
900.	147.	Hoc anno currente ab excidio *Hieroſolymitano*, ad decimum *Antonini* annos LXXVII numerat *Clemens* Alexandr. Sub *Antonino* *Taurus*, Berytius, philoſ. platonicus floret, qui de differentia Platonis et Ariſtotelis, de corporeis et incorporeis ſcripſit. *Arrianus*, *Maximus* *Tyrius*;
904	151.	*Anicetus* pontifex rom. X.
914.	161.	*Antonii* Pii obitus.
914.	161.	*Soter*, rom. pontif. Sub eo *Montaniſtae* incipiunt; contra *Montanum* ipſe ſcripſit.
916.	163.	In Aſia maximi motus in chriſtianos; chronic. alexandrinum: anno 133 poſt Chriſti in caelum adſcenſionem, (ſeu poſt annum aerae chriſtianae 30, ex alexandrino computo.)
918.	165.	*Peregrinus*, cynicus, Herculem aemulatus, in panegyri olympiaca viuum ſe combuſſit; de qua re, vt de *recenti* loquitur *Athenagoras* in Apologia; et *Lucianus*.
920.	167.	Quinquennalia L. Veri. Perſecutio chriſtianorum *quarta*; *Euſeb.* Idacius. *Polycarpi* martyrium. *Irenaeus* poſtea lugdun epiſc.
922.	169.	*Melitonis* Apologia. Initium belli *Marcomannici*; de miraculo legionis fulmineae narratur.

Vrbis cond.	Christi.	
	170.	*Eleutherius* episc. roman. Sub ista tempora *Tatianus* inclaruit.
	173.	*Seuerus*, Encratitarum fautor, innotuit; chronic. alexandr.
930.	177.	*Eusebius* initio libri 5: Antonini Veri anno 17 ex incursione popularium christiani per Galliam et alibi vexati. Martyres *Lugdunenses*, cum ludi in Augusti honorem agerentur. (Quotannis isti ludi Lugduni agebantur. *Pantaeni* fere adhuc discipulus *Clemens*, alex.
	182.	Sub istud tempus fere *Theodotionis* translatio graeca edita. *Talmudis* primordia collecta.
	185.	*Victor*, episc. rom. sub quo de *Paschate* controversia agitata.
	186.	Ante hunc annum martyrium *Apollonii*, Romani; qui *Perennio*, Praefecto Praetorio, fidei rationem reddidit; *Euseb.* lib. 5, 21. Hoc anno autem *Perennius* occisus, Pagi.
941.	1[illegible].	*Demetrius, alex.* episcopus; qui 43 annis ecclesiae suae praeest.
	193.	*Seueri* imperatoris annus primus.
	197.	*Zephyrini* pontific. annus primus. *Artemonis* haeresis.
	198.	*Seueri* annus 6. *Caracallae* 1. Hoc seculo christianis pax adhuc concessa; nec ex *Tertulliani* libris satis clare aliud apparet.

SECVLI

* *

SECVLI TERTII.

CAP. I.

De Fontibus historiae.

Per hoc feculum *hiſtoriae auguſtae* ſcriptores non nihil beneſicii continuant; *Lampridius* praecipue in *Seuero*; (*Vopiſcus* etiam nominandus, qui in *Probi* vita epiſtolam Hadriani refert ad Seruianum, qua chriſtianos per Aegyptum *Epiſcopos*, *Serapidis* cultores dicit;). E noſtris autem ex *Tertulliano* et *Cypriano* non nulla colligi poſſunt; ſuperſunt certe epiſtolae *Cyprianicae* et cleri *Romani*, Firmiliani epiſc. cappadociae &c.; (*Dodwelli* diſſertationibus *cyprianicis*, et *Pearſonii* annalibus cyprianicis hoc miniſterium non parum augetur; *Baluzius* etiam *Cypriani* noua editione bene meritus eſt.) *Euſebius* hiſtor. eccleſ. lib. 6. et 7. multa vetuſta documenta ſeruauit; lib. 6. c. 2 ſeq. de *Origene* eiusque diſcipulis atque eorum martyrio narrat ἐκ τινων ἐπιςολων και (ἐξ) ἱςοριας των και εἰς ἡμας τῳ βιῳ πεφυλαγμενων αὐτȣ γνωριμων; cap. 40 ſeq. ex *Dionyſii* alex. epiſtolis multa recitat hiſtorica; c. 44. ex *Cornelii* ep. romani epiſtola ad *Fabium*, de Nouato; ad ipſum *Nouatum*, c. 45. E *Dionyſii* epiſtolis multis aliis libro 7, c. 5 ſeqq. Imperatoris *Gallieni* reſcripta in fauorem chriſtianorum Aegyptiorum lib. 7. c. 13. (vid. *Pagi* ad an. 259. n. 15.) Epiſtolam Synodalem contra *Paulum* Samoſat. cap. 30. Pauciora et minus certa ſunt, quae ex *actis* Sanctorum et martyrum colligi poſſunt; quorum ſolent quidem quaedam authentica quaſi et genuina haberi, e. g. S. *Fructuoſi* epiſc. tarracon. et ſociorum eius, *Augurii*, *Eulogii*, diacon. ap. *Bollandum* d. 21. Ianuar. et *Ruinartum*; Paſſio *Claudii*, *Aſterii* et aliorum in ciuitate Aegea ſub *Lyſia* praeſide,

fide, ap. *Ruinartum*; acta *Tharasci*, *Probi* et *Andronici*, in Cilicia, ap. *Ruinartum* melius excusa, quam ap. Baronium; de martyribus *Agaunensibus* seu legione Thebaea, descriptio haud paulo melior a *Petro Francisco Chifletio* in *Paulino* illustrato edita, quam a *Surio* et *Baronio*. Nec tamen vel ex genuinis istis scriptionibus, si maxime sint, multum adiumenti ad historiam informandam sperari potest, cum fere de eadem re satis nota agant. Sunt autem numero plures libelli, qui vix aliquid fidei atque auctoritatis prae se ferunt, quibus tamen *Baronius*, non nullis etiam *Bollandini* fratres, vsi sunt; e. c. S. *Martinae*, romanae virginis, *Bolland.* die 1. Ianuar. S. *Vrbani* rom. episc. die 25 Maii; acta *Pontii*, satis falsa, *Bolland.* d. 14. Maii. S. *Laurentii*, diaconi rom. Acta S. *Eusebii*, presbyteri et sociorum; acta *Marii*, *Marthae* et filiorum; vita S. *Patrocli*, Bolland. tomo 2 Ianuarii; acta *Anthimi*, episc. nicomed. Vita S. *Susannae*, quam *Galerii* caesaris vxorem finxerunt; in qua S. *Serena Diocletiani* vxor falso proditur &c.

CAP. II.

De propagatione atque impedimentis religionis christianae.

Religio et philosophia christiana, prout isto tempore solebat informari, per priora huius seculi decennia non caruit successibus; etiam in palatiis Imperatorum arbitros satis aequos inuenit. Nempe satis iam constabat, non solum a Iudaeorum imperita sedulitate nouarumque rerum molitione hanc religionem omnino abesse, sed etiam a tristi plebis superstitione, a Magiae incerto studio, atque a philosophorum aliorum institutis eam longo satis interuallo esse remotam. Itaque non erat, cur metuerent, ne publicae rei salus priuatis istis studiis atque sacris pessumdaretur. *Alexandrum* adeo Imperatorem scimus *Christum* in larario

lario suo coluisse; siue publicae rei amore commotum, siue Gnosticorum miraculis et decretis adductum; quod Paul. Ernest. *Iablonskius* persuasum iuit illa dissertatione, de *Alexandro Seuero* sacris christianorum per Gnosticos initiato. De hoc satis constat, *Iuliam Mammaeam*, eius imperatoris matrem, *Origenis* adeo consuetudine per aliquod tempus *Antiochiae* vsam fuisse. (*Eusebius* lib. 6, c. 21.) Sed et hoc non videtur citra οἰκονομίαν, politicis ex rationibus, accidisse; quemadmodum et *Philippi*, pater et filius, satis miti in christianos ingenio fuerunt, licet ipsi a religione hac omnino alieni. Ceterum, quod ad minorum ordinum homines attinet, negari non potest: multos doctrinae insita integritate, quae mentibus facile illabebatur, commotos ad meliora haec sacra transiisse; alios autem inusitatarum rerum, quae aut gestae narrabantur, aut portendebantur, experimentis fidem habuisse, sine difficili dubitatione; alios tandem beneficiorum in pauperes et miseros a christianis conferri solitorum miti sensu adfectos, ab ethnicorum feritate et immanibus sacrorum spectaculis recessisse. Prolata est autem christiana societas maxime sub romani imperii auspiciis, tam in *Britannia* et *Scotia*, quam in *Gallia*, *Lutetiae*, *Turoni*, *Arelatae*, per istos septemuiros, post annum Christi CCL: *Dionysium*, parisiis, *Gatianum*, Turonis, *Trophimum*, arelatae, *Paulum*, Narbonae, *Saturninum*, Tolosae; *Austremonium*, Aruernis; *Martialem*, Lemouicis &c. (ita *Gregor*. Turon. lib. I. c. 23. Adde *Launoium* contra *Menardum* et alios, de duobus *Dionysiis*, loco non vno; et *Galliam christianam* in eccles. *cadurc. arelatensi*, *bituricensi* &c.) In *Germaniae* autem quibusdam prouinciis, (de qua re iam *Irenaeus* lib. 1. admonebat,) hoc seculo per *Eucharium*, *Valerium*, *Clementem* et alios religionem christianam propagatam volunt, (rerum *treuirensium* scriptores.) Inter *Arabes* etiam creuit noua religio, siue inter *Scenitas*, vt interpretabatur *Moshemius*, siue potius inter eos, qui inde a superiori seculo Romanis subiecti fuerunt. Tandem

dem etiam inter *Gothos*, qui *Moesiam* et *Thraciam* nunc occupabant, doctrinae Chriſtianae rudimenta locum inuenerunt. Bellis fere adſueta fuit haec gens, atque hoc melioris vitae beneficium per ſacerdotes quosdam captiuos nacta fuiſſe dicitur. *Philoſophorum* tamen graecorum ſedulis ſtudiis non nihil impedimentorum ſuſcitatum fuit nouae religioni; *Porphyrius* certe, *Tyrius*, qui inde a fine ſuperioris ſeculi floruit, vehementer oppugnaſſe videbatur ipſam chriſtianae rei arcem, cum ſcripturae ſacrae multam contrarietatem, chriſtianorum etiam allegoricam interpretationem, et *Danielis* oracula, ſtudioſiſſime reprehenſum iuerit. Libros hos XV *Theodoſius Magnus* publica lege igni addixit, (C. de ſumma trinit. l. 3.) excerpta non pauca ſeruauit *Euſebius* hiſtor. eccleſ. lib. 6. et praeparat. Euangel. lib. 1. lib. 5. lib. 10, et *Hieronymus*. *Apollonii*, qui *Pythagoram* praecipue imitari voluit, vitam *Philoſtratus*, inter Rhetores huius ſeculi facile princeps, ita ſcripſit et vel prodigia hiſtoriae ſic commendauit, vt minime obſcurum ſit, cuncta Chriſti bene merita de mortalibus iſta ſtudioſa celebratione a *Philoſtrato* extenuari. Dederunt etiam alii diligentem operam, vt e graecorum philoſophorum hiſtoria hunc iſtum eximiis laudibus ornarent, ne Chriſtus aliquid noui aut eximii geſſiſſe aut inſtituiſſe videretur. Nec defuerunt alii haud paulo ſapientiores aliis ſuae cauſſae patroni: qui meliora variarum ſcholarum philoſophicarum decreta ſelegerunt, vt litium et rixarum illud vituperium a philoſophis auerterent; atque ſic *Platonicorum* iuniorum familia coiit, quae haud paulo meliorem philoſophiae diſciplinam et conſuetudinem ſecuta eſt; quae facile amatores inuenit, vel inter ipſos chriſtianae rei fautores atque adminiſtros. Neque enim infitiari poſſumus, ex *platonicorum* ſtudiis et repertis partem non minimam ad chriſtianam doctrinam, quae ab eruditioribus informabatur, fuiſſe translatam; cuius rei non exigua rudimenta iam ſuperiori ſeculo innotuerant; vt *Philonis* non commemoremus diſciplinam. Nempe a deo credebantur ſuggeri amatoribus diuinarum

rerum

rerum nouae ſemper ἐπινοιαι, quibus aut ſupplere ſacrorum librorum mediocrem informationem ius fas ſit, aut ſcripturae ſacrae occultatum ſenſum inde requirere. Itaque multis etiam placuit *allegoricum* interpretandi ſtudium, quo non parum dignitatis auctoritatisque ad ſacros libros accedere poſſe videbatur. Atque ſi bonam mentem et λογικα iſta ἐπιτηδευματα, quibus hominum vita non parum fuit emendata, nobis ob oculos ponimus: haud paulo aequiores arbitros agemus, atque de eius temporis conſuetudine iudicabimus multo, quam alii, clementius; qui, etſi non habentur in ſacris libris de rebus ἠθικοις ſtabiles atque conſummatae ἐννοιαι, ferociter tamen omnes reprehendunt ſiue antiquos ſiue recentiores, quos ab ipſorum aut ſtupore domeſtico aut feruore praecipiti, et malignitate in alios, alienos eſſe vident. Scripſit *Moshemius* diſſertationem *de turbata per recentiores platonicos eccleſia*; ſed haud ſcio, an hac ſcriptione multum meritus ſit vir eruditus.

Non caruerunt autem chriſtiani multis aliis et periculis et vexationibus, licet per locorum temporumque interualla, atque potius magiſtratuum quorumdam malignitate atque auaritia, (bona enim interfectorum fiſco addicebantur,) quam legum publica et iuſta auctoritate eius generis mala infligerentur. Sub *Seuero* tamen per plures ſimul prouincias chriſtianorum ſtatores ſupplicio adfecti aut in fugam coniecti fuerunt; adeo, vt *Iudas* aliquis ſcriptor, in Danielis hebdomadas commentatus, rationes ad *decimum Seueri* annum ſubduxerit, hunc iam *Antichriſtum* iſtum deſignans, (*Euſeb.* 6, c. 7; quae in ſupputando ſedulitas vix potuit chriſtianos imperitiores ingenti et trepidatione et pertinacia non implere.) Sub *Seuero* igitur *Origenis* pater, *Leonidas*, *Alexandriae* occiſus fuit, (*Euſeb.* lib. 6, c. 1. 2.); et bona in fiſcum redacta; in *Africa* autem *Perpetua* et *Felicitas*, mulieres; ex Origenis autem diſcipulis *Plutarchus*, *Serenus*, *Heraclides*, catechumenus adhuc, *Heron*, neophytus; alius *Serenus*, et *Herais*, catechumena; *Potamiaena*, *Baſilides*, ex *Alexandrinis*; (*Euſebius*

bius lib. 6. c. 4. 5.) Sub *Maximino*, Thrace, qui *Alexandrum Seuerum* occiderat, chriſtianorum miniſtri ſacri hic ibi male habiti fuerunt; atque medio fere ſeculo, ſub *Decio* imperatore, (et iam *Philippo* adhuc viuo *Pagi* ad an. 150. n. 3.) publicis edictis chriſtiani per plerasque prouincias rom. imperii ad ſupplicia conquirebantur; quae vexationes adeo atroces fuerunt, vt numero non pauci chriſtiani qua cunque poſſent via, horribilia ſupplicia iam vitatum irent. (*Euſeb.* 6, c. 41.) Alii igitur ad ſacrificia redierunt, alii turificati ſunt, alii argento ſuo libellos a Magiſtratu redemerunt, quibus a periculis iſtis defendebantur. *Lapſi* ſolent appellari. Mortem autem non ſine laude oppetierunt, *Babylas*, antioch. epiſc. *Alexander*, hieroſol. *Pionius*, ſmyrnenſis presbyter, cum ſociis, S. *Agatha*, et multi alii, quorum partim *acta* hodieque circumferuntur. Eſt autem operae pretium vel ex *Cypriani* ſcriptione *de lapſis* breuiter repetere, parum ingenuum et commendabilem ſtatorum rei chriſtianae, vitae modum, quos iſtius calamitatis experimento minus pares fuiſſe nemo mirabitur; idem in *Epiſtolis* quibusdam, (e. g.) ad *Rogatianum*, de *confeſſoribus*) ſatis grauiter in vitia Epiſcoporum *Confeſſorumque* inuehit; his temulentiam, fraudes, ſtupra, adulteria; illis nundinationes, aliis, periuria, et augendi patrimonii ſtudium, ſacerdotibus parum deuotam religionem; corruptam barbam viris, formam fucatam feminis, et matrimonia cum infidelibus, obiicit. His moribus cum fuerint multi, lapſorum non exiguum fuiſſe numerum facile credimus. Atque hic nec illa placent ſtudia, in martyrum corpora et nomina conferri ſolita; quae vel a *Cypriano* commendantur, (Epiſt. 12. *Pamelii* 37.). Sed multo magis dolendum eſt, exortam iam inter ipſos chriſtianos haud paulo crudeliorem contentionem de venia lapſis danda an neganda; de qua cauſſa legendae ſunt quaedam inter *Cyprianicas* Epiſtolae. *Nouatianorum* inde ſchisma enatum, qui *lapſis* veniam omnino negabant, quam in *Africa* quidam Confeſſorum et Martyrum libellis et litteris freti fere

extor-

extorquebant; *Cyprianus* autem et *Cornelius*, romanus, legitimo modo impertire solebant. Vniuersa haec caussa non parum malignitatis atque superstitionis occupat, licet sit fere adhuc subobscura; eam loco aptiori, cap. 3, licebit non nihil illustrare. Post *Decium*, *Gallus* et *Volusianus* christianis graues fuerunt; sub *Gallo* pestis orbem romanum adfligebat; malorum caussa in christianos solebat reiici, (*Cyprian.* ad *Demetrianum* iudicem anno 253; et de exhortatione ad Martyrium). Obiit in exilio isto *Cornelius* rom. episc. *Valerianus* imperator, quinquennalium fatali occasione, et magorum aegyptiorum promissis, ab anno 257 christianos oppressit; *Cyprianus* ea calamitate et exilium pertulit et mortem oppetiit; perierunt etiam *Sixtus* 2, rom. ep. *Laurentius* diac. et alii Romae et Carthagine; vt minus certos aliorum honores transeamus. Melior multo fuit christianorum conditio, sub *Gallieno*, licet iustitiae atque virtuti eius minus tribuendum sit, quam torpori et reipublicae dissidiis. *Aurelianus* autem, qui edicta iam aduersus christianos perscripsisse dicitur, subita morte praeuentus fuit; *Maximianus Galerius*, sub finem seculi, palatinos ministros vexauit, quoti quique christianorum sacris dediti fuerant. (*Euseb.* lib. 8.) De eo igitur non licet dubitare, non defuisse vel in palatiis per ista tempora, toga et sago claros viros, qui christianae religioni dediti fuerant.

CAP. III.

De Societatis christianae forma et statu.

Interea numero suorum ciuium, rebusque et bonis societates christianae ita creuerant, vt non solum per primarias omnium fere prouinciarum romani imperii vrbes, sed etiam per municipia atque minora oppida multitudo christianorum in dies magis propagaretur. Atque vt fere vrbium eminentia ferebat, *Romani*, *Antiocheni*, *Alexandrini*,

atque

atque *carthaginiensis* episcopi auctoritas super ceteros satis eminuit; *Romanus* autem, quia in vrbe principe erat, non sub occidente solum sole, per *Italiae*, *Africae*, *Galliarumque* prouincias, sed etiam sub orientem non obscure principatum habuit, licet sine potestate in alios et iure imperandi; *Aurelianus* certe Imperator ita sententiam tulit, vt Antiochenae ecclesiae domus iis contradatur, *οἷς ἂν οἱ κατα την Ιταλιαν και την Ρωμαιων πολιν ἐπισκοποι ἐπιϛελλοιεν*, (*Eusebius* lib. 7. c 30. *Pagi* ad annum 271. n. 3. 4.) Scimus etiam *Cyprianum* satis diligenter iura episcoporum aliorum aequalia ab impotenti studio romani *Stephani* vindicasse; etiam *Firmilianum*, episc. cappadoc. Nempe vrbis honor romanum Episcopum similiter distinxit a ceteris episcopis, vt *metropoles* omnes a minoribus prouinciarum vrbibus distinctae fuerunt; (*Marc. Anton.* de *Dominis*, de republ. eccles. lib. tertio.). Episcopi ceteri Praetoris, et magistratus ciuilis quasi instar referebant, atque ad eos ita quaedam iura et decora transferebantur, vt negarentur esse penes presbyteros; his vero presbyteris similiter quaedam ita propria dicebantur, vt a diaconis recte geri administrarique non possent. Itaque reperta fuerunt huic consilio noua decreta, aut opinionum miracula, vt diuersis iuribus sua videretur ratio constare; de *sacramentis*, baptismi, s. coenae, ordinationis, seu impositione manuum, receptione in ecclesiam, de *vnitate* ecclesiae, de diptychis, seu nomenclatura ad altare; quae aut ad Episcopum pertinerent, aut sine eius auctoritate a presbytero recte administrari non possent. Sunt autem subobscura non pauca dogmata, non satis certe adhuc illustrata; quia solent e seriorum temporum sensu et consuetudine potius intelligi, quam ex huius seculi monumentis diligenter exponi. *Excommunicatio* certe, seu separatio a christianorum publicis sacris, et abstentio a sacra coena occupat parum iustam et ad nos minus salubrem opinationem; itaque et in poenitentia constitutis solebat ob mortis instans periculum vel domum afferri eucharistia, vt ne extra communionem et socie-

societatem ecclesiae aliquis moreretur; confessores autem et martyres credebantur lapsos apud deum adiuuare; quare eo facilius hi lapsi in ecclesiam recipiendi essent. Nempe eucharistia immortalitatis vim corpori afferre credebatur, (*Irenaeus*, *Tertull. Cyprianus* aliique;) itaque, qui carebat Eucharistia, non habere credebatur spem, cum Christo mox redituro resurgendi. Αιϑητην μετα τϐ Κυϱιϐ συναγωγην ideo nominat *Dionysius* alex. apud *Euseb.* lib. 7. c. XI. Atque ob similem caussam ad altare nomina recitabantur mortuorum, atque oblatio pro iis fiebat (*Dodwell.* ad *Cyprian.*): vt scil. numero ecclesiae adhuc interesse atque superstitibus nihil inferiores esse viderentur. Itaque et sub Paschatos festum *vigilias* late agebant, quia eo die et resurrexerat Christus, et *eodem rediturus* credebatur, ad orbis terrae regnum capessendum, (*Hieronymus*, in cap. 26 Matthaei: Traditio Iudaeorum est, Christum media nocte venturum, in similitudinem Aegyptii temporis, quando Pascha celebratum est &c. *Lactantius* lib. 7, 19. *Cotelerius* ad *Constitut.* apostol. V, 19.) *Episcopus* autem interea Christi personam sustinebat, et ϑεος ἐπιγειος erat, (Epistolae *Ignatii*; Constitut. apost. lib. 2. c. 26) itaque et *throno* insidebat, *spiritualis* regni antistes; (ϑρονον Iacobi Hierosolymitani *Eusebius* suo tempore adhuc in honore habitum fuisse scribit, lib. 7. c. 19.) Primum post eum locum *presbyteri* circa occupabant; hos sequebantur *diaconi*; post eos viliorum ministeriorum multitudo, *Lectores*, *subdiaconi*, *Acoluthi* (in graeca ecclesia a subdiaconis non distincti) *lectores*, *exorcistae*, *Ostiarii*, *Copiatae*. Scimus enim ex *Cornelii*, rom. Episcopi epistola apud *Euseb.* lib. 6. c. 43, eximiam pompam ecclesiasticam *Romae* locum habuisse, e qua vrbe in *Africam*, *Aegyptum*, atque inde ad ceteras ecclesias transmissa fuit; nec dubitare licet, tam splendidum satellitium non sine publica imperatorum venia locum tandem inuenisse, et iura societatis fere publica occupare. His iam seruitiis et ministeriis varia munerum genera reperta fuerunt, oculis et auribus plebis maxime seruientia,

atque a superstitione ineptisque opinionibus non aliena. Ex superiori autem seculo fere in hoc transiit discrimen cleri, in maiorem et minorem; seu ordinis maioris et minoris; sed iam demum praecipua grauitas atque auctoritas accessit. Nulla lex publica clericos a coniugio prohibuit; itaque exempla non desunt episcoporum *maritorum*; *Chaeremon*, Euseb. 6, 41. *Dionysius* alex. Timotheo, παιδὶ, librum dicauit, *Euseb.* lib. 7. c. 26. *Demetriani* episcopi filius *Domnus* Paulo antioch. suffectus, ibid. cap. 30 &c. quemadmodum et viduae et virgines similiter non sine dedito consilio quasi sacri ordinis appendix solebant recenseri; coniugum vero in locum συνεισακτοι mulieres adscitae, quod vocabulum *Antiochiensibus* tribui videtur, quasi apud ipsos repertum, *Euseb.* lib. 7. c. 30. *Commanentes*, *adoptiuas sorores* alii, et ἀγαπητὲς, *subintroductas* nominant; (nempe in domicilium ecclesiasticum) sine nuptiis aliud nomen vxorum, vt *Hieronymus* vocat; quam licentiam plurium conciliorum canones vix tandem serius compescuerunt. (Vid. post *Dodwellum*, *Muratorii* disquisitio de Agapetis et συνεισακτοις, ad Montfauconium, inter *anecdota* graeca pag. 218-240. Idem sequenti disquisitione de *agapis* sublatis egit. Multi castitatis quasi meritum et praecipuum decus a Christo, si iam rediret, sibi tribuebant; alii taedia et pericula vitabant; alii prae aliis honorem et dignitatem sic sibi arrogabant; aliae vel inuitae secundo matrimonio carebant, quod cum ethnicis inire non licebat; matrimonia infidelium certe et *Tertullianus* et *Cyprianus* reprehendit. Alebantur autem publico societatis sumtu, sicut et θλιβομενοι, (qui se exhibere non possunt, aut in tribulatione constituti;) *Cornelius* certe in eadem epistola narrat, supra 1500 viduis et θλιβομενοις Romae ab Episcopo prospectum fuisse; (Homilia 67 in Matthaeum *Chrysostomus Antiochiae* dicit quotidie 3000 viduas et virgines victum accepisse). Nec defuerunt, qui, siue superstitione, siue vt securius aut iucundius viuerent, aut quocunque tandem consilio, in deserta loca abierunt, *Ere-*

miticae

miticae vitae, inter christianos certe, auctores; (nam longe antiquiora exempla inter Iudaeos et graecae philosophiae alumnos non desunt;) atque hi varia inuenustate et *ἀφειδίᾳ σωματος* eximiae sanctitatis speciem apud imperitam plebem collegerunt. In *Aegypto* per *Thebaidem* maxime, *Paulus* quidam, istam vitae rationem non parum suo exemplo commendauit, oblitus eius vitae, quam Christus ipse et Apostoli praeiuerunt, suisque praeceptis persuasum iuerunt; nempe carebat hac ratione cunctis humanae vitae molestiis, periculisque et legibus. Nec tamen negaverimus, fuisse etiam, qui similiter Christi illam sententiam inepte interpretabantur, (qui reliquerit propter me domum, parentes &c.) sicut *Origenes*, qui se ipse exsecuit, eo certius futurus *Eunuchus* regni caelorum caussa; aut potius, vt aliorum prauam suspicionem vitaret, cum feminis ad christianam vitam instituendis daret operam continuam (*Eusebius* lib. 6, 8;). Inter *martyres* vero etiam non rari videntur fuisse, qui a *Christi* et *Pauli* sententia atque exemplo longius discesserunt; alios *sanguinis baptismo*, (quod *το δια πυρος* alicubi dixit *Origenes*, *Euseb.* lib. 6. c. 4. vid. post *Dodwellum Casti Innoc. Ansaldi* commentar. de baptismate in Spiritu S. et igni, Mediolani 1752. 4.) credebant facile istum aquae baptismum compensasse; alii, vel Episcopi, (e. c. *Alexander*, cappadoc. *Euseb.* lib. 6, c. 11.) locorum sacrorum causa Hierosolymas adibant: plebis autem et imperitia et parum commendabilis vita, vel ex querelis quorumdam patet, qui publicam fere in martyriis ebrietatem reprehendunt. Est autem minime obscurum, etiam hoc seculo non parum datum fuisse imperitae plebi, quae rebus iis ducitur, quae in sensus cadunt, in caerimoniarum et multitudine et indole; quae res omnino reprehendi non potest, si quidem ȣ̓ παντων, atque etiam ȣ̓ των πολλων ἡ γνωσις. Obtinet enim eadem fere Ἰȣδαϊκοτερων ratio, ac seculo primo, quo Palaestinenses doctores Iudaeorum ingeniis et studiis non parum obsecuti sunt. Atque ad hoc consilium referenda est multitudo ministeriorum sa-

crorum, quae Romae maxime videtur orta, atque inde demum ad alias ecclesias propagata fuisse, (vid. epistola illa *Cornelii* rom. *Euseb.* 6, 43.) *Exorcismi* vsus similiter ad Philosophorum quorumdam et vulgi opinionem conformatus fuit; de *daemonibus* enim, qui in hominum corpora lubenter ineant, et vel escis et potibus insideant, multa deliria valuerunt, (vid. *clementinae* scriptiones;) atque *Gnosticorum* quorumdam studia iam seculo 2do eo nomine in plebis et mulicrcularum vanos metus collata fuerunt, vt *exorcismis* non parcerent. Baptizatis *candida* vestis, non sine omine, (ἐνδυμα ἀφθαρσιας) data; vsus *mellis* et *lactis*; *vnguenti* benedicti. Alicubi et *thure* seu θυμιαματι (συραξ, in paraphrasi *arab.* canon. apost. 3.) vtebantur, sub tempus oblationis sacrae; atque *oleum* lampadibus ascendis adhibebatur, (*Beueregius* ad can. apost. 3.) Frequentissimum fuit signum *crucis*, daemonibus abigendis maxime idoneum, atque aliis miraculis. (*Tertull.* de corona cap. 3, ad omnem progressum, atque promotum, ad omnem aditum et exitum, ad calciatum, ad lauacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacunque nos conuersatio exercet, frontem *crucis* signaculo terimus.) *Ieiunia* partim stata, vt *quadragesimale* fere fuit, (incerti tamen spatii) etiam feria *quarta* et *sexta* (quae tamen horis quibusdam tantum constabant,) partim libera; *vigiliae* et conuentus, in martyriis. De *Eucharistia* inuenusta miracula iam narrantur, in libro *de lapsis*, qui inter *Cypriani* scriptiones habetur; infantibus etiam infundebatur de sacramento. *Tertullianus* autem (ibidem) scribit: eucharistiae sacram. - - oblationes *pro defunctis*, pro natalitiis annua die facimus.– Calicis aut panis nostri aliquid decuti in terram anxie patimur. *Tertullianus* idem de pudicit. C. XI narrat, apud Catholicos pastorem in calice, qui frangi potest, *depictum* fuisse. Ecclesiae *vnitas*, cum beneficio archae Noachi comparata; (inde frequens illa descriptio clericorum; qui eorum ministeria quasi inter se diuisa obtinent, qui in nauis gubernatione adsunt; atque sic nata est

tristis

tristis illa lex, *extra ecclesiam non est salus.* *Fideles* seu, qui cunctis iuribus et priuilegiis vtuntur, soli *mysteriis* intererant; daemoniaci, *catechumeni*, *poenitentes* minorem tantum sacrorum partem frequentabant; atque dimittebantur hi omnes, publica voce: missa est, λαοις ἀφετις, quae quidem studiosa diligentia, quae ista celeberrima aliarum societatum et sodalitatum μυστηρια imitatur, ad societatis securitatem potius fecisse videtur, quam ad liberalium decretorum iustam commendationem. Ista autem omnia facile nos ita interpretamur: fuisse forte multa aut pleraque isto tempore non sine omni ratione seruata, cum satis parca esset recte intelligendi consuetudo; nihil autem inesse istis institutis atque moribus, quod inter nos adhuc praecipue salubre videatur atque frugiferum.

Rudimenta igitur religionis parum perfecta, quae vel a *Gnosticis* non paucis poterant ex sua meliori religionis indole reprehendi, post *Clementem*, alexandrinum, πνευματικων et peritiorum in gratiam emendatum iuit *Origenes*; qui *partim allegoricam mysticamque* sacrorum librorum interpretationem e nostris ita praeiuit, vt non paucas imperitiorum opiniones studiosissime refelleret; *partim grammaticam* seu *litteralem* S. S. explicationem eximie adiuuaret. Vulgatam certe istam spem, de instante iam iam regno Christi felicissimo in terra, omnino proiecit; lib. II. περι ἀρχων c. XI, surrogato alio bene sperandi aut varie metuendi genere, quod animi emendatione et purgatione a vitiis constabat. Atque liberaliorem istum interpretandi modum post *Origenem*, dignus praeceptore isto discipulus, *Dionysius*, alexandrinus episcopus, copiosius vindicauit, *libris de promissionibus diuinis*, (non humiliter atque iudaice intelligendis,) aduersus *Nepotis*, qui et ipse Aegyptius erat episcopus, impotentem librum, ἐλεγχος ἀλληγοριστων, (*Euseb.* lib. 7. c. 24,) quo *Millenariorum* inuenustam opinionem defensum iuit. *Grammaticam* autem *interpretationem* idem *Origenes* tum aliis quibusdam scriptis, plebi non destinatis, tum maxime immor-

tali iſto (tetrapl$\omega\nu$ et hexapl$\omega\nu$) opere feliciter promouit. Idem contra presbyterorum et Epiſcoporum varia vitia, non obſcure, ſententiam dicere ſolet.

CAP. III.

De ſcriptoribus huius ſeculi.

Etſi facile iam de eo conſtat, chriſtianos, qui aetate nos antecesſerunt, ſcriptores, ſuo maxime et tempori et loco fuiſſe obſecutos, et ſcriptionum ſuarum indolem, ad hominum ſui temporis ingenium atque vſum adaptaſſe: tamen non eſt inficiandum, hoc ipſum, ſi recte obſeruetur, praecipua vtilitate, ad nos ipſumque religionis liberalem modum, non carere. Sapienter igitur cogitemus oportet, iſtis e ſcriptionibus non tam ad nos ipſos et noſtros homines colligi poſſe iuſtam et caſtam rei chriſtianae informationem, quam hiſtoriam nos diſcere, atque religionis, partim rudimenta partim incrementa mediocria, hodie repeti atque recenſeri. Atque eſt ſane operae pretium, recte arbitrari atque ſtatuere de his eius temporis monumentis; quae iuuerint forte non parum religionis chriſtianae conſilium ad iſtos eius temporis et loci homines: ſed noſtrae aetati et noſtrae rei tam non omnino conueniunt; vt potius rudius et tenue huius temporis ingenium oporteat obſeruare, quam ad nos ſedula et inuenuſta imitatione transferre. *Patrum* nomine, honore atque auctoritate, ſolent fere vti iſti ſcriptores; ſed pro temporis varia conditione; nos certe in eandem quaſi familiam non accenſemur, quae obſequium debet natu maioribus; libera religionis indoles eius generis ius non dicit. Vicerat iam illorum ſententia, qui libris V. T. chriſtianos vel domeſticae rei cauſſa carere poſſe negabant; quam in rem et prophetiarum amor, et allegoriarum ſtudium non parum contulit; (itaque et *Marcion* negauerat *allegorice* ſcripturas interpretandas atque hac via tuendas eſſe; adeo, vt etiam has iſtas ſententias abiecerit, quaſi a Chriſto minime prolatas;

prolatas; *Origen.* tomo XV. in Matthaeum num. 3. fine.) Sed hic illa rei malignitas iustum istorum librorum vsum non parum impediuit: quod V. T. ex translatione των LXX soleret adhiberi, cuius iam codices scripti nouis variis mendis scatebant, quae etiam *latinam* conuersionem infecerant. Κοινη solet dici, *communis*, *vulgata*, per plerasque omnes ecclesias dispersa; atque sat paucis ad intelligendam et explicandam S. S. V. T. profuit ista inusitata *Origenis* diligentia, qui et τετραπλα instituit, seu *Aquilae*, *Symmachi*, *Theodotionis* et των LXX, graecas translationes, *quatuor* columnis vno in codice describi curauit; et ἑξαπλα, columnis sex, addito *hebraico* textu, quem et litteris *hebraicis* et *graecis* adiunxit; his graecis quatuor addidit et *quintam* et *sextam*, alicubi autem et *septimam*, nisi fallimur hodie, translationem, quarum auctores omnino ignorantur. Ipse autem hac ratione translationem istam κοινην non comparare cum graecis ceteris non potuit; quam sic emendatum et illustratum iuit, vt adhibitis signis, (*obelis*, *asteriscis*,) illam cum ceteris componeret. Itaque facile poterat perspici, quomodo et differret haec translatio a ceteris, et emendanda illa essent, quae sensim male scripta, aut disiecta fuerant. Hoc iam graecum exemplar, si separatim scribebatur, *hexaplaris* editio seu recensio dicebatur, a qua illa κοινη, manibus plerorumque adhuc versata, non parum differebat. Illud autem minus constat, qua opportunitate vsus sit *Origenes*, ad impetrandos istos *graecos* aliorum tot interpretum codices; forte similiter, vt *hebraicum* nactus est textum, Iudaeorum quorumdam aequiorum beneficio. In *Threnis* tamen nec *Aquilae* nec *Theodotionis* ἐκδοσις apparuit, (ἐκλογαι Origenis in *Threnos*, tomo operum III. edit. de *la Rue*; pag. 321.) Fragmenta omnium translationum, post *Drusium*, *Montfauconius* collegit longe copiosius, 1731 parisiis in fol. *Latina* autem ista translatio a *Sabatierio* post Flam. *Nobilium* collecta est, *Remis* 1743. fol.

Illi igitur scriptores, qui eruditione aut opportunitate fuerunt Origene inferiores, bonae frugis etiam longe minus prae se ferunt; vt parum dolendum sit, istis nos scriptionibus carere. Isti autem fere nominantur huius seculi scriptores. *Caius*, rom. eccles. presbyter, sub episc. *Victore* et *Zephyrino*, ἐθνων ἐπισκεπτος, a quibusdam auctor habitus libri περι τȣ παντος, seu, περι της τȣ παντος ȣσιας, (*Photius* cod. 48; qui narrat, eum librum alios *Iosepho*, alios *Iustino*, alios *Irenaeo* tribuisse; iam recensetur etiam inter *Hippolyti* scriptiones.) Certius est eum cum *Proclo*, montanista, *Romae* disputasse, et διαλογον de hac caussa scripsisse, (*Euseb.* lib. 2, 25. lib. 3, 28. lib. 6, 20.) scripsit et contra *Artemonem* (*Euseb.* lib. 5, 28 seu parvum Labyrinthum, (*Theodoritus* lib. 2. haeret fab. c. 5. alii *Origeni* eum adscripserunt, *Photius* ibidem.) In quo et istum librum, περι τȣ παντος sibi tribuerat. *Alexandri*, cappadoc. episcopi, qui *Hierosolymam* sacrorum locorum caussa adiit, atque ibi episcopus constitutus *bibliothecam* instituit, (*Euseb.* lib. 6, c. 11. et 20.) aliquot epistolas, ad *Antinoitas*, *Antiochenos*, ad *Demetrium* alex. episc. pro *Origene*, *Eusebius* commemorat. *Hippolytus*, vrbis alicuius, quam ne *Hieronymus* quidem rescire potuit, episcopus; portus *romani* in Arabia, (*Adanam* alii nominant) quidam episcopum fuisse et narrant et opinantur; arabico in sinu iam *Athenodorus* philosophus, *Strabonis* in peregrinando socius, multos se *Romanos* inuenisse narrabat, (*Strabo* lib. 16. *Caue*; forte et *Pauli* iter hac ratione illustratur, *Galat.* 1, 17,) quem postea *Romae* aut in vicinia vixisse, illa monumenta confirmare possint, quae sec. 16 fere medio extra muros Romae effossa sunt, *Vaticanae* bibliothecae illata, (si quidem nihil omnino dubii supersit). Recensio scriptionum plurium exstat apud *Caueum*, in laterculo vno marmoris designatarum. *Photius* codice 202 *Hippolyti* commentar. in Danielem recenset, eumque narrat hunc computum adhibuisse: annis post Christum natum 500, impleto numero annorum mundi 6000, Anti-

christi

christi aduentum atque huius mundi interitum instare. Ceterarum scriptionum satis longus exstat vel in *laterculo* isto catalogus, licet nec *Eusebius* nec *Photius* tot recenseant; quasdam etiam catalogus *Ebediesu* inter *Syros* notas esse docet; (*Assemani* biblioth. orient. tom. 2. *Fabricii* biblioth. graeca tom. 5. *Caue*. *Oudinus* tom. 1.) Videtur autem aliquid monstri subesse; e. c. librum, περι της τȣ παντος ȣσιας seu περι τȣ παντος, (ex mente *Platonis*, quem secum pugnare ostendit) *Photius* codice 48 recensebat, *Iosephi*, *Caii*, *Iustini*, *Irenaei* nomine; atque his verbis edidit *Hoeschelius* fragmentum, Iosephi προς ἑλληνας λογος, inscriptus, κατα πλατωνα, περι της τȣ παντος ȣσιας, sic rectissime intelligitur. Hic vero in *Hippolyti* illo laterculo, legitur, προς ελληνας, και (quam inepte?) προς πλατωνα, ἠ και περι τȣ παντος. Similiter de εγγαστριμυθῳ, de origine mali, de resurrectione, de antichristo, *Methodius* dicitur scripsisse hoc eodem seculo, vti Hippolytus. Περι χαρισματων, ἀποστολικη παραδοσις nominatur alia scriptio; sed constitut. apostolicarum liber 8 sic inscribitur, περι χαρισματων, και χειροτονιων και κανονων ἐκκλησιαστικων, vt fere suspicari liceat, non nihil imposturae hic locum habere. Nam ea, quae in Constitut. apost. lib. 8, cap. 4 leguntur, apud *Lambecium* in biblioth. *Vindobon*. codic. histor. 7. n. 2. fol. 3 similiter habentur, sic inscripta, διαταξεις των ἁγιων Αποστολων, δια ἱππολυτȣ, itaque *Palladius* histor. *Lausiaca* c. 148: ex libro cuiusdam *Hippolyti* aliquid adfert, quem dicit τον των Αποστολων γνωριμον; nempe, quia apostolorum constitutiones collegerit. *Clementis* alexandrini discipulum faciunt *Hippolytum* recentiorum quidam, (*Bullus*, *Beueregius*;) si veterum quidam ita narraret, dicerem falso intelligi; *Clementis* enim *romani* socium intelligendum esse. Per *Hippolytum* aliquem (per hunc putat *Caue*) misit *Dionysius* alexandr. διακονικην epistolam ad *Romanos*, *Euseb*. 6, 46. *Ammonius*, alex. philosophus, de *consensu Mosis* et Christi scripsit, et *Harmoniam* 4 Euangeliorum, (forte

vtraque ſcriptio contra *Tatianum* fuit.) Sext. Iul. *Africanus*, quem epiſcop. *Emmauntis* (*Nicopolis* poſtea) faciunt Syri, (cuius vrbis noua moenia ab Antonino Heliogabalo legatione ſuſcepta impetratum iuit,) de chronographia (chriſtiana) libros 5 ſcripſit; ex quinto (niſi ex *Euſebio*, demonſtrat. Euang. lib. 8. e Daniele) partem non exiguam de 70 hebdomadibus deſcripſit *Hieronymus* in Daniel. IX. Alium locum luculentum ex libro 3, de inſtituti ſui ratione, deſcripſit *Euſeb.* lib. 10 praepar. c. 10. Ex iſtis libris, qui praeter aliorum hiſtoricorum commentaria, etiam ex Apocryphis hauſerunt, plurima deſumſit *Euſebius* in ſuum *chronicon*, atque ſic chronologia των LXX auctoritatem ad omnes nacta fuit; Chriſtus enim *medio millenario* ſexto natus dicebatur. Epiſtola ad *Ariſtidem*, de diſſenſu in genealogia Chriſti apud Matthaeum et Lucam, *Euſeb.* lib. 1. c. 7. Epiſtola ad *Origenem*, de fabula *Suſannae*; cui *Origenes* alia epiſtola reſpondit, quae ſupereſt. Opus των κεϛων, incerto librorum numero, ad *Seuerum Alexandrum*; (de characteribus et miraculis magicis,) ſi eſt huius ſcriptoris, oportet, vt ſcriptum fuerit, cum nondum eſſet Chriſtianus. *Origenes*, cuius ſat copioſam hiſtoriam collegit *Euſebius* lib. 6.; *alexandrinae* eruditionis honorem non parum ſuo nomine auxit. *Clementi* ſucceſſit in ſchola alexandrina regenda; *Romam* profectus fuit, (vnde forte aliam N. T. recenſionem ſecum attulit;) *Ambroſii*, qui *Valentinianus* fuerat, et qui *Alexandriae* diaconus inde fuit, (adeo *diaconos* doctiores inſtituit Origenes) largis pecuniis adiutus, ſacris libris illuſtrandis bene meritus fuit. Inuito *Demetrio* presbyterum eum crearunt *Caeſareae*, palaeſtinenſes *Theoctiſtus* et *Alexander* epiſcopi. Vitae integritate non minus quam eruditione alios ſuperauit; itaque et in *Achaia* et in *Arabia* res eccleſiaſticas procurauit. In SS. vſus eſt triplici explicandi genere; commentariis ſeu libris copioſioribus; ſcholiis; homiliis; ſed pauciores tantum ſuperſunt nobis libri; quidam *latine* translati ab *Hilario*; *Victorino*; ab *Hieronymo*, (in *Lucam* homiliae 39; 2 in

cantic.

cantic. canticorum; 14 in Ierem; 14 in Ezech. A *Ruffino* autem in *Genesin*, homil. 17. in *Exodum* 12. in *Leuitic* 16. in *Numer.* 28. in *Iosuam* homil. 26. *Iudicum* homil. 9. libros regum, homil. 2. In quosdam psalmos; in canticum 4; in epist. ad *Romanos* &c. incerti interpretis alia sunt; e. g. in *Matthaeum* a cap. XVI. quod opus male in *Homilias* diuiserunt. Non raro *catenae* etiam bona seruarunt fragmenta. *Exegetica* graeca edidit *Huetius*, cum *Origenianis*. Praeter *Epistolas* multas, quarum veteres meminerunt, *dogmatici* aut mixti generis fuerunt, libri X στρωματεων, libri 4 περι αρχων, libri 8 contra *Celsum*; liber de oratione; exhortatio ad martyrium. Aliorum auctorum sunt, *Philocalia*, (per *Basilium* et Gregor. nazianz.) seu ecloge e variis *Origenis* libris, de quibusdam quaestionibus scripturariis; *dialogus* contra *Marcionitas*; (*dialogum* Origenes scripserat cum *Candido* haeretico; atque alium in Αγνωμονα.) Philosophumena, seu de sectis et dogmatibus philosophorum, pars operis maioris. Opinionum in *Origenis* libris occurrit magna ab aliis diuersitas; sed iusta libertas; aliter de amore veritatis atque integritatis longe minus constaret; praecipue differt a *Nicaenis* decretis de trinitate et λογω; de animarum praeexistentia et purgatione post hanc vitam durius fere statuit, quam de beatitatis, quae λογικους deceat, futura indole. De pluribus eius decretis vid. quae tomo 2 *polem.* Baumgartenianae collecta sunt. Vniuersum autem illud ius et ministerium hierarchicum, quod *constitutionibus* apostolicis informatur, atque sec. 4 fere vbique obtinuit, *Origenes* omnino adhuc ignorauit, bonae mentis, et liberalium meritorum, quam magnae auctoritatis, dignitatis, et sacri peculii studiosior. Inter *Origenis* amicos eminuit *Firmilianus*, Caesareae cappadoc. episcopus, qui, vt eius familiaritate atque institutione vteretur, in *Palaestina* aliquod tempus moratus fuit; eius de rebaptizandis haereticis epistola habetur latine inter *Cyprianicas*. *Berylli*, bostrensis episcopi, plures scriptiones laudauit *Eusebius*, lib. 6, c. 20. *Ne-*

potis,

potis, epiſc. aeg. librum, ἔλεγχος ἀλληγοριστῶν, iam cap. ſuperiori nominauimus; addimus, eum a multis eo tempore praelatum fuiſſe *legi*, *prophetis*, *Euangeliis* et *Epiſtolis*; adeo placuerunt iſtae ſententiae de regno Chriſti terreſtri, (*Dionyſ.* ipſe, apud *Euſeb.* lib. 7. c 24.) cum quibus liberalior interioris religionis cognitio iuſto minus fuit coniuncta. Ille autem *Dionyſius* alex. *Origenis* diſcipulus, presbyter, atque inde a medio fere ſeculo poſt *Heraclam* epiſcopus, multarum ſcriptionum auctor fuit; ex *epiſtolis* eius *ſeptimum* fere librum hiſtoriae ſuae collegit *Euſebius*; librorum nomine recenſentur, *de poenitentia*, ad *Cononem* epiſc. Hermupolit. haud dubie contra *Nouatianos*, qua in cauſſa epiſtolas multas etiam ſcripſit, *Romam* praecipue; libri 2 de promiſſionibus, contra *Nepotem*; ad *Dionyſium*, ep. roman. libri 4 contra *Sabellium*, qua in cauſſa iam aliquot ſcripſerat epiſtolas, quibus aliam in partem videbatur iuſto diſceſſiſſe longius; de Natura, aliquot libri ad Timotheum παιδα; liber de tentationibus; commentarius in partem Eccleſiaſtis; epiſtola ad Xiſtum vel Sixtum, rom. *Stephani* ſucceſſorem, de baptismo, (haereticorum) in qua mentionem facit Synodorum orientalium quarumdam contra ſententiam *Stephani*; epiſtola ad Dionyſ. presbyterum adhuc romanum, de *Nouato*; plures epiſtolas canonicas ſeu ἑορταστικας, ad concil. Antiochenum contra *Paulum*, Samoſatenum; et multas alias; ex plerisque illis poſſunt hiſtoriae et conſuetudinis ſacrae multa colligi documenta. Quae ad *dogmaticam* hiſtoriam ex eius ſcriptis faciunt, collegi tom. 3. polem. Baumgarten. Ne ab alexandrinis ſcriptoribus diſcedamus, addimus *Theognoſtum*, *Exegetam* ſ. doctorem publicum et presbyterum alex. cuius λογους ſeptem commemorat *Photius* codice, CVI, quibus *Clementis* et *Origenis* docendi genus imitatus eſt, vt quaſi rationes et cauſas capitum potiorum doctrinae chriſtianae explicatum iret. *Pierium* etiam, presbyterum alex. cuius λογους 12 *Photius* recenſuit, codice 119. *Gregorius*, cum fratre *Athenodoro*, poſt alia exercitia *Origenis*

genis tandem in Palaestina auditor, (in quem et πανηγυρικον ευχαριστιας discessurus recitauit,) patriae vrbis postea episcopus, Neocaesar. cappadoc. ei, ob miracula multa, quorum *Gregorius*, *Nyssenus*, fidem facere ausus est, nomen *Thaumaturgi* indiderunt. *Nyssenus* idem episcopus fabulam de *Expositione fidei* prodere non erubuit, quam Iohannes Euangel. cum Maria tradiderit; nec satis certa sunt cetera scripta; *metaphrasis* in Ecclesiasten; epistola tamen *canonica* videtur genuina, de iis, qui barbarorum (Gothorum?) incursu lapsi essent; fides, πιστις κατα μερος, capita 12 de fide, cum anathematismis olim falso eius nomine ferebantur. De *Paschate* scripsit *Anatolius*, alexandrinus, postea Episcopus *Laodicenus*, cuius eruditionem eximie laudat *Eusebius*, 7, c. 32. eumque refert rogatum fuisse, vt *Aristotelicae* scholae ibi publicum seminarium institueret, (sicut *Athenis* Platonica fuit διαδοχη, sumtibus publicis, *Valesius*). De paschate videtur *latine* superesse. *Methodius*, *Olympi* in *Lycia*, et *Tyri* postea episcopus; cuius tamen *Eusebius* mentionem non fecit; multarum scriptionum auctor fertur; de resurrectione, contra *Origenem* (*Photii* cod. 234,) multa etiam e *Pauli* epistolis hic illustrauit; περι των γενητων, contra *Origenem*, (quem *Centaurum* nominauit,) non semper exstitisse mundum; περι αυτεξουσιου, atque vnde malum? *Symposium* decem Virginum, seu περι της αγνειας, dialogus, *Photius* cod. 237; edidit *Allatius* et iterum P. *Possinus*, et tertium *Combefisius* in auctario; variae insunt opiniones. Aduersus *Porphyrium* aliquot libri; in *Genesin*, et in *canticum* cantic. Dialogum Ξενων citat *Socrates* hist. 6, 13, quo de *Origene* sententiam longe aliam dixerit; cuius mentionem ab ipso *Methodio* factam fuisse (ap. *Photium* codice 235) falso opinatus est *Allatius* et *Caue*, cum ibi loco, μαργαριτας του Ξενωνος, legendum sit, τους σεμνως — — εκλαμβανοντας. Aliae scriptiones quaedam *Methodii* non sunt. *Pamphilus*, caesar. palaest. presbyter, de *Origenis* recensione *hexaplari* graeca bene meritus;

meritus; apologeticos pro *Origene* libros ſcripſit quinque, in carcere iam poſitus, cum Euſebio, qui poſt Martyris obitum addidit ſextum; in vſum eorum, qui ob religionem metallis addicti fuerant.

E *Latinis* ſcriptoribus, praeter *Tertulliani* libros quosdam, qui tertio huic ſeculo addendi ſunt, M. *Minucius Felix*, dialogum ſcripſit, *Octauium*, pro chriſtiana religione; *Thaſcius Caecilius* (quod nomen a presbytero, qui eum baptizauit, ſumſit,) tandem Epiſcop. carthagin. ſcripſit, libellum ad *Donatum*; de idolorum vanitate, (multa e *Tertull.* et *Minucio* deſcripta) teſtimoniorum ad Quirinum, aduerſus Iudaeos libros 3, de habitu Virginum; de vnitate eccleſiae, (alii, de ſimplicitate praelatorum nominarunt,) de lapſis; de oratione dominica; de mortalitate (peſte;) exhortatio ad Martyrium; librum ad Demetrianum; de opere et eleemoſynis; de bono patientiae; de Zelo et liuore, et multas *epiſtolas*, nobis ad recte iudicandum de re vetuſta chriſtiana ſatis vtiles. Plures ſcriptiones falſo eius nomine olim vtebantur; nec deſunt dubitandi rationes etiam de quibusdam iſtarum. Romanorum epiſcoporum *Cornelii*, *Stephani*, plures epiſtolae, quarum ſupereſt mentio, aut inter Cyprianicas latinum exemplum, (niſi putemus graece translatas ab *Euſebio* recenſeri) videntur hoc ſeculo graece adhuc ſcriptae fuiſſe. *Nouatianus*, ex ſtoico iam chriſtianus, presbyt. rom. *Nouati* carthagin. presbyteri, qui a *Cypriano* alienus fuit, et aliorum miniſterio *Cornelio* epiſcopus oppoſitus; auctor epiſtolae, quae nomine *cleri Romani* ad Cyprianum miſſa adhuc exſtat; et libri *de trinitate*, quem olim Cypriano et Tertulliano falſo tribuerunt. Incerta eſt epiſtola, *de cibis iudaicis*, (Tertulliano iungi ſolita; atque eſt forte idem libellus, quem *quaeſtiunculas* de animalibus mundis et immundis alii nominant;) non amplius autem exſtant, de *Paſcha*, de *Sabbato*, de Sacerdote (iudaico?) de oratione, (niſi ille Tertulliano inſcriptus libellus ſit, de oratione dominica,) de circumciſione (inter Hieronymiana eſt de vera circumciſione,) de Inſtantia, (an ἐνςασις, ἀντι-

ἀντιλογια, contentio contra Cornelium? an, contra lapsos, stata et firma disciplina? an, de constantia? an, de eo, quod instat?) de *Attalo*, (an Pergameno illo, de quo in Epistola Viennensium?) Huius seculi esse videtur anonymi liber, *de baptismo* (haereticorum) *non iterando*; qui inter *Cyprianica* solet edi. *Commodiani* cuiusdam *instructiones*, latinis versibus, supersunt, qui huius seculi ingenium parum venustum satis produnt. *Victorinus*, petauionensis (non pictauiensis) in *Pannonia* episcopus, martyribus sub *Diocletiano* adnumeratur; eum *Hieronymus* scripsisse dicit, aduersus omnes Haereses; in Genesin, Exodum, Leuiticum, Esaiam, Ezech. Habacuc, Ecclesiasten, cantic. canticor. *Matthaeum*, et in Apocalypsin; perierunt omnes isti libri; superest tamen isto nomine in Apocalypsin, sed cum *chiliastica* opinio non insit, eius esse non creditur; inest vero ista opinio libello, *de fabrica mundi*, quem *Victorini* nomine edidit *Caue* in histor. litteraria.

Scriptoribus addenda recensio *conciliorum* huius seculi; quia *epistolae* synodales et acta solebant conscribi, e. *Bostreni* concilii acta *Eusebius* vidit, lib. 6, 33. apud *Cyprianum* supersunt *Synodicae* epistolae plures, e. g. ad *Fidum*, de baptismo paruulorum; ad Episcopos Numidiae, de haereticorum baptismo; in eadem caussa, Firmiliani; atque alia carthaginiensis ad Stephanum; acta concilii carthag. 8. (Cypriani 7,) episcoporum 87. *Antiocheni* concil. contra *Paulum*, Samosat.

CAP. IV.

De Haeresibus seculi tertii.

I. De superioris temporis sectis.

Breuem quasi historiam superiorum sectarum, quae hoc adhuc tertio seculo recensentur, colligere possumus ex *Origenis* aduersus *Celsum* libro quinto, paulo ante finem.

Celsus

Celsus enim per nominum et sectarum, quibus christiani scindantur, varietatem, inuidiam atque infamiam creare vniversae religioni studuerat; recenset igitur et *Origenes* istas sectas, nec addit, has istas interea iam amatoribus caruisse; esse, qui negent, eumdem deum esse christianorum et Iudaeorum, (seu, qui reiiciant libros V. T.;) alius dei filium esse Iesum; esse, qui hominum genus *duplex* faciant, animalium et spiritualium; (Valentinianos;) esse, qui gnosticorum nomine sibi nouam omnino doctrinam informent, ἀλλόκοτα ἀναπλάσματα, (nempe nec Iesum auctorem secuti;) esse, qui Iesum recipiant, sed simul etiam legem Iudaeorum; (Ebionitas, duplicis generis, pro diversitate sententiae, Iesum natum e virgine, aut more aliorum hominum;) esse *Sibyllistas; Simonianos*, seu *Helenianos*, *Helenum* doctorem secutos, Marcellinianos, a Marcellina, Harpocratianos, a *Salome*, alios a Maria, a *Martha* dici, (hos se ignorare dicit *Origenes;) Marcionitas*, et alios, qui alii alium doctorem aut daemonem (potius) confingant, omnes autem sibi infensos esse atque infestos; quosdam ideo ἀκοῆς καυστήρια, quosdam αἰνίγματα appellari a Christianis, (*Scandala* dicit *Origenes*, scimus, sed ista nomina ignoramus) &c. Satis respondit *Origenes*, sententiarum illa dissidia tam ipsi religioni non adferre vituperium, quam philosophorum tot sectas ipsi philosophiae studio. Atque ex ista narratione fere illud appareat, superfuisse istarum sectarum, etsi amatorum numero impares, familias. De *Nazarenis* scimus *Hieronymum* adhuc perscribere; qui et de *Ancyra* (praefat. in *Galat.* lib. 1.) narrat, multas ibi sectas reperiri. *Origenes* nomine non solum vtitur, *Marcionis*, *Valentini*, et aliorum, sed etiam non raro sententiis describit, nomine non addito. Abstinet autem *Gnosticorum* nomine, quod videtur (sicut *Clemens* alex. aperte) christianis eruditioribus quasi seruare. *Cyprianus* numquam *Gnosticos* quasi sectam nominat; *Marcionis* tamen et aliorum nomen et baptismum sic inducit, vti causa ferebat. Videtur autem Gnosticorum

corum et superiorum aduersariorum veteris testamenti omnis quasi vis concidisse, postquam *Origene* praeeunte *allegorice* et *tropologice* interpretandi hypothesis auctoritatem nacta est; quam idem scriptor etiam ad Christi historiam non nihil transtulit; historiam enim, sine spiritu et rerum moralium informatione, ad imperitiores pertinere. Nec nihil iuuerit *Dionysii* alex. et aliorum presbyterorum eruditiorum, (e quibus *Dorotheum*, antioch. presbyterum, hebraice peritum, collaudat *Eusebius*, lib. 7, 32) diligentia, qui et λογοις rerum reperiundis studuerunt, et iudaicas opiniones abiecerunt luculentius, quam antea factum est; et in quaestione de illo filio dei, λογῳ, accesserunt ad *Gnosticos* quosdam scriptores propius. Igitur post hoc seculum non amplius mentio sectarum gnosticarum; reliquiae in *Manichaeorum* disciplinam transierunt. *Plotini* librum contra *Gnosticos*, (*Adelphium* et *Aquilinum*, Romae versantes, nominat *Porphyrius* in vita *Plotini*;) ex operibus eius, Enneadis 2. lib. 9 excitauit iam *Moshemius*; qui tamen aliter de hac caussa iudicat; coniunctis christianorum et platonicorum philosophorum studiis *Gnosticos* tandem auctoritatem inter sapientes amisisse.

II. Sectae huius seculi.

1. *Noetiani, Sabelliani.*

Obseruauimus iam, *Praxeae*, qui ex Asia Romam venerit sub *Victore*, et Romanis istis tribuere *Tertullianum* eam sententiam, qua pater ipse cruci fuerit fixus; (atque sic fere sibi constant, quae *Caius* dicebat ab *Artemonitis* narrari, sub *Victore* doctrinam de Christo, postea scilicet, contra *Praxeam*, immutatam fuisse;) in homine Iesu enim patrem, patris virtutem, habitasse. *Montanistae*, qui *Aeschinem* sequebantur doctorem, idem statuerunt; ante *Noetum*, in Asia (minori, inter Phrygas, seu Montanistas,) *Epigonum*, (ἀπεκυησε, quasi auctor fuerit, a quo *Praxeas* et alii sumserint,) et *Cleomenem* idem sensisse,

inde *Noetum*, *Smyrna* oriundum, eam opinionem disseminasse et *Callistum* aliquem, post *Noetum*, nouis confirmasse additionibus: tradit *Theodoretus*, (haeret. fabul. lib. 3. de *Noeto.*) Contra hanc eandem opinionem satis luculenter scribit *Nouatianus*, de trinitate, tum alibi, tum cap. 30, vt fere dubitari nequeat, *Theodotianos* seu *Artemonitas*, qui dicuntur ἀρνησιθεον haeresin fouisse, (diuinitatem Christi negasse) in eadem sententia fuisse. Similiter *Beryllum* narrat *Eusebius*, (lib. 6. c. 33.) statuisse, (licet antea vulgatam fidem tenuerit,) Christum μη πρϋφεςαναι κατα την ἰδιαν ὀσιας (est natura cum hypostasi seu supposito suo) περιγραφην, προ της εἰς ἀνθρωπες ἐπιδημιας· μη δε μην θεοτητα ἰδιαν ἐχειν, ἀλλ᾽ ἐμπολιτευομενην αὐτῳ μονην την πατρικην. Eum *Origenes* in priorem viam reduxit; acta *Synodi* iam antea nominauimus; nec tamen vel ista disputatione et sanctione synodali ista ἐννοια oppressa fuit; quam *Sabellius*, in Pentapolitana prouincia Episcopus, paulo post ita commendauit, vt *Dionysii* alex. pluribus epistolis ad varios Episcopos Aegypti opus fuerit, in quibus tamen ita hanc caussam disputauit, (διδασκαλικωτερον ὑφηγεμενος, (vt ipse de se scripsit, apud *Eusebium*, VII. cap. 6. adde c. 26.) vt alii fratres, (i. e. presbyteri, episcopi) ob epistolarum ad *Euphranorem* et *Ammonium* seruorem, adierint romanum episcopum *Dionysium* (*Athanas.* opera tomo I. p. 246. edit. benedict.) Nempe ποιημα dixerat filium, vt a patre seorsim existentem describeret, cum *Sabellius*, πλατυνων patrem, doceret, eumdem patrem, quasi se ad tempus *extendentem*, et filium esse et spiritum S. Si huic breui historiae ab initio addamus *Ebionitas*, qui omnes Christum natura hominem, etsi alios virtute insita diuina superantem, statuerunt: nihil fere deerit ad huius ἐννοιας et sectae quasi διαδοχην, *filius dei* enim ab iis intelligebatur praestantissimus inter homines natos. De Noeti et Sabellii sententia satis multa et certiora collecta sunt a nobis, ad tom. 1. polemic. *Baumgarten.* *Theodotiani* et *Noetiani* μονοκολως volebant

διηγεισθαι

διηγεισθαι locum Rom. 9, 5. (Epiph. haeresi 57. *Hippolytus* contra *Noetum*,) *Theodotus* autem φυσει ἀνθρωπον ψιλον Christum statuit, (iidem,) eique igitur diuinitatem πατρωαν ἐμπολιτευομενην, sicut *Beryllus*, tribuit. Itaque inde ab *Ebionitis* cohaerent omnia vsque ad *Sabellium*, quae caussa non tam ita videtur se habere, vt ex destinato consilio ita omnes statuerint, (quid enim eorum intererat Christo dare vnam naturam, et nobiliorem adimere, si solebant etiam istam alteram reperire?); quam, vt e duplici vetustissima intelligendi consuetudine, alios auctores humanis, seu iudaicis a Christo gestis gerendisque adhuc rebus attendere solitos fuisse statuamus; alios vero, (e graecis maxime Iudaeis,) qui Palaestinae sensu tam iucundo imbuti non fuerunt, moralibus sententiis atque exercitiis operam dedisse. Hi Christi historiam sic intellexerunt, vt, quemadmodum vitia et peccata malorum daemonum instinctu atque exemplo, iam ab hominibus perpetrantur, (sicut fingi solebat, secundum LXX interpretes, historia *filiorum dei*, qui filias hominum amauerint, quorum, postquam daemones genuerant, maleficio, humanum genus varios ἐνεργειαις subiectum fuerat, vt in libro *Henochi* et aliis narrabatur,): ita beneficio νοερας, λογικης, ἀγαθης ὀυσιας, quam Christum, a deo, patre omnium, ad homines missum fuisse interpretabantur, homines omnes, quorum iam ἀυτεξουσιον restituatur, ex potestate malorum angelorum et aeterna, quae iam instat cunctis, morte erutos, ad meliorem vitae rationem transferri posse. Itaque et illam ἀπολυτρωσιν, quae per Christum contigit, plerique scriptores inde a superiori seculo, etiam *Origenes*, atque non pauci ex quarto adhuc, sic intellexerunt: quod Christus, humana illa specie indutus, sic nascendo et moriendo fefellerit diabolum, malorum spirituum principem; atque animabus iam ius ad carnem non intermorituram recipiendam reddiderit, quod baptismi caerimonia illa mystica, iam singulis conferatur, in Eucharistia autem, certo confirmetur. Atque hic denuo aliam in viam quidam secesserunt, ceteris λογικω-

 τεροι:

τεροι: vt aeternam vitam, liberali, quae menti meliori conueniat, deum et diuinam quasi διοικησιν cognoscendi et amandi exercitio aeterno, constantem, informarint; cui negotio tamen hoc corpus nostrum, spiritus impedimentum, immisceri nolebant *Gnostici* plerique; alii felicitatem, haud paulo inferiorem, per mille annos in hac terra sperabant, quae hoc corpore nostro carere nequeat. Neque vero est vero simile, *Asianos* istos, *Noetumque* et *Sabellium*, qui patrem, seu patris aliquam vim in homine Christo operantem, describebant, statuisse, Christum expiasse sua morte apud deum, hominum loco, peccata, (itaque Catholici, e *suo* sensu, hos *Patripassianos* nominarunt,) sed institutionis et doctrinae, quam Christus prodidit, auctoritatem diuinam ea ratione descripserunt. Atque sic fere patet, cur talium *Haereticorum baptisma* non valere, sed denuo repeti debere, decreuerint tam multi Episcopi et doctores, per *Asiam*, *Aegyptum*, *Africam*; tanta enim vis et virtus, quae aeternae *in carne* vitae beneficium impertiret, ab Episcopo illo tantum videbatur expectari posse, qui Apostolicae traditionis iure frueretur; itaque, si baptismus etiam a *minore clero*, (sic loquitur auctor *tractatus* de *baptismo* non *iterando*) collatus esset, Episcopus tamen adhuc manum imponebat, aut dominus (ipse Christus,) olim supplebat. Hac ratione et *excommunicationis* vis intelligitur; carebat excommunicatus eucharistiae beneficio, et tradi credebatur diabolo, extra ecclesiam. Sed huius generis opinationes locum non tam facile habuerant, si, loco *traditionis*, quae parum liberaliter laudatur, sacrorum librorum proprius et liberalis vsus, quo animus ipse ad saniora decreta conformatur, fuisset inter omnes magis vulgatus.

2. *Paulus, Samosatenus.*

Sequimur fere aliorum consuetudinem, qui nomina Haereticorum seiuncta perscribunt; licet, si caussam spectemus, *Pauli* illa haeresis ab ista *Sabelliana* parum differat; non raro etiam *Artemas* et *Paulus*, *Sabellius* et *Paulus* con-

coniunguntur a scriptoribus seculi 4. (vid. *Polemic. Baumgart.* tomo 1. pag. 255. 257. 258. Negauit λογον, filium dei, dici Christum eo sensu, vt iam ante Mariam in propria, a patre distincta, persona subsistiterit; non φυσει est filius dei, sed merito, προκοπῃ, quae est fere illa, qua vtitur *Socinus*, descriptio. Fuit in Christo, statim cum nasceretur e Spiritu Sancto, λογος τȣ θεȣ. sed λογος ille non fuit persona; quia vero Catholici semper λογον pro persona accipiebant, solent inde *Nestorii* sententiam a Paulo deriuare; quasi seiunxerit λογον personam, (seiunxit λογον seu σοφιαν, dei insitam virtutem, quae in Christo homine operabatur,) a Christo, et duplicem personam informarit. Narrat *Eusebius* lib. 7, 27 de rebus contra *Paulum* hunc, episcopum Antiochiae, gestis; Synodos plures coactas, etiam *Dionysium*, alexandrinum, inuitatum fuisse; (quia contra *Sabellium* satis fortiter egerat;) epistolam *Synodalem* ab his episcopis *Romam*, *Alexandriam*, atque in omnes ἐπαρχιας, (sic canone nicaeno sexto hoc nomen legitur, de maioribus vrbibus, quae plurium prouinciarum caput essent) missam fuisse. De hoc autem concilio *antiocheno* solent non raro scriptores prodere, nomen ὁμοȣσιος ab his patribus publice hic reiectum fuisse, quod *Paulus* eo sic vteretur, vt diceret τον λογον esse τῳ πατρι ὁμοȣσιον, συνȣσιον, non vero esse personam; siue, negauit τον τȣ θεȣ λογον, scil. esse sic intelligendum, vti intelligebant iam plures alii; ἐξορχησαμενος τὸ μυστηριον, scribunt patres illi in synodali, και ἐκπομπευων τῃ μιαρᾳ αἱρεσει τȣ Αρτεμα. Haec phrasis respicit. ad 1 Tim. 3, 16. *Filium dei*, cum aliis, (*Hippolyto* adeo) tantum intellexit, de miraculo nascendi; inusitatus hic homo, in quo deus operatur, dicitur filius dei. Verbosius de hac caussa actum est ad *Polem. Baumgarten.* partem primam. Illud addimus, etsi sunt non pauca satis obscura in ista rei gestae historia, non paucos horum Episcoporum, qui contra *Paulum* sententiam dixerunt, ex *alexandrina* fuisse schola; e. c. *Dionysius*, alex. licet ipse non venerit; *Gregorius*

et *Athenodorus*, fratres; *Firmilianus*, *Theotecnus*, caesar. palaest. *Maximus*, bostrensis; *Origenis* hi et plerique discipuli aut fautores; itaque beneficio *Origenianae* disciplinae de λογω, ὑποςατικω. contraria ista *Pauli* sententia proscripta fuit; hi episcopi per ἐπαρχιας ad alios episcopos missa synodali sua effecerunt, vt κοινωνικα γραμματα ad *Paulum* nulla amplius mitterentur; itaque illa controversia ecclesiastica ex iure ecclesiastico et consensu episcoporum fuit definita, post *Malchionis* habitam cum *Paulo* disputationem.

3. *De Manichaeis.*

Obscuram esse querimur, iure quodam, priorum seculorum christianorum historiam; obscuram praecipue esse sectarum historiam; sed longe obscurissima est vniuersa illa caussa *Manichaeorum*; licet et e vetustioribus satis multi aduersus eos scripserint, libris adeo horum hominum vsi; et recentiorum non segnia studia collata fuerint ad illustrandam hanc historiae ecclesiasticae partem. Ex his eminent *Beausobre*, qui gallico copioso commentario eruditissime fere omnia collegit et adaptauit, atque post eum *Moshemius* in *commentariis* de rebus Christianorum ante Constantinum M. diligentiae et operae non pepercit. Videtur etiam *Moshemius* sibi non parum lucis attulisse ad hanc caussam; hoc praecipue nomine, quod e *Persarum*, quos inter *Manes* aliquamdiu versatus fuit, disciplina, (e. c. de trinitate ex Persarum de *Mithra* et aethere opinionibus;) non nulla viderit admixta fuisse. Nec contemnimus doctissimi viri merita; licet fere statuamus, pleraque tantum coniecturis atque opinationibus constare. *Eusebius*, postquam de *Paulo*, *Samosatensi*, narrauerat, pergit statim lib. 7, c. 31, de *Manete*, barbaro, seu Persa; vt de tempore satis nobis constare possit, quando noua illa schola romana orbi innotuerit. Non opus est, verbosius describere, quae sunt a nobis satis copiose et fideliter collecta ad tom. I. polem. *Baumgartenianae*; hic potius breuibus eam dabimus operam,

ram, vt potiora et certiora caussae momenta distinguamus. Ipsa secta *Gnosticis* est annumeranda, quod facile patet, si quis disciplinae omnem modum diligentius apud se repetat. Abhorrent certe *Manichaei* ab eo doctrinae genere, quod veram Christi historiam in Euangeliis describi statuit; *allegoriam* et parabolam interpretantur, quae de rebus νοητοῖς atque ἠθικοῖς homines istius temporis admoneat; licere autem, vt alio narrandi genere aliorum locorum et temporum homines ad rationis vsum atque mentis perfectionem adducantur, quia alii homines Iudaeorum opinionibus, quae materiam quasi ad intelligendum praebeant, non sint adsueti. *Viuum* itaque *Euangelium*, *thesaurum*, atque alias scriptiones suis locis accommodatas ostentabant; quibus, si vel maxime et alia et plura insint, quam in ceteris Euangeliis et *Pauli* epistolis, mirandum non esse, siquidem *Paracletum* Christus ipse promiserit, cuius beneficio ad ἀλήθειαν, (loco figurarum et obscuriorum institutionum,) homines porro informandi sint. Scimus autem et *Gnosticos* ita statuisse; perfectam cognitionem, ἀλήθειαν, ab Apostolis aut non cognitam, aut certe, ob audientium ἀσθένειαν, non proditam ad alios fuisse. Imitatus etiam fuit *Manes* istam Christi scholam hac ratione, quod XII apostolos elegit (Eusebius) et 72 discipulos, (Augustini certe tempore) seu episcopos, qui ab istis 12. magistris solebant designari. Docendi autem modus, quod quidem ex fragmentis aut excerptis locis colligere licet, fuit per parabolas et satis obscurus, pro diuersitate discipulorum, et perfectiorum. Satis multa vel ex variis libri 1. Mosis capitibus desumta sunt; non pauciora quosdam sermones Christi et *Pauli* praecipue quasdam sententias imitantur; a Iudaica autem crassiori religione longissime omnia abeunt; multa tandem ita informantur, vt facile placere potuerint philosophiae, vt tum fuit, amatoribus; (de origine mali enim solebant requirere, et de superioribus sphaeris, seu orbibus beatioribus;) atque eaedem fabulae, licet obscurae et difficiles, plebem facile ista miraculorum specie falle-

 bant.

bant. *Deus* inde ab aeterno e se edidit lucidae suae substantiae partes numero infinitas, αἰωνας, spiritus; *pater* ideo dictus, in sua sancta *stirpe* perpetuus, (Augustin) *Pingunt* autem eum 12. seculis seu αἰωσι circumdatum, ternis per quatuor tractus, adiunctis innumerabilibus regni lucidi incolis, quae omnia non condiderit, sed de sua substantia generarit. *Pater* lucem incolit summam et principalem, quam *Paulus* inaccessibilem vocat; *filius* vero consistit in hac *secunda* ac *visibili luce;* qui vt *Paulus Christum* vocat, (dei virtutem et sapientiam) vt virtus in *Sole*, vt sapientia, in *Luna* agit. *Spiritus* Sancti, qui est maiestas *tertia*, (inferioris) *aëris* hunc omnem ambitum dicebant sedem esse. Nempe, vt *Gnostici* olim ad *superioris* inuisibilis mundi exemplum hunc inferiorem factum esse dicebant; ita et hi *Elementa bona* distinguunt a minus bonis et impuris. Sed iam satis est ad gustum; operae enim non est pretium studiosius ista excutere, quae vel ista difficilium nugarum specie nos fallere non debent. Describitur enim φυσιολογια aut μυθολογια quaedam, atque origo hominis, cuius anima, pars dei, ὀσια κατεχομενη, captiua retinetur in corpore, Christi autem, qui lumen mundi, seu hominum dicitur, beneficio in regionem lucis transferuntur homines, si eius cognitione imbuti abstinent a voluptatibus, quibus λογισμοι corrumpuntur. Auctor librorum Mosis est Αρχων του σκοτους, (et hoc est ex falso intellectis locis *Pauli;*) finis mundi huius, per ignem, credebatur die dominico instare; festos alios dies in Christi honorem nullos agebant; Βημα, memoriae *Manetis* occisi; vino ad sacram coenam non vtebantur; nec baptismo aquae multum tribuebant, (animae enim per se immortales, pars dei; alia sperabant, qui ex materia animam deriuabant;) multa alia narrantur, istis adhuc et obscuriora et incertiora. Satis suspecta sunt acta disputationis, quam *Archelaum* cum Manete volunt habuisse; *Titus*, bostrensis episc. ceteris haud paulo melius scripsit; *Augustinus* autem describit *Manichaeos* in *Africa* et sub occidente sole, quos facile credimus nouis aliis opinio-

opinionibus diuisos fuisse a primis; Alios etiam minus ab astutia et maligna sedulitate abfuisse; alios fanatico ingenio abreptos satis seueram aduersus corpus exercuisse disciplinam. Non defuit, vt ceteris haeresibus, ita et huic multiplici sectae longa successio; secuta autem per tempora malorum hominum prauis consiliis inseruire solebat accusatio Manichaeismi; vt, si ex seriorum scriptorum et ministrorum sacrorum nequitia et malignitate statuendum sit de antiquioribus Manichaeis, haud dubie credendum sit: bonae mentis et sanctae vitae homines non paucos exstitisse, qui, quoniam alieni essent a ceterorum minus christiana vita et parum sancta consuetudine, atque apud se ipsi statuerent de salubri cognitione Christi, negligentes communium institutorum aut superstitionum, iusto atrocius et intemperantius diiudicari solebant. Sed pauca adhuc historiae caussa addenda videntur. *Hermogenes* quidam iam seculo secundo συναγεννητον την ὑλην (de qua tam multa Manichaei) statuit, e qua deus omnia (visibilia) fecerit; *corpus* Christi statuit *in sole* repositum fuisse; diabolum autem et daemonas in ὑλην refundendos; non pauca etiam conueniunt e *Borborianorum* (Νaασινων, ςρατιωτικων, Φημιονιτων nomina addit Theodoretus) et *Sethianorum* seu Ophitarum repertis, cum Manichaeorum quibusdam simulacris, de Origine mali; vt dubitari nequeat, *Gnosticorum* propaginem etiam ad *Persas* vsque et extra romanum imperium fuisse diffusam, cum praesertim isti *hebraicis* seu chaldaicis, Syriacis, multis nominibas, miraculi caussa, solerent vti. Idem *Theodoretus* libro 1. de περαταις narrat, eos triplicem statuisse mundum, αγεννητον, αυτογεννητον et hunc nostrum, ἰδικον, periturum; in hunc descendisse Christum, vt rursus in superiorem mundum submitteret, τα ανωθεν κατενηνεγμενα. *Bardesanes*, Syrus, syriaca in lingua multa scripsit, ita, vt multa breuius informarit ex μυθολογια *Valentini*. Hic, quomodo dubitare liceat, num *Manes* ex istis quasi praeceptoribus, qui sub orientem solem fere omnia impleuerant, sua hauserit?

F 5 Illud

Illud autem non negligendum videtur: cur eius generis commenta et studia inter haereses christianas veteres soleant referre, quae tamen ad philosophiam et varias de *rerum natura*, περι Φυσεως τȣ παντος, opiniones potius pertinebant? Harum sectarum auctores haud dubie alicubi antea in christiana quadam societate vixerunt; qui etiam *christianam* philosophiam sibi videbantur multo melius, quam imperitiores alii id faciant, tradidisse; atque hi fere omnes homines dicebant σωθηναι, liberari a potestate ὑλικη et δαιμονικη, in quibus scilicet θειας ȣσιας illa pars tandem se ipsa emergat; catholici vero *ipsam carnem*, diuina illa vi Christi, λογȣ ἐνσαρκȣ, *immortalem* fore sperabant, felicitatis aeternae instrumentum.

4. *De aliis minoribus sectis.*

Quemadmodum *Arabis* cuiusdam hominis, *Monoïmi* οικιαν αἱρεσιν narrat lib. 1. Theodoretus, fabul. haeretic. cuius occasionem iste desumserit ἐκ της ἀριθμητικης ἐπιστημης: ita *Arabicorum*, vel *Arabum* διαστασιν *Eusebius* describit lib. 6, c. 37, qui statuerint, humanam animam cum corporis morte συναποθνησκειν, resurrectionis autem tempore cum corpore rursus ἀναβιωσασθαι. Eius rei caussa non parum conuocatam fuisse *Synodum*, cui *Origenes* etiam, rogatus, interfuerit: eiusque ministerio ab errore reuocatos fuisse eos, qui ei fauerint. *Epiphanius* autem Haeresi LXIV, seu *Origenianorum*, studiose corporum ἀναστασιν defendit contra *Origenem*; is igitur animae durationem hic defenderit, vt corpori superstes sit. Post *Manis* istam barbaricam, vt nominat, θηριοβολιαν, *Epiphanius Hieracem* quemdam, in Aegypto exstitisse narrat, Haeresi LXVII, Graecorum Aegyptiorumque omnibus disciplinis eruditum, atque lingua pollentem. Ἐξηγησεις eius laudat *Epiphanius* in vtrumque testamentum; itaque e presbyterorum ordine fuisse videtur. Carnem negauit ἀνιστασθαι, (cum *Origene*;) *spiritualem* autem ἀναστασιν docuit; vitae tali genere vsus est, vt *ascetas* Aegyptios plurimos in suas partes

tes traxerit; nuptias fuisse V. T. quid enim *noui* attulisse τον μονογενη, nisi ἐγκρατειαν. Sibi Christum ἀιαλεξασθαι ἁγνειαν και ἐγκρατειαν. (in ciborum delectu,) sine isto non contingere το ζην. Suum in gregem neminem admisit, nisi esset aut virgo, aut monachus, aut continens, aut vidua. (Itaque in vitae seueritate et perfectione posuit Christi, qui exemplum praeiuerit, doctrinam.) Spiritum sanctum, qui Rom 8, 26, dicitur perpetuo ὑπερεντυγχανειν pro nobis, sacerdotis more, Melchisedecum istum esse putat, qui dicitur esse sacerdos in perpetuum. Extrema in senectute dicitur scripsisse multa, ἐξηγησαμενος, in *graeca* et *aegyptiaca* lingua, etiam ἐξαημερε8 μυθ8ς atque κομπωδεις ἀλληγοριας, vt quidem indicat *Epiphanius*, *Psalmos* etiam multos recentiores; nonagenarium dicunt libros adhuc descripsisse, *calligraphum*. Paruulos, qui moriantur προ γνωσεως, a regno (praemiis *laborum*) exclusit. Discipulis eius tribuit *Epiphanius* συνεισακτ8ς γυναικας, nempe, quia a matrimonio abstinuerunt, et muliebri ministerio tamen carere non poterant. Igitur moralibus exercitiis summam ad beatitatem vim inesse statuit, atque ab aliorum exilioribus opinionibus, studiis et caerimoniis, multum abfuit. Vix autem est dubitandum, alios multos similem disciplinam, quae ad animorum emendationem maxime spectabat, secutos fuisse; vt iam *Gnosticos*, qui γνωσιν amabant, *Encratitas*, *Montanistasque* non repetamus, qui omnes Christi et doctrinam et exemplum ad mentis ipsam perfectionem translatum ibant; *Nouatiana* illa omnis caussa ad hunc eundem locum pertinet. *Catholicorum* longe amplior pars decretorum non vno genere ab istis aliis familiis seiungebatur, quibus ipsa religionis indoles non parum mutabatur; atque imperitiores fere, aut ii certe, qui a philosophiae, θεραπευτικης, studio alieni erant, *fidem* praecipue in historia eius prouinciae, quae a Christo partim gesta, partim gerenda adhuc sit, amplectenda, solebant ponere; atque ad eam rem caerimonias suas informare sacras. Isti alii πιςιν ipso doctrinae et disci-

diſciplinae Chriſtianae ſtrenuo exercitio, praeſenti atque continuo, metiebantur. Hi baptismum et euchariſtiam λογικως adhibebant; iſti vim caerimoniae ineſſe phyſicam ſtatuebant, qua ad beatitatem, (quae extra hominem quaſi exſiſtat, et ſenſu iucundiſſimo percipi poſſit,) homo non transferri nequeat. Atque ſecuta etiam per ſecula varias iſtas chriſtianorum voluntates ita perſpicimus, vt fuerit iſta conſiliorum diuerſitas perpetua quaſi litium et controuerſiarum origo.

Tabula ſeculi tertii.

Vrbis cond.	Chriſti.	
955	202	*Symmachi* graeca translatio V. T. a chronico alexandrino huius anni conſulibus deſignatur. *Seueri* hic *decimus* fuit annus, quo *Euſebius* dicit perſecutionem maxime flagraſſe; lib. 6. c. 1. 2. *Spartianus* in *Seuero*, cap. 17. *Origenis*, (qui iam XVII aetatis annum egit,) pater *Leonidas* martyrium ſubit *Alexandriae.*
957	204	Ludi ſeculares a Seuero *octaui* inſtituti; quorum deſcriptio apud *Zoſimum* lib 2. eius eſt generis, vt, cum *Philippus* imperator nonos exhibuerit, chriſtianus idem eſſe non potuerit.
960	207	*Tertullianus* ſcripſit contra *Marcionem;* durauit adhuc *Seueriana* vexatio, (Tertull. lib. 1.)
964	211	*Seueri* imperatoris obitus. *Caracallae* anno 14, *Getae*, 4.
Anno Incer	to.	*Origenes* Romam venit, viuo adhuc *Zephyrino*; Euſeb. 6, c. 14; cap. 18. autem *Ambroſium*, qui *Valentinianus* fuerat, narrat *Origeni* adhaeſiſſe. *Origenes* interea ſub *Antonino*, Seueri, reperit *alias graecas* translationes V. T. Euſeb. lib. 6, c. 16.
969	216	*Caracalla* a *Macrino* interemtus.
970	217	*Zephyrini*, rom. epiſc. obitus; cui ſucceſſit *Caliſtus.* Caracallae, *Macrinus*, octaua Aprilis, anni 217. praefectus Praetorio.
971	218	*Heliogabalus*; cuius ſatellites *Macrinum* interfecerant, menſe Martio imperator.

Legatio

Vrbis cond.	Chriſti.	
974	221	Legatio *Iulii Africani*, quam *Nicopoleos* palaeſtinae, ſeu Emmauntis, inſtauratio ſecuta.
975	222	*Alexandri* Seueri (Heliogabalus conſobrinum hunc ſuum anno ſuperiori Caeſarem renuntiauerat) imperatoris, interfecto Heliogabalo, annus primus. *Vrbanus*, rom. epiſcopus, ſucceſſit Caliiſto. Ab hoc anno incipit Canon *Hippolyti* Paſchalis.
979	226	*Artaxerxes*, Perſa, *Parthorum* Rege, *Artabano*, victo, Perſarum ſuſcepit imperium. *Dio*, lib. 80. *Agathias* lib. 4. c. 11.
981	228	Initium belli, Perſas inter et Romanos. *Herodian.* lib. 6, c. 2.
982	229	Hic finit *Dionis* hiſtoria. *Origenes* a *Mammaea*, quae filium contra Perſas proficiſcentem in Orientem ſecuta fuit, *Antiochiam* euocatur, viuo adhuc epiſcopo Antiochiae *Phileto*, Euſeb. lib. 6, c. 21.
983	230	Alexandri triumphus in decennalibus auguſteis; *Lampridius* c. 56. (per te victoriam de *Germanis* ſperamus; Germanicae pars fuit *Illyricum*, ſ. Noricum.
		Pontianus, epiſc. Romanus.
- -	- -	Hoc anno 230. *Demetrius* alex. mortuus; atque ſub idem fere tempus *Ammonium*, alex. putant mortuum fuiſſe; cuius eximiam diligentiam in emendanda philoſophia *Platonica* atque *Ariſtotelica*, collaudat *Hierocles* περὶ προνοίας, cuius operis liber 6. 7. *Origenem* etiam *Ammonii* diſcipulum laudat.
987	234	*Alexander*, Antiochia Romam, atque inde ad *Rhenum* contra Germanos profectus eſt.
988	235	*Anterus*, rom. epiſc. poſt *Pontianum*, qui in *Sardiniam* relegatus dicitur.
		Maximinus, Alexandro occiſo, imperator; ſub quo vexationem in Chriſtianos (per *Cappadociam*, Firmiliani epiſtola ad Cyprianum, et alias prouincias quaſdam,) fere triennium duraſſe vult *Pagius* *Origenis* adhortatio ad Martyrium, quam *Ambroſio* et *Protocteto*, caeſarienſi presbytero, dicauit.

Fabia-

Vrbis cond.	Christi.	
989	236	*Fabianus*, rom. episcop.
990	237	*Gordianus*, pater et filius, in Africa imperatores dicti; iis paulo post occisis surrogati *Pupienus*, *Balbinus* et *Gordianus*, senioris ex filia nepos.
991	238	Hoc anno librum de die natali scripsit *Censorinus*, qui capite 21. celebriores Epochas in vnum collegit. *Maximinus* imper. occisus; *Pupienus* et *Balbinus* ante annum imperii secundum interfecti; *Gordianus* III. ex Caesare imperator. *Herodian.* lib 8, 8.
997	244	Gordiano occiso *Philippus* arabs solus imperator; quem Antiochiae a *Babyla* episcopo inter poenitentes collocatum scribit *Eusebius*, lib. 6, c. 27. Eum *Hieronymus* et quidam alii sequuntur. *Constantinum* tamen *primum* in christianis *martyriis* (i. e. publice) renatum fuisse, *Eusebius* narrat, libro 4, de vita Constantini M. c. 62, *Dionysius* alex. similiter, apud Euseb. hist ecclef. 7, c. 10, loquitur de aliis *etiam christianis imperatoribus*, quos initio longe christiana mente anteiuerit *Valerianus*; quem locum *Pagius* hic non obseruauit. *Origenis* epistolam ad Philippum et coniugem *Seueram* recenset *Eusebius* lib. 6, 36. (nisi sit haec illa epistola, quae inter *Hippolyti* recensetur, προς Σεβηρειναν, seu Σεβηριναν. Scimus librum περι τȣ παντος etiam vtrique inscriptum fuisse.).
999	246	*Origenes* scribit libros contra Celsum sub istud tempus. *Euseb.* lib. 6, 36. (sexagenario maior; natus autem fuit *Origenes* anno Christi 185.)
		Cyprianus baptizatur; scribit libellum ad Donatum.
1000	247	*Heraclae* alexandr. episc. obitus. Successit *Demetrius*.
		Philippus, iunior, Augustus renuntiatur. Ludi seculares *noni* et vltimi.
		Ante *Decianam* vexationem *Eusebius* recitat ex *Origenis* Homilia in Psalmum 82, de *Helcesaita* quodam, qui aduenerit; ea secta, quas opiniones prae se ferat, ibi breuiter exposuit.

Hoc

Vrbis cond.	Chriſti.	
1001	248	Hoc aut ſequenti anno *Cyprianus* epiſcopus fit Carthagin. videtur et ſcripſiſſe *de vanitate idolorum*; et *de habitu virginum*. Vexatio Alexandrinorum chriſtianorum, ex motu populari; quam integro anno ante *Decii* edictum accidiſſe, ſcribit *Dionyſius* alex. in epiſtola ad *Fabium* antioch. ep. *Euſebius* lib. 6, c. 41.
		Iotapianus per orientales prouincias; *Marinus* a legionibus *Myſorum* et *Pannoniorum* ſub initium ſequentis anni ad imperium prouectus. Sublato Marino *Decius* ad iſtas legiones caſtigandas a *Philippo* miſſus, ab exercitu renunciatur imperator;
1002	249	*Decius*, (Philippo ſeniore Veronae occiſo, iuniore autem Romae:) ſub Iulium menſem fit *Auguſtus*. *Philippi* ſatis mites fuerant in chriſtianos.
1003	250	*Deciana* vexatio quae iam 249 incepit; Romae *Fabianus* martyrio obiit. *Moſes*, presbyter, ſequenti anno in carcere mortuus. *Carthagine*, magiſtratuum auaritia, vt videtur, haud paulo remiſſius chriſtiani conquiſiti; ſeceſſit *Cyprianus*, atque ſubinde litteras clero ſuo miſit. Alii *extorres* facti, ſeu exules. *Cleri* Romani litterae ad Cyprianum, per *Nouatianum* ſcriptae; etiam a confeſſoribus romanis. *Nouatus*, presbyter, inſcio epiſcopo, *Feliciſſimum* diaconum ſua factione conſtituit; eum igitur *Cyprianus* excommunicari iubet.
1004	251	*Cornelius* rom. epiſc. poſt aliquod a *Fabiani* morte interuallum. *Nouatus* Romam venit, et *Nouatianum* alioſque confeſſores in ſchisma trahit; *Nouatianus* Cornelio epiſcopus oppoſitus. Primum concilium ſub *Cypriano*; de *lapſis* et de factione *Feliciſſimi*. Concilium *Romanum* contra *Nouatianum*. *Decius* cum filio, contra *Gothos* profectus, in *Moeſia* periit. Plures imperium arripuerant, breuis temporis; *Lucius Priſcus*, in Macedonia; *Iulius Valens*, in Illyrico; M. Ant. *Perpenna Licinianus*, (in Gallia;)

Gallus;

Vrbis cond.	Chriſti.	
1005	252	*Gallus; Voluſianus, Hoſtilianus*, imperatores. *Cyprianus* libellos *de vnitate*, et *lapſis*, Romam mittit. *Fabius*, Antioch. epiſc. cum aliis ſedi ſuae ſubiectis epiſcopis, concilium contra *Nouatianum* meditatus, moritur; concilium, a *Demetriano*, ſucceſſore, habitum, narrat libellus *Synodalis*. Menſe maio concilium *ſecundum* Carthag. epiſtola *ſynodica* Romam miſſa, epiſt. 57. ſeu Pamelii 54. *Fortunati*, pſeudoepiſcopi factio Carthagine Romam legationem mittit. *Cornelius* in exilium miſſus *Centumcellas*. *Lucius* in eius locum ordinatus; breui poſt etiam extorris et rurſus ad ſedem redux. De hac *Romae* vexatione, (et peſte, quae pluribus fuit annis) *Dionyſius* alex. apud Euſeb. lib. 7. c. 1. *Lucius* moritur. *Stephanus* fit rom. epiſc. *Aemilianus*, Gallo et Voluſiano occiſis, tres menſes imperat.
1006	253	*Valerianus*, et ob hoſtium multitudinem, filius, *Gallienus*, imperatores.
		Origenes moritur aetatis anno LXX.
1008	255	Controuerſia de baptiſmo haereticorum, in Africa; *ſynodalis* quaedam epiſtola inter Cyprianicas LXX. De eadem cauſſa *iconienſe* concilium habitum fuerat, iam ante annum 253. (*Firmiliani* epiſtola ad Cyprianum, LXXV.) Etiam aliud *Synnadenſe*, (*Dionyſius* alex. epiſtola ad *Philemonem*, rom. presbyterum; *Euſeb.* lib 7, c. 7.)
1009	256	*Synodus* Cypriani *ſecunda*, in cauſſa *baptiſmi*; forte et liber, *de bono patientiae* ſub hoc tempus ſcriptus. *Stephani* intemperantior ſententia ad orientales ſcripta; a communione cum illis ſe diſceſſurum minatus. (*Dionyſii* plures epiſtolae apud *Euſebium*, lib 7.)
		Synodus tertia; (reſpondit *Firmilianus*, epiſt. LXXV.) ob *Stephani* decretum. Nempe *Stephanus* ceteris haud paulo prudentior a ſententia ſubfanatica diſceſſit.
1010	257	Quinquennalia *Valeriani* et *Gallieni*; *Macrinus*, a Magis aegyptiis imperii capeſſendi ſpe impulit *Valerianum*, ad *Chriſtianos* vexandos.

Stephanus

Vrbis cond.	Chriſti.	
		Stephanus epiſcopus martyr. *Sixtus* I. ei ſucceſſit. *Dionyſius*, alex. a praefecto *Aemiliano* in exilium miſſus, varias epiſtolas ſcribit. (Euſeb. 7, c. 10.) *Cyprianus* etiam expulſus.
1011	258	*Sixtus* martyr, *Laurentius*, diac. et *Quartus*; bona fiſco addicta; *ſenatores* et *equites* romani; dignitatem et bona amittebant; *Cypriani* epiſtola ad *Succeſſum*.
1012	259	*Dionyſius* epiſcopus Rom. *Valerianus*, ſenior, a Perſis captus; *Aureolus* in *Illyrico* imperium arripuit; *Macrianus* cum filiis *Gallieno* additus; poſtquam *Valens*, in *Achaia*, et *Piſo*, in Theſſalia, occiſi fuerant.
1013	260	*Poſtumus* in Gallia purpuram ſumit. *Paulus*, Samoſatenus, fit epiſcopus *Antiochenus*.
1014	261	*Gallienus* pacem chriſtianis iam antea conceſſam, etiam Aegyptiis reddit; reſcriptum ad Dionyſium, apud *Euſeb.* lib. 7, c. 13. *Macrianus* et filii eius duo interemti. *Aemilianus* in Aegypto vſurpat imperium.
1015	262	*Alexandriae* ſeditio ideo orta. *Dionyſius*, qui redierat ſub finem anni 261, narrat apud *Euſeb.* lib. 7, c. 21.
		Porphyrius, platonicus, e Graecia *Romam* venit, cum Antonio Rhodio, ſub decennalia Gallieni; ibi *Amelius* iam 18 annos *Plotini* familiaris, fuerat.
1017	264	*Odenatus*, per orientem imperium obtinet.
1018	265	*Dionyſius* alex. moritur, anno *Gallieni* 12.; durante Synodo *Antiochena* contra *Paulum*; ei ſucceſſit *Maximus*. (Euſeb. lib. 7. c. 28.) Paulo poſt et *Gregorius*, neocaeſar. ponticus, ſeu thaumaturgus, mortuus videtur.
1020	267	*Zenobia*, poſt Odenatum, imperat.
1021	268	*Claudius* imperator, ſublato Gallieno; *Poſtumus* interea in Galliis imperabat, anno 269 occiſus cum filio, in *Lolliani* rebellione; poſt *Lollianum Marius*; eo interemto *Victorinus*; poſt hunc *Tetricus* in Gallia; &c. *Triginta Tyrannos* ſolent numerare.

Vrbis cond.	Chriſti.	
1022	269	*Claudius* Gothos vincit, qui per 15 annos *Illyricum* et *Macedoniam* vaſtauerant. *Synodus antiochena* poſtrema; eius decretis *Aurelianus* demum addidit vim et auctoritatem. *Euſeb.* 7, 29. *Dionyſio* rom. epiſc. mortuo, ſuccedit *Felix.*
1023	270	*Aurelianus* imper. *Plotinus* philoſophus moritur, cui diuinos honores ſectatores tribuerunt.
1025	272	*Zenobia* victa ab Aureliano; cuius decreta in Chriſtianos vexatio ſucceſſu fere caruit, quia ipſe non diu ſuperuixit.
1027	274	Triumphus *Aureliani*, de Zenobia et filio eius *Vaballatho*; et *Tetrico* Sub finem anni moritur *Felix*; atque *Ianuario* menſe anni 275 ſuccedit *Eutychianus*, Romae epiſc.
1028	275	Occiditur *Aurelianus* menſe *Martio*; poſt ſex menſes *Tacitus* creatur imperator; is *Gothorum* ſeu Scytharum victoriam adeptus, obiit.
1029	276	*Probus* per Orientem, *Florianus* per occidentem tribus fere menſibus ſimul imperant; tum mortuus eſt *Florianus* in Cilicia.
1030	277	Origo *Manichaeorum*, ex iis temporum characteribus, quos prodit Euſebii *Chronicon.* Sub *Probum* alii etiam ſcriptores ponunt. Nempe ex Perſarum finibus iam diſcipuli *Manetis* per romanum orbem diſperſi.
1035	282	*Carus* imperator; occiſo a militibus *Probo.* Filios, Caeſares fecit *Carus*; *Carinum* in Gallias miſit; *Numerianum* in perſicum bellum ſecum ſumſit. *Maximo*, alex. ſuccedit *Theonas.*
1036	283	*Cyrillus*, antioch. ep. poſt *Timaeum* anno 281 mortuum; ſub Cyrillo eruditiſſimus presbyter *Dorotheus*, Euſeb. hiſt. eccl. 7. c. 32.

Caius,

Vrbis cond.	Chriſti.	
1037	283	*Caius*, ep. rom. poſt. *Eutychiani* obitum.
1038	284	*Numeriano* occiſo menſe ſeptembri *Diocletianus Chalcedone* imperator renuntiatur. Chronic. *alexandr*. Fuerat et *Carus* mortuus. *Aera Diocletiani*, *Aera Martyrum*, a die 29 Auguſti incipit. In occidente *Carinus* imperat; ei *Maximianum Herculium* 20 Nouembris oppoſuit *Diocletianus* Caeſarem. *Chriſtiani* ſatis pacata omnia habuerunt; etiam prouincias regebant; in palatiis verſabantur. Euſeb. lib. 8, c. 1.
1039	286	*Carauſius* in Britannia imperium vſurpat.
1045	292	*Conſtantius Chlorus*, Conſtant. M. pater, et *Galerius* Maximianus, caeſares creati.
1049	266	*Marcellinus* ep. romanus *Caio* ſuccedit.
1051	298	Vexatio chriſtianorum illorum, qui inter milites erant, incipit. *Proſperi Chronicon.*
1053	300	*Theonae* alex. ſucceſſit *Petrus*, *tribus fere annis* ante *Decianam* Vexationem; Euſeb. 7, cap. vltimo.

SECVLI QVARTI.

CAPITA SELECTA.

CAP. I.

De ſtatu ſocietatum chriſtianarum externo.

Plurima et notatu digniſſima ſuppetunt momenta, e quibus, ſi paulo diligentius coniungantur, huius ſeculi hiſtoriam longe copioſiſſimam facile conſcribere liceret. Atque hic primum omnium haud ſcio an ſatis recte fiat, quod plerique ſcriptores ſolent ab hoc ſeculo chriſtianae religionis quaſi felicitatem praecipuam repetere; quia per chriſtianos imperatores publicis iam iuribus atque auguſtis multis decretis exornari contigerit chriſtianam ſocietatem. Non ſumus adeo difficiles, aut moleſte ſanctuli, vt fere pati non poſſimus res chriſtianorum externas pacatas tandem et tranquillas, poſt ſatis multas atque acerbas vexationes et calamitates; nec religionis perfectionem ſupra humanum modum vltro informare ſolemus. Sed negare atque infitiari non audemus, longe plus corruptionis et detrimenti proueniſſe ad ingenuam religionis liberalis indolem, quam fauſti luminis atque adiumenti. In noſtra autem iſta breuitate ita commode videmur poſſe diuidere huius capitis multas quaſi copias. *Primum* de imperatorum Romanorum variis in chriſtianas ſocietates voluntatibus breuiter agemus; alii ei conſilio dederunt operam, vt, ſi fieri poſſet, chriſtiana religio per romanum imperium exſtingueretur; alii ſatis clementes exſtiterunt fautores; *iſtorum* igitur funeſta decreta recenſebimus, quorum auctoritate chriſtiani publicis multis calamitatibus oppreſſi fuerunt; *horum* autem

mites

mites leges et munificentiam in chriſtianos obſeruabimus; tandem et *Philoſophorum* quorumdam conatus aduerſus nouam religionem repetemus.

Non defuerunt igitur iam ex ſuperiori ſeculo quaedam ſatis clara teſtimonia initorum conſiliorum, quibus etiam imperatores in hanc cauſſam vſi ſunt. Ipſam religionem, quae ingenua ſua indole mentem humanam liberaliter afficit, et eximiis decoribus auget, ſapientes rerum domini nec odio inſano proſecuti ſunt, nec ex imperio romano exulare iuſſerunt; cum priuatorum ſacrorum libertatem vix adimere potuerint, etſi maxime quidam iniquiores domini voluerint. Sed effecit partim nouarum rerum ingens metus, partim non paucorum, qui praeeſſe chriſtianae ſocietati videbantur, ſiue ſuperſtitio, ſiue impotentior improbiorque vitae conſuetudo: vt facile locum et veniam Imperatorum publicam inuenerint ſacerdotum, magiſtratuumque illa ſtudia, quibus chriſtianae ſocietatis propagatio cum ciuitatis et rei publicae damno aut exitio adeo coniuncta eſſe, non ſine calumnia fingebatur. Videmur autem inuidiae atque vituperii omnem occaſionem hac ratione optime ipſi effugere, ſi de hac cauſſa *Euſebium* afferamus teſtem et domeſticum et locupletem. Is igitur lib. 8. cap. 1. huius argumenti praefationem quaſi praemiſit deſcriptioni iſti, quam de vexatione ſub *Diocletiano* ſtatim adiungit. 1) Negat ſe ſatis digne poſſe deſcribere, ὅσης καὶ ὁποίας δόξης ὁμȣ καὶ παῤῥησίας apud omnes homines, *Hellenasque* et *Barbaros*, ἠξίωτο ὁ διὰ Χριςȣ τῷ βίῳ (non verborum difficili pompa, ſed ipſo vitae exemplo) κατηγγελμένος λόγος, τῆς εἰς τὸν θεὸν τῶν ὅλων εὐσεβείας. 2) Eius autem rei iſta clara documenta ab Euſebio ipſo referuntur: Imperatorum δεξιώσεις in noſtros; quibus vel τῶν ἐθνῶν τὰς ἡγεμονίας ἐνεχείριζον, adeo, vt eis veniam dederint non procuratorum ſacrificiorum; (*Dorotheus*, ab imperatore inter domeſticos adſumtus et baphii apud *Tyrum* procurator conſtitutus fuerat, Euſeb. lib. 7, 32). 3) Quid opus eſt, pergit, dicere περὶ τῶν κατὰ τȣ̀ς βασιλικȣ̀ς

 οἴκȣς,

οἰκες, et de ſummis magiſtratibus, των ἐπι πασιν ἀρχοντων; qui domeſticis ſuis, ſuo in conſpectu, indulgebant, vt in iis, quae ad deum pertinebant, λογῳ τε και βιῳ libertate multa vterentur? atque tantum non etiam ſuas vxores, liberos et ſeruos gloriari ſinebant ἐπι τῃ παρρησιᾳ της πιϛεως. Liceat paululum interpellare quaſi *Euſebium;* ſcripſerat idem lib. 7, c. 10. de *Valeriano* imperatore, eum fuiſſe initio mitem atque amicum in Chriſtianos, ἐδε γαρ ἀλλος τις ἐτω των προ ἀυτε Βασιλεων, ἐυμενως και δεξιως (ibi δεξιωσεις dixerat,) προς ἀυτες διετεθη· ἐδ' ὁι λεχθεντες ἀναφανδον Χριϛιανοι γεγενεναι, ὡς ἐκεινος — και πας ὁ οἰκος ἀυτε θεοσεβων πεπληρωτω, και ἠν ἐκκλησια θεε. Poſtea de *Gallieno* c. 13 narrat, eum clementiſſime Chriſtianis pacem reddidiſſe, et praecepiſſe, ὁπως ἀπο των τοπων των θρησκευομενων ἀποχωρησωσι ſcil. gentiles, qui iſta loca antea occuparant — ὡϛε, (ad Epiſcopos Aegypti ſcripſit,) μηδενα ὑμιν ἐνοχλειν. Cap. 18 autem: ἱϛορησαμεν και των Αποϛολων τας εἰκονας, Παυλε και Πετρε, atque etiam ipſius Chriſti, δια χρωματων ἐν γραφαις σωζομενας, ex priſca conſuetudine, hac ratione honorandi eos οἱα σωτηρας, a quibus beneficio quodam affecti eſſent. *Aurelianus*, imperator, c. 30, ſententiam ipſe tulit contra *Paulum*, vt in *domicilium* epiſcopi publicum immitteretur ille, qui ſtatorum τε δογματος *Italicorum* et *Romani* ep. frueretur ſocietate. Iam pergat *Euſebius* lib. 8, c. 1. Αρχοντας eccleſiarum παρα πασιν ἐπιτροποις και ἡγεμοσιν ἀποδοχης και θεραπειας και δεξιωσεως videre licebat ἀξιεμενες. Quis deſcribat μυριανδρες ἐκεινας ἐπισυναγωγας, και τα πληθη των κατα πασαν πολιν ἀθροισματων; τας δε ἐπισημες συνδρομας ἐν ταις προσευκτηριοις, (loci ſacri, ſpatio minores,) priſcis autem aedificiis non contenti, ἐυρειας εἰς πλατος ἀνα πασας τας πολεις ἐκ θεμελιων ἀνιϛων ἐκκλησιας, publica maiora aedificia. His deſcriptionibus profecto ius fas eſt nos fidem habere, atque chriſtianorum, (catholicorum) eximiam, qua vſi ſunt, libertatem ſtudio-

ſius

ſius animo repetere; praeſertim cum *Lactantius* de morte Perſecutorum ſcribat, *Diocletiani* vxorem *Priſcam*, eiusque filiam *Valeriam*, coniugem *Galerii Maximini*, Chriſtianae religioni addictas fuiſſe. Sed audiamus etiam *Euſebium*, de cauſis tam eximiae rerum conuerſionis, quam inde a capite 2 deſcribit. Επι χαυνοτητα και νωθειαν τα καθ' ἡμας μετηλλαττετο, ἀλλων ἀλλοις διαφθονȣμενων, και διαλοιδορȣμενων, και μονον ȣχι ἡμων αυτων ἑαυτοις προσπολεμȣντων, ὁπλοις και δορασι τοις δια λογων. ἀρχοντων ἀρχȣσι προσρηγνυντων, και λαων (plebs, laici) ἐπι λαȣς καταστασιαζοντων, της τε ὑποκρισεως ἀφατȣ και της εἰρωνειας ἐπι πλειστον ὁσον κακιας προϊȣσης - - orſa eſt vexatio primum a fratribus, qui erant ἐν στρατειαις. Cum leuior haec dei animaduerſio ad noſtros fructu careret, cum, tamquam ἀθεοι, res humanas ſine prouidentia ferri putaremus, cum ποιμενες, τον της θεοσεβειας θεσμον παρωσαμενοι ταις προς ἀλληλȣς ἀνεφλεγοντο φιλονεικιαις, atque nihil aliud, quam ἐριδας, ἀπειλας, ζηλον, και το προσ ἀλληλȣς ἐχθος τε και μισος amplificarent, οἱα δη τυραννιδας τας φιλαρχιας ἐκθυμως διεκδικȣντες: tunc accidit illud, Threnor. 2. Pſalm. 88. 78 &c. Haec narratio non parum differt ab ea, quam *Lactantius* de mortibus Perſecutorum cap. XI adfert, *Galerii* matrem, *Romulam* ſuperſtitioſam, quod Chriſtiani non intereſſent ſacrificiis epulisque, odio in hos exarſiſſe, inſtigaſſe filium; ſicut et *Hierocles Diocletianum* &c. Haud paulo grauius ſententiam dixit *Euſebius*, qui et c. 2 repetit, ſe non referre τας διαστασεις και ἀτοπιας, quibus ante vexationem inter ſe certarint Chriſtiani, (nempe Epiſcopi et ſtatores ſocietatis.) Sed quis igitur iſtam hiſtoriae partem quaſi inſtaurare queat, quam *Euſebius* ſatis ipſe cognouerat, et, ne turpitudinis publicae memoria litterarum monumentis ad poſteros proderetur, cuncta ſilentio inuoluit? Eccleſiaſticarum certe rerum nihil narratur ab *Euſebio*, praeter Manichaeismum, lib. 7, c. 31, (is fere in annum 277 incidit;)

 et

et *Pauli*, Samoſateni, cauſſam cap. 27 ſeqq. (anno 265.) Neutra cauſſa cum turpitudine ad catholicos coniuncta fuit; collaudauit etiam eorum ſtudia ipſe *Euſebius*. Sed *triginta* per annos poſteriores cur omnia ſilentio inuoluit? Et quo tandem fato accidit, vt e ſcriptis horum temporum vsque ad *Conſtantinum* ſuperſit fere nihil, nec de hiſtoria Chriſtianorum, ſi a vexatione illa publica diſcedamus, inaudiamus, per ſat longum temporis ſpatium, quicquam? Sed hiſtoriae iſti breuem dabimus operam. Imperialia edicta vbique diſperſa; vt eccleſiae funditus diruerentur, vt γραφαι igne abſumerentur; vt in honore conſtituti, illo privarentur, illi autem ἐν οἰκετιαις, (actores *Valeſius* non male intelligit,) ſi maneant in propoſito, libertatem amittant; nouis poſtea legibus, omnes omnium locorum antiſtites ſacri primum in vincula coniiciendi, deinde vero modis omnibus ad ſacrificandum cogendi erant. *Nicomediae* aliquis των κατα τας ἐν τω βιω νενομισμενας ὑπεροχας ἐνδοξοτατων imperatorium illud mandatum e loco publico detraxit, (parum profecto laudabili audacia, licet *Euſebius* laudet, cap. 5.) Cum in *Armenia* et *Syria* quidam imperium arripere conati eſſent: nouo edicto eccleſiarum omnes vbique antiſtites in vincula coniiciebantur; ita carceres *epiſcopis*, *presbyteris*, *diaconis*, *lectoribus* et *exorciſtis* complebantur; aliis iam litteris imperabatur, vt liberi abirent, quoti quique ſacrificaſſent; ita per Africam, Mauritaniam, Thebaidem, Aegyptum &c. fere innumeri homines interfecti; etiam *cubicularii* quidam imperatoris, *Petrus*, *Dorotheus*, *Gorgonius*. Spectator *Tyri* interfuit *Euſebius*; vehementius adhuc per Aegyptum ſaeuitum fuit in Chriſtianos. Quidam πλουτω, ἐυγενεια, δοξη, λογω et φιλοσοφια praeſtantes, vt *Philoromus*, qui βασιλικης διοικησεως ἀρχην Alexandriae tenebat, (ſeu Rationalis, procurator ſummarum, et *Catholicus* Aegypti fuerat,) qui ius quotidie, militibus ſtipatus, dicere ſolebat; et *Phileas*, *Thmuitarum* epiſcopus, quos et cognati multi et ipſe iudex hortabantur, vt conſulere ſibi, *vxoribus* ſuis

et

et *liberis* vellent, occisi; (ergo et *Phileas* episcopus adhuc secum vxorem habuit;) Ex epistola quadam *Phileae*, quam paulo ante mortem dicitur scripsisse, *Eusebius* tormentorum genera satis atrocia descripsit cap. 10. Vrbem in Phrygia totam, quia nec λογιςη, seu *Curatore* ciuitatis et Magistratu excepto, omnes christiani erant, combustam fuisse cum omnibus incolis. *Adauctus*, qui munere μαγιςροτητος τε και καθολικοτητος, et των καθολȣ διοικησεων fungebatur, martyrii coronam suscepit, cap. 11. In *Arabia*, *Cappadocia*, *Mesopotamia*, *Antiochiae*, in *Ponto*, non deerant crudelissima supplicia; tandem, quasi clementia intercederet, mortis supplicia rarius decreta; aliis oculi effossi, alterum crus debilitatum &c. cap. 12. De martyribus per *Palaestinam* libro *octauo* appendix adhaeret. *Constantius Chlorus* autem in Christianos sui dominii (per *Gallias*) nihil eius rei aut atrocitatis suscepit; *Maxentius*, qui *Romae* tyrannidem arripuit, initio την καθ' ἡμας πιςιν ἐπ' αρεσκεια και κολακεια τȣ δημȣ Ρωμαιων καθυπεκρινετο, cap. 14. sed postea ad omnia flagitia et scelera conversus, et superstitioni immani deditus, templa deorum restitui iussit et collapsa reparari; sacerdotes per omnes vrbes constituit, et super eos ἑκαςης ἐπαρχιας αρχιερεα, addito militari satellitio. Inde in christianos similiter furor instauratus fuit, per *Maxentium* et *Galerium* Maximianum. Istis in publicis imperii calamitatibus decem anni fere exacti sunt; tandem imperatores tres Christianis sacrorum libertatem publicam restitui, ecclesias aedificari, et pro se reque romana publica preces fieri, iusserunt. E latina lingua graece exhibet *Eusebius* istam palinodiam imperatorum, capite XVII. Neque vero isto libello flagitia aut scelera Christianis obiiciuntur; narratur tamen, *patrios mores* relictos fuisse, quod τῃ πλεονεξια et ανοια tribuitur; singulos pro suo arbitratu *leges sibi constituisse*, atque in diuersis sectis diuersos coetus coegisse &c. Videtur autem non nihil adhuc lucis accedere posse ad istam caussam. *Leges* quasi suas proprias hic ibi constituerant episcopi,

G 5 siue

siue soli, siue plures, et cum presbyteris suis, in *synodis* siue *conciliis*. e g. Clericum fas non est *tutorem* seu procuratorem fieri; ideo *Cyprianus* epistola prima vetat pro *Victore* fieri oblationem, quod presbyterum aliquem testamento suo tutorem scripserat. *Matrimoniorum* porro raritas, fuga militiae; tota disciplina lapsorum, clericorum diuisa ministeria; donationes in vsum ecclesiae, celebratio *dominici* (τȣ κυριακȣ, scil. δειπνȣ,) seu *collectae*, vt in actis *Saturnini Felicis*, *Datiui* dicitur; (sic loquitur etiam *Optatus* lib. 1.) Quod autem ad hanc vexationem attinet, modum eius aliquem repetere possumus ex *Augustino*, atque ex actis purgationis *Caeciliani*, quorum ille (et *Optatus*) mentionem aliquoties fecit, praesertim libro 3 contra *Cresconium* c. 29. atque epistola 162. Edita sunt ista acta a *Massono*, atque adiecta etiam editioni *Optati*, quam *du Pin* procurauit, pag. 167 seq. In eis igitur sic habetur. - - Ex actis Munatii Felicis, flaminis perpetui, curatoris coloniae *Cirtensium*. Cum ventum esset ad domum, in qua Christiani conueniebant, Felix episcopo Paulo dixit: proferte scripturas legis - Ep. dixit, scripturas lectores habent - Felix: ostende lectores - Episcopus: nouit eos officium publicum, Edesius et Iunius exceptores. Felix - vos, quod hic habetis, date. Sedente Paulo, ep. Montano, Victore. D. et M. *presbyteris*, adstante Marte, cum Helio et Marte *diaconis*; Marculio, Catullino, Silu. et Caroso, *subdiaconis*, Ianuario, Meraclo, F. M. S. Victore, Samsurici, *fossoribus*, contrascribente Victore Aufidii in Breui, sic: Calices 2 *aurei*, calices 6 argentei; vrceola 6 argentea, cucumellum argenteum; lucernae argenteae 7. cereofala (cereostata?) duo, candelae breues aeneae 7, cum lucernis suis 7, lucernae aeneae XI cum catenis suis; tunicae muliebres LXXXII, mafortea XXXVIII; tunicae viriles XVI, caligae viriles, paria XIII, caligae muliebres, paria XLII, coplae rusticanae XIX. — Postquam peruentum est in *bibliothecam*, inuenta sunt ibi armaria inania. Ibi protulit Siluanus capitulatam (i. e. tabulam

lam) argenteam; et lucernam argenteam, quod diceret se post arcam eas inueniſſe. - - Cum apertum eſſet triclinium, inuenta ſunt ibi dolia IIII et orcae VI - Proferte ſcripturas - *Catulinus* protulit vnum codicem pernimium maiorem - quare vnum tantum codicem dediſtis? - Catulinus et Marculinus dixerunt, plus non habemus, quia *ſubdiacones* ſumus; ſed lectores habent codices. - Cum ventum eſſet ad domum Eugenii, Felix dixit, profer ſcripturas - et protulit codices quatuor - dum ventum eſſet ad domum Felicis, ſarſoris, (lector et hic) protulit codices octo - - ad domum, Victorini, protulit codices VIII. - ad domum Proiecti, protulit codices V. maiores et minores duos. Ad domum *Victoris*, Grammatici, protulit codices duos et *quiniones* quatuor. - ad domum *Coddeonis*, protulit vxor eius codices VI. &c. Ex actis concilii cirtenſis anni 305, intelligimus, quibus modis defenderint ſe quidam, aduerſus accuſationem. Dicitur, te tradidiſſe: reſpondit, dedi *Pollo* (pollutas?) *chartulas*; codices mei ſalui ſunt. - reſpondit, dedi codices medicinales - dicitur te tradidiſſe *quatuor* Euangelia. Reſpondit, ſciebam, illa *deletitia*, vid. *Optatus* lib. 1. c. 13; eos inter *Purpurius*, limatenſis epiſc. homicida, qui filios ſororis ſuae in carcere necaſſe dicebatur, atque confeſſus eſt. In iisdem actis concilii *cirtenſis* narratur: Victorem, presbyterum aliquem, dediſſe XX folles, vt fieret presbyter; hoc praemium ante cathedram Epiſcoporum poſitum epiſcopi inter ſe diuiſerunt. A *Lucilla* autem, clariſſima femina, CCCC folles, ſeu aliquot cophini cum pecunia, accepti ſunt, vt fieret *Maiorinus* epiſcopus. *Purpurius* epiſcopus ex fano Serapidis abſtulit *cupas fiſci*; duo presbyteri et diaconus tulerunt *acetabulum* &c. Geſta ſunt iſta ſub annum CCCIV, in ipſis initiis vexationis Diocletianae; atque haud ſcio, an ne *Euſebius* iſtis querelis lib. 8, c. 1 de ſchismate *Meletiano* et *Donatiano* praecipue loquatur; *Pagius* certe *Meletianum* ſchisma ab anno CCCI repetit, licet alii, et ex his *Basnagius*, in annum CCCVI reiiciant; *Basnagii* tamen rationes rem nondum

con-

conficiunt. *Eusebius* vero, cum, quod satis mirum est, in historia ecclesiastica de *Meletio* ne verbum quidem perscribat: videtur omnino eo respicere, cum negat, infamiae publicae mentionem se facturum. Videtur autem vel illa διοικησεων ecclesiasticarum amplitudo multam et litium et malorum studiorum suggessisse opportunitatem; etiam ecclesiastica sic dicta disciplina, et de lapsis dissidia, suppeditarunt occasionem querelarum et odiorum, quibus vel ipsa res publica non parum turbabatur. Repetamus enim vel istam atrociam, quae arianam *Athanasiique* causam paulo post infecit; quae tandem fraudes, quae impudentissimae artes, ex vtraque parte alteri non imputantur?

Maximi, qui ab anno CCCVII per Orientem Augustus fuit, nouam atrocitatem describit *Eusebius* libr. IX, 1 seqq. Primum Christianos δια προφασεως a *coemeteriis* arcere aggressus est; inde noua vexatio per *Maximini* prouincias incepit; actis quibusdam *Pilati* suffectis, quibus de homine Christo exilia et abiecta omnia narrabantur. Falsa etiam impudicarum mulierum testimonia contra Christianos propagata; atque hanc vexationem, a *Maximino* illatam, atrociorem fere superiori illa autumauit ipse *Eusebius*, c. 6; medias per vrbes, (a ciuitatibus ipsis) leges contra Christianos ex aeneis tabulis suspendebantur, pueri in scholis ista *acta Pilati* legebant. In Epistola quadam *Maximinus* se religionis *metropolin* nominauit, (dominum externae religionis dicere voluit?) *Armenii*, iam Christiani, bello a *Maximino* petiti; post victum tamen a *Constantino Maxentium*, (Romanorum hic *Eusebius* sic facit mentionem, vt plerosque iam Christianos fuisse appareat; statuam ei dedicarant, quae dextra crucem tenebat &c.) publica sacrorum libertas a *Const.* et *Licinio* reddita fuit; idem beneficium et *Maximinus* imitari videbatur, epistola ad *Sabinum*; nec tamen templa construendi et conuentus agendi publicam facultatem ipse dedit; alia vero constitutione iura omnia, (etiam eos fundos, qui ad fiscum antea

antea reducti fuerant,) christianis confirmauit, post cladem a *Licinio* anno CCCXIII. acceptam. Eius post miseram mortem, ecclesiae per orientem vbique instauratae et dedicatae; *Eusebius* talem orationem a se *Tyri* in *Paulini* laudes habitam libro X. c. 4 inseruit; satis elegantem et frugiferam. Ex ea templorum figura augusta haud obscure colligi potest. Atque iam munificentissimis legibus, *Constantini* et *Licinii* nomine, res Christianorum externa felicitate eximie succreuerunt; *Licinius* tamen, etsi *Constantini* sorore et multis aliis lenociniis ad meliorem societatem inuitatus, Christianos et e palatio et a militia eiecit, etiam hic ibi sacra aedificia alia dirui alia claudi iussit. Paulo post tamen *Licinio* superato, et anno 325 suffocato, etiam Orientem *Constantinus* recepit.

Iam de *Constantini* vita libri 4, *Eusebio* auctore, nihil fere omiserunt, quod vlla ratione ad eius laudes et commendationem faceret. De eo non est dubium, ineptas et atroces superstitiones recte a *Constantino* prohibitas fuisse; nec rationibus aut consiliis caruit hoc, quod in christianorum sacra publica adeo munificus exstitit; perierat fere omnis illa *Romana* virtus, fides, prudentia et fortitudo; successerant tyrannis, foedae libidines, ingentia vitia et flagitia, quorum consuetudo vexandis christianis praecipue contracta fuit. Apud peritiores nihil fere supererat pristinae superstitionis, adeo philosophi et romani et christiani turpem religionis auitae caussam luci publicae exposuerant. Inter Christianos autem, qui per romanum orbem latissime propagati fuerant, atque etiam hic ibi finitimos quosdam populos in suam societatem adsciuerant, animi et fidei summa constantia, quam pertinaciam alii solebant dicere, spectabatur. Itaque christianorum episcoporum, (quos vel *fratres* nominare solebat,) adiutorio facillime prouinciarum tranquillitas conseruari poterat; nec hanc *Constantini* mentem recte aliquis reprehendat; qui animi christiani diuinioris satis pauca vidit vel inter Episcopos exempla. Post mortem patris, (337) filii tres imperium commune capessebant,

bant, *Conſtantinus*, (iuniorem dicunt, habebat *Galliam*, *Britanniam*, *Hiſpan.* et *Africae* partem) *Conſtantius*, (qui *Thraciam*, *Aſiam* et *Aegyptum* tenuit;) et *Conſtans* (*Italia*, *Illyricum* et *Africae* maior pars ei ceſſerat,) hi, ſiue cuncti, ſiue *Conſtantius*, teſtamento patris neglecto, *Annibalianum* et *Iulium Conſtantium*, (patris fratres) cum 7 aliis principum liberis, per milites interfici iuſſerunt; *Gallo* tantum et *Iuliano* ſeruatis, Iulii Conſtantii filiis natu minoribus. *Conſtantinus* iunior 340 in bello contra *Conſtantium* periit; eius prouinciae *Conſtanti* ceſſerunt, qui iam totius Occidentis dominus fuit, ad annum 350, quo in bello contra *Magnentium* mortuus eſt. Iam, victo (353) *Magnentio*, *Conſtantius* ſolus ad annum 361 imperium habuit. Poſt eum *Iulianus*, qui feliciter in *Gallia* rem geſſerat, militum auxilio imperator factus eſt. Hic, vt acerbo ſenſui et odio obſequeretur, quod ex fatorum ſuorum indole fere non concipere non poterat, priſtinam ſuperſtitionem, vt potuit, reſtituit, ei ex animo, quod non mirari non poſſumus, ipſe addictus; ſectis etiam chriſtianorum paria fere iura decreuit, quae res non tam in ſe fuerat reprehendenda, (cum ipſe chriſtianae nulli parti adhaereret, cuius quaedam iura aliis potiora eſſe poterant;) quam ob conſilium, vt internis diſſidiis res chriſtiana vniuerſa labefactaretur. Abſtulit igitur reditus et immunitates clericorum; interdixit etiam graecarum artium vſu et conſuetudine in ſcholis chriſtianis; templum *Hieroſolymitanum* Iudaeos iuſſit rurſus exſtruere, ne ſacrificia ſimilia gentilibus deeſſent; nec a linguae adeo acerbitate futilibusque dictis abſtinuit; quod profecto minus decebat, quam quod ſcriptis in chriſtianos ipſe Auguſtus haud pepercit. Fuit etiam ſeuerus morum cenſor, vt ſuorum ſacrorum quaedam auctoritas accederet. Videmus autem et Chriſtianos ſatis iniquos non raro in eum fuiſſe arbitros; vt *Conſtantinum* ſupra modum collaudant, ita *Iulianum*, inter principes profecto eximium, omnino atque inuenuſte ſine modo vituperant; adeo vt nec fabulis pepercerint. Ex

vulnere

vulnere in bello persico 363 mortuo milites suffecerunt *Iouianum*, virtute imparem; qui gentilium templa rursus clausit. Breui temporis imperium fuit; 364 successit *Valentinianus*, qui *Valentem* fratrem socium adsumsit, *Arianis* fauentem; filium tandem *Gratianum* idem *Valentinianus* ob bellum *Germanicum* imperii collegam fecit 366; ab anno 375 post patrem *Gratianus* et *Valentinianus*, iunior, Augusti per occidentem; *Valens* 378 a *Gothis* interfectus est; cui *Theodosius* per orientem 379 suffectus fuit; 383 *Arcadius*, puer 6 annorum, Augustus additus; *Gratianus* autem in occidente interfectus fuit; quem *Maximus*, *Britannia* et *Gallia* potitus, excipit, non omnino inuitis Augustis; *Valentinianum* tamen, (cum *Ambrosii* legatio nihil profuisset) 387 *Italia* eiicit, quem sequenti anno *Theodosius* victo *Maximo* restituit; sed is anno 392 ab *Arbogasto*, (quem *Theodosius* Valentiniano adiunxerat,) occiditur, (nondum baptizatus, *beatus* tamen ab *Ambrosio* dictus,) ei suffecto *Eugenio*, rhetore, et tum temporis comite a sacris nouis alieno. Anno 394 *Theodosius* Eugenium vicit ad Alpes; atque inde *Honorio* filio II annorum, tradidit, sub *Stilicone* tamen, occidentem; *Stilico* Serenam duxerat, fratris Theodosii filiam. Rediturus in orientem *Theodosius* 395 moritur; successit *Arcadius*, annorum 18, sub *Ruffino*; sed *Ruffinus*, *Stiliconis* insidiis paulo post interemtus fuit; eum *Eutropius*, eunuchus, in isto munere excepit, ipsum vero 399, per Eudoxiam, *Gainas*. Pleraque autem imperatorum horum studia parum bene consumta fuerunt in ecclesiasticis turbis et caussis; adeo religio, quae animorum et mentium liberali perfectione spectari volebat, ciuilibus rebus et consiliis contaminata fuit. Insanae lites episcoporum, et sectarum continua fere malignitas, nec *conciliorum* pompa, nec militum et armorum ministerio, nec prudentia et consilio cohiberi potuit; vt facile pateat, religionis ipsam indolem nec christianam nec λογικην amplius et liberalem fuisse. Exstiterunt adeo ex eorum numero, qui a christianis sacris abhorrebant, praestantes

inge-

ingenio et virtute viri, quorum opera Imperatores porro feliciter ſuam et publicam in rem vſi ſunt; nempe mediam aliquam viam elegerunt, inter ineptam plebis gentilis ſuperſtitionem, et chriſtianam tot ſectarum ſibi aduerſarum intemperiem.

Philoſophi certe huius ſeculi atque *Sophiſtae*, ſeu rhetores, numero non pauci dederunt multam operam, vt priſtinam religionem et ſacrorum variam conſuetudinem partim excuſarent et defenderent, partim vt chriſtianam religionem ratione iuſta carere, ſuis perſuaderent. Nec carebant iam ipſorum ſacrorum librorum quodam vſu, qui per vexationes publicas e manibus clericorum ſolebant excuti. *Hieroclem*, qui et auctor fuit 2 librorum, (*λογοι φιλαληθεις προς χριστιανους*, ſeu *φιλαληθης*) narrat *Lactantius*, auctorem inprimis fuiſſe faciendae perſecutionis, (fuit et ipſe e numero iudicum, *Bithyniae* primum praeſes, deinde *Alexandriae* praefectus;) quo ſcelere, (Lactantii verba, inſtitut. lib. 5. c. 2) non contentus, etiam ſcriptis eos, quos afflixerat, perſecutus eſt. Compoſuit enim libellos duos, non contra Chriſtianos, ne inimice ſectari videretur; ſed *ad eos*, vt humane ac benigne conſulere putaretur; in quibus ita falſitatem SS. arguere conatus eſt, tamquam ſibi eſſet tota contraria. Nam quaedam capita, quae repugnare ſibi videbantur, expoſuit: adeo multa, adeo intima enumerans, vt aliquando ex eadem diſciplina fuiſſe videatur. Iſta *Lactantius*; *Euſebius* autem libello contra *Hieroclem*, tenui ſane et vix mediocri, *Philoſtratum* potius, quam *Hieroclem*, ſcribendo ſecutus eſt; *Apollonium* enim, tyanaeum, *Hierocles* Chriſto ſimiliter oppoſuerat. Longe melius et copioſius inſtituit *Euſebius* contra Graecos iſtud opus *praeparationis Euangelicae*, cuius Epitomen dedimus libro I. inſtitut. ad liberalem erudit. theologic. §. 70. Recte illud obſeruat *Euſebius*, quod tenuerat iam *Clemens* alex. bonos et ſanos philoſophos, licet paucos, (praecipue *Platonicos*, quos ſequebatur *Hierocles*) conuenire in frugiferis decretis de λογῳ &c.

cum

cum christianis. Narrat *Lactantius* de alio philosopho, cuius nomen non edidit, (*Porphyrium* quidam, forte sine ratione, suspicati sunt,) qui libris tribus Christianos aggressus est. *Acta Pilati* (istorum nempe instinctu) pueris exposita fuisse, ex *Eusebio* iam notabamus. Ipse *Iulianus* aduersus Christianam religionem calamum strinxit, *Paganismum* defensurus; cuius scriptionis multam partem seruauit *Cyrillus alexandrinus*, qui ad eam respondit mediocriter. *Mosis* libros *Iulianus* praecipue tetigit; postea Christianorum (*Galilaeos* vocat) in se ipsos, (haereseon nomine) furores; praefert (et patimur,) eruditionem inter Graecos sapientiae *Salomonis*; *Eusebium* hoc nomine reprehendit, qui Hebraeos a poematibus et logica non alienos fuisse dixerat; *Christianorum* improbitatem vitae vel ex *Pauli* admonitionibus colligit; diuinitatem autem Christi impugnat, et nomen θεοτοκȣ, quod non desinant proferre. Non piget *Iulianum* vel ἀκριβολογειν, et vel lectionis in LXX varietatem obseruare. Atque poterat haec scriptio hic ibi ad Christianos, qui sapiebant, vtilitate sua non carere; non erat certe, vt in auctorem atrocibus verbis ii inueherent, qui rei ipsi fere nullam dabant operam. Quibusdam etiam *epistolis Iulianus* rem christianam exagitauit; Epistola praecipue ad *Diodorum, tarsensem*, (*Nazaraei* magum;) in hac Christum nouum illum et confictae deitatis deum *Galilaeum* appellauit; nempe ex ἀποθεωσεσι rem diiudicans. Nec desunt in *Caesaribus Iuliani*, quae *Constantinum* M. et *Constantium* tangunt; vide *Spanhemii* preface pag. XXV. edit. Amsterdam. 1728. 4. Porro *Himerius*, qui sub *Constantio* et *Iuliano* vixit, in declamationibus suis christianorum disciplinam non raro solebat arrodere (καθ' ἡμων ὑλακτων, dicit *Photius* cod. 166). *Libanius*, Antiochenus, qui *rhetoricam* antea *Constantinopoli*, *Nicomediae* et *Antiochiae* professus est, a *Theodosio* M. *praetorio* praefectus, non raro orationibus suis in christianam religionem inuectus est. Μονωδια εἰς Ιȣλιανον non obscure *Constantinum* M. sugillauit, qui fana et sacra gen-

 tilium

tilium fere omnino ſuſtulerit. Επιταφιῳ ἐπι Ιȣλιανȣ necem imperatoris in Chriſtianos coniicit, quam in rem etiam orationem ὑπερ της τιμωριας Ιȣλιανȣ conſcripſit vt necis auctores ad ſupplicium conquirantur; aliam orationem *Theodoſio* imperatori dicauit, pro templis gentilium conſeruandis, quae ab Epiſcopis et monachis ſolebant dirui. In iſta oratione, quae ἐπιταφιος ſeu funebris, in *Iuliani* necem, inſcribitur, *Iuliani* diligentiam laudat, qui per hiemis noctes ſcriptionibus aduerſus Chriſtianos (qui τον ἐκ παλαιςινης ἀνθρωπον θεον τε και θεȣ παιδα fecerint,) et aduerſus libros eorum ſacros, dederit talem operam, vt vel *Tyrium* illum ſenem, (*Porphyrium*) ea in cauſſa ſuperauerit. *Eunapius*, ſophiſta et hiſtoricus, cuius ſupereſt liber *de vitis philoſophorum ac Sophiſtarum.* Idem poſt *Dexippum* chronicam hiſtoriam a *Claudio* continuauit, cuius in priori editione conuiciis in Chriſtianos et *Conſtantinum* praecipue non pepercerat, *Iuliani* encomiaſtes; iunior autem ἐκδοτις publicorum conuiciorum aliquanto minus continebat; vtramque legerat *Photius* codice LXXVII. E latinis, incerti temporis, *Maximus* aliquis, *Madaurenſis*, *epiſtola* quadam ad *Auguſtinum* priſtinam religionem defenſum, chriſtianorum autem cultum reprehenſum iuit, quod deum quaſi ipſis ſolis proprium faciant; ei *Auguſtinus* reſpondit epiſtola alia. Atque negari non poteſt, prudentiores gentilium multos ab improba ſuperſtitione alienos fuiſſe, etſi ſacris Chriſtianorum non deditos; e quibus *Ammianus Marcellinus* eminuit, vir inſignis et aequioris animi, quem mirum non eſt ſtatuiſſe, tum demum tranſitum ad Chriſtianorum rem publicam operae ipſi pretium fore, ſi epiſcopum *Romae* ipſum facere vellent. Nempe, ſi nihil aliud turpitudinis et flagitii animaduerterat vir probus atque virtutis amans, quam *Damaſi* et *Vrſini* iſtud quaſi ſacrum praelium pro obtinenda iſta ſede: non poterat fere aliam ferre ſententiam, quam pleroſque epiſcopos chriſtianos noua iſta religione ad nouae fortunatae inter homines vitae praeſidia abuti.

CAP. II.

CAP. II.

De propagatione religionis Christianae.

Christiana religio, vt a pristina turpi et foeda superstitione seiungitur, hoc seculo ad exteras plures gentes ita prolata fuit, vt non vnius generis siue occasio, siue adiumentum eius rei possit a nobis obseruari. Atque hic primo loco non est negligendum, multas istas vexationes, quae per has illas romani orbis partes satis longo tempore continuabantur, etiam hoc effecisse, vt non pauci et praestantis virtutis homines romanis finibus vltro excesserint; sicut multo plures legum et mandatorum feralium vi exules atque extorres e suis laribus eiecti fuerunt. Hi igitur vel inter barbaros hic ibi satis humaniter suscepti fuerunt; quae res, vt *Constantinus* ipse recte statuit, non parum dedecoris (atque emolumenti profecto minus, quam damni) nomini romano attulit, (*Euseb.* de vita Constant. lib. 2, c. 53.) *Deinde Constantini* diligentissimo studio, in ipsis romanis prouinciis, atque eius feliciter gestis bellis, etiam ad populos finitimos melioris religionis notitia peruenit. Diligentissimum enim studium appellandum est, cum et christianorum sacra publica suo publicoque sumtu longe munificentissime promouit; muneribus praecipue eos admouit, qui aut Christiani essent, aut a superstitiosis caerimoniis gentilium abessent; dissensiones Episcoporum studiosissime composuit, ne turpitudini atque infamiae locus esset ad gentiles, (e. g. in caussa *Donatistarum*, epistola ad *Ablavium*, ea agunt Donatistae, quae his hominibus detrahendi dant facultatem, qui longe ab hac religione sensus suos remouent; sic in caussa Ariana.) Donatistarum enim et Episcoporum calentibus rixis et accusationibus mutuis, non pauca eximiae foeditatis exempla fere in publicam lucem exponebantur. Militum autem animos et christianorum omnium non solum plane sibi deuinxit, sed etiam quasi diuino sensu et fatali fortitudine impleuit, *Labaro* isto, (de

vita Constant. lib. 1, c. 31.) quod turpitudinis signu *Licinius* appellare solebat; *Eusebius* autem recte obserua postquam exercitum suum mansuetis et modestis θεοσεβεια praeceptis muniisset, *Constantinum Britanniam, Scyth cum, Blemmyas, Aethiopas,* atque in vltimis fere τη οικȣμενης terminis *Indos,* et populos circa feliciter ex pugnasse (de vita Const. lib. 1, c. 8.) Transtulit *Con stantinus* ex Serapeio τον πηχυν ad ecclesiam *Alexandr* episcopi, ne *Nili* adscensus porro Serapidis beneficio tr bueretur. *Heliopoli,* in *Phoenice,* leges humaniores ob seruari iussit, contra sanguinis et familiarum commistionem ecclesias etiam ibi aedificari iussit; ad *Libanum* in *Apha cis* similiter Veneris delubrum diruit; oraculum in *Cilici* disiecit, (*Socrates* lib. 1, c. 18.) Similiter *Romae* prae cipue collapsos populi mores corrigere studuit, edictis e constitutionibus ad *Bassum* et Maximum, praefectos vrbi harusρicibus etiam interdixit priuatarum aedium ingressu licet publice atque ad aras adhuc tolerandi essent; (lex 1 de paganis; 2. de maleficis et mathematicis, in codice *Theo dos.*) Ad *Indos* autem, sub *Constantino,* venisse religionem Christianam per *Frumentium,* narrat *Ruffinus,* et ex e *Socrates, Sozomenus, Theodoretus.* Istum ex *India* do mum reducem *Athanasio* indicasse, opportunitatem ian non exiguam ad eam rem agendam esse, (ipse enim cum adhuc ibi esset, inter mercatores, qui nauibus appellebant quaesiuit, si qui adessent christiani; his locum sacris sui ibi agendis prouidit.) Hunc ergo ipsum iam *Athanasiu* in *Indiam* remisit episcopum *Frumentium.* Habe tamen haec historia non nihil incerti; *Valesius* et alii *Aethiopiam* sic describi putant; *Pagius* autem, (sed mi nus forte probabiliter) veram *Indiam;* mirum autem est hanc historiam a latino auctore, *Ruffino,* primum perscri bi; licet enim addat *Ruffinus, Aedesium, Frumenti* olim in India socium, *Tyri* iam presbyterum, sibi ist narrasse: miramur tamen, quod *Aedesius* ea non ante nar rauit aliis. Nauium et mercatorum beneficio rem, vt cunque

habeat

habeat, (fabulae enim non nihil admiſtum eſt,) praecipue contigiſſe, ſatis probabile eſt; ſed tempus rei geſtae vix accuratius poteſt deſignari. Idem *Ruffinus* de *Iberorum*, (*Georgia* fere hodie,) conuerſione ad Chriſtianam religionem, mulieris captiuae miniſterio, et eximiis miraculis, (ſic ſeculi ferebat indoles) ea ſcripſit, quae terrae regulus ipſe *Bacurius*, qui (forte, quod ei cum *Perſis* non amplius conuenire poterat,) tandem militaribus muneribus apud Romanos functus eſt, ipſe narrauerit; e *Rufino* deſcripſerunt Graeci. Illud facile credimus, *Conſtantini* prudentia *Iberos*, aliasque prouincias, quae a romano imperio parum aberant, in amicitia, etiam ſacrorum chriſtianorum beneficio felicius retentos fuiſſe; miraculis opus non fuit. Ad *Armenos* ſub *Tiridate* rege, (inde a ſeculi huius initio) per *Gregorium* illum, quem ſolent φωστηρα dicere, chriſtiana ſacra perueniſſe dicuntur; ex ſerioribus tamen ſcriptoribus, qui et diploma confingere auſi ſunt, pacis et concordiae foedus inter magnum imperatorem *Conſtantinum*, ſanctumque *Silueſtrum*, papam; et *Tiridatem*, regem Armeniae, atque *Gregorium*, primum Armenorum ſacrum antiſtitem. (*Galani* concordia eccleſiae Armenae cum romana tom. 1. c. 2. Le *Quien* oriens Chriſtianus tomo I. p. 1356.) Sed et iſta narratio non hoc vult, iam demum primum ad *Armenos* ſacra chriſtiana perueniſſe; cum ad *Armenorum* Epiſcopum *Meruzanem* ſcribat *Euſebius*, *Dionyſium* alex. epiſtolam *de poenitentia*, contra Nouatianos, miſiſſe, lib. 6, c. 40. martyrum etiam acta de *Armenis* quibusdam ſanctis ſub *Decio* et *Diocletiano* referant; atque *Euſebius Zoticum*, ep. *Comanorum* (fuit in *Armenia* ſecunda) laudet, iam lib. 5, c. 16, contra Cataphrygas; Potius de nouis publicorum ſacrorum miniſteriis atque adiumentis intelligendum; quod iam vniuerſa prouincia a gentiliſmo receſſerit. *Leontius* autem, caeſar. in Cappadoc. epiſc. primas ponticae prouinciae iſtum *Gregorium* ſedi iſti praefecit; eundem *Gregorium* Armeni volunt *Iberorum* apoſtolum fuiſſe. Similiter de *Gothis*,

 ſeu

ſeu Scytharum occidentalium gente quadam, quae narrari ſ[...]
lent iuſto fere honorificentius, (*Conſtantinum* eos viciſ[...]
atque ad Chriſtiana ſacra adduxiſſe, *Socrat.* lib. 1, c. 18.) i[...]
intelligi debent, vt tamen verum ſit, iam antea, ſub *Val*[...]
riano et *Gallieno*, vt breuiter attingebamus pag. 60 cu[...]
captiuis ex romano imperio ſecum auexiſſe religionis meli[...]
ris ſemina; (*Philoſtorg.* lib. 2. apud *Photium;*) no[...]
multum, etſi non nihil, *Conſtantinus* profeciſſe videtu[...]
(licet in *Nicaenorum* patrum indice *Gothiae* epiſc. *Theo*[...]
philus occurrat;) cum ſciamus diu poſt ipſum, *Gothis* tra[...]
iecto *Iſtro Moeſiam*, *Daciamque* ripenſem et *Thraciam*
permiſſam fuiſſe a *Valente*, ea conditione: vt romanis vi[...]
verent legibus, et Chriſto nomen darent; quod rex *Friti*[...]
gernus ideo facile perſecit, quia hac ratione aduerſus *Atha*[...]
naricum res ſuas defendere felicius poterat. Sed *Aria*[...]
norum a partibus fuerunt ſacri miniſtri, licet non omniu[...]
locorum; *Baſilius* certe in regionibus trans *Iſtrum* doctri[...]
nam meliorem ſonuiſſe teſtatur, epiſtola 138, poſt annum
372; atque ſi is in hac cauſa minus placeat, *Chryſoſtomu*[...]
ipſe non paucos ab *Arianis* ſacris ad catholicam eccleſiam
ſuo ſtudio traduxit; *byzantinae* autem ſedi per iſta et ſe[...]
cuta tempora *Gothiae* archiepiſcopus ſuberat (notitia *Leo*[...]
nis.) *Vlfilas*, epiſcopus gothorum, qui legatum ad *Va*[...]
lentem egerat pro ſedibus in Thracia impetrandis, gothica[...]
translationis auctor, ſatis notus eſt; ex ea 4 Euangelia, l[...]
cera tamen, ſuperſunt, et pars epiſtolae ad Romanos; dic[...]
tur et litteras genti ſuae proprias reperiſſe; (*Philoſtorgiu*[...]
ap. *Photium;* *Erici Benzelii* praefatio ad 4 Euangelia
edit. *Oxon.* 1750.) Quod autem *primum* Gothorum
epiſcopum dicit *Philoſtorgius*, non tam efficit hoc, vt [...]
idem cum illo *Theophilo*, quam vt *Arianam* Gothorum
partem ab iſta minori diſtinxerit; ſub *Valente* enim *Vlf*[...]
lam ab *Eudoxio* hanc in partem traductum ſcribit *Theo*[...]
doretus lib. 4. fine. Sed et per alias imperii romani pro[...]
vincias ſimile ſtudium a *Conſtantino* impenſum fuiſſe, du[...]
bitari non poteſt; qua in re *Hoſio* maxime vſus eſt, vt no[...]

ſolu[...]

ſolum in cauſſa *Ariana* patet, ſed etiam ex epiſtola imperatoris ad *Caecilianum*, (Euſeb. lib. 10. c. 6), qua ſignificat, per *Vrſum*, Rationalem Africae, ter mille ſolles numeratum iri; hanc pecuniae ſummam ab eo ita diſtribuendam eſſe, vti *Hoſii* in *Breui* ſeu indiculo perſcriptum ſit. *Gallorum* de *Apoſtolo*, ſi placet nomen, de *Martino*, *Turonenſi* tandem epiſcopo, multa narrauit *Sulpitius Seuerus*, in dialogis de Vita *Martini*; eius enim praeclaris ſtudiis laboribusque et miraculis multos per iſtas prouincias homines a ſuperſtitione deorum gentili ad hanc religionem chriſtianam traductos fuiſſe. *Martinus*, ex *Sabaria Pannoniarum* oriundus, *Ticini* educatus, inter catechumenos ab anno 329, militiae nomen dedit, et 337 baptizatus fuit, ſub *Conſtantino*; a *Iuliano* tandem, cum in *Galliis* militaret, miſſionem impetrauit anno 356; decem fere annis poſt turonenſis factus eſt epiſcopus. Sub *Conſtantini*, iunioris, anno 19 praedicare in Galliis exorſus eſt, vt ſcribit *Gregorius*, turonenſis. *Cedreni* autem narratio, (multae gentes ad Chriſtianismum traductae ſunt, ἀπο τε Κελτων και Γαλατων των ἑσπεριων, Indi, Iberes, *Armenii* &c. pag. 284. pariſ. 225. Venetae edit.) videtur praecipue de publicis iam ſacris per *Gallias* intelligenda eſſe. Idem de ſucceſſu religionis inter *Perſas*, per *Simeonem* epiſcopum, ibi ſcribit; de qua re pluribus agit *Sozomenus* lib. 2, c. 9 - 13; ipſe licet incertus, quo tempore chriſtiana ſacra ad *Perſas* traducta fuerint; ex conſuetudine cum *Armeniis* et *Oshroenis* accidiſſe putat. *Bardeſanes* autem iam ſec. 2 apud *Euſebium* lib. 6 praepar. Euang. c. 8 de Chriſtianis apud *Perſas* mentionem fecit, (per Iudaeorum haud dubie commercia.) *Sapores* iſto tempore; huius nominis *ſecundus* rex, accuſatione Magorum et Iudaeorum, dicitur in Symeonem, Aepiſcopum *Seleuciae* et *Cteſiphontis*, commotus fuiſſe; hunc enim φιλον ὀντα imperatori Romanorum, de rebus perſicis ſolere ſuppeditare deſcriptiones. Inde, (ſed hic religio non tam interceſſit, quam proditionis ſuſpicio,) ingentem vexationem ſuſcita-

tam; multa ſolent nomina recenſeri. Miſit *Sapores* mune ad *Conſtantinum*, quaſi amicitiae cauſa; (vt *Libanius* ſcr bit in oratione, *βασιλικος*, ſatis fraudulenter Rex hoc egi vt ferri copiam e romano imperio impetraret, quo ad bel lum poſtea inferendum opus erat;) *Conſtantini* epiſtolan ad *Saporem*, mediocris ingenii, refert *Euſebius* de vit Conſtant. lib. 4. c. 9 ſeqq. *Theodoretus* lib. 1, 25. *Ep phanius* ſcholaſticus, latine, lib. 3. hiſtor. tripartitae. Fa fuerit autem obſeruare, externae religionis iſta fuiſſe fat et miniſteria; liberalis illa interna, quae mentis perfectio ne conſtat, parum videtur fructus atque adiumenti perce piſſe ex iſtis *Conſtantini* multis ſtudiis legibusque atqu largitionibus; commodorum enim et honorum, quibu Chriſtianorum ſacrorum homines maxime ornabantur, de ſiderio multos inuitatos fuiſſe, vt ad Imperatoris ſe exem plum componerent, facile credimus, cum vel noſtrae aeta tis experimento intelligamus, quo ad alios momento per deant principum ſtudia atque exempla. Neque vero e illud eſt inficiandum, partim, ad rem publicam, quae an tea temere perturbabatur, non parum emendationis acce ſiſſe ex illis *Conſtantini* inſtitutis; partim nec defuiſ omnino homines, qui ex animi ſui ſententia ad liberale religionis ſenſum vſumque percipiendum ſeſe conuerterint licet *Conſtantinus* ipſe non exiguam vituperii ſpeciem co traxerit, quod filium *Criſpum*, veneno, et *Fauſtam* coniugem, calente balneo interfici iuſſit, quod proditore regni illius eſſe voluiſſent, (*Victor*, in Epitome; *Grego turon.* lib. 1.) Licinium etiam, ſeu *Licinianum*, ſoror filium, (*Oroſius*); non deſunt crimina; coniugi certe adu terium tribuunt, cum quadam ex curſoribus, (*Philoſto gius*, lib. 2. c. 4.) Incidunt autem iſta priora fune ſtatim in annum poſt celeberrimum illud *Nicaenum* conc lium.

CAP. II

CAP. III.

De ſtatu ſocietatum Chriſtianarum interno.

Ne in immenſum quaſi campum abripiamur, illa momenta deſignabimus, quae a nobis iam ad ſtatum internum chriſtianarum ſocietatum referuntur; illis enim, quae hoc capite non recenſemus, non deerit locus alius. Societas ipſa conſtat vario hominum ſeu ciuium genere; variis etiam vtitur adiumentis, praeſidiis et miniſteriis, quibus ſocietatis aut vniuerſae vnum quaſi corpus felicius conſeruetur, aut ſingularium eccleſiarum cauſa promoueatur. Itaque ea iam non repetimus, quae cap. I. collegimus, de vario imperatorum romanorum in rem Chriſtianam animo et conſilio. *Primum* omnium igitur ipſa ſocietatum chriſtianarum *diſſidia* huc maxime pertinent; paulo poſt ipſa ſeculi primordia *Meletianum* ſchisma exortum eſt, in *Aegypto*. Nam *Lycopolitanus* fuit *Meletius* epiſcopus, in *Thebaide*; eum, incertum eſt, cuius criminis cauſſa, gradu ſuo deiecit *Petrus*, alexandrinus epiſcopus. Eſt autem non parum mirandum, quod *Athanaſius* (apologia 2) *Socrates* lib. 1. c. 6 aliique *Meletium* dicunt et de aliis criminibus conuictum fuiſſe, et idolis in iſta *Diocletiani* vexatione ſacrificaſſe; ideo eum in communi epp. ſynodo fuiſſe a *Petro* depoſitum. *Sozomenus* lib. 1, c. 24. narrat, in *nicaena* Synodo *Meletianam* cauſſam ita fuiſſe definitam, vt *Meletio* maneret Epiſcopi honor, ordinati ab ipſo ſimiliter ordinem ſuum retinerent, minores tamen aliis, atque ab *Alexandro* alex. adhuc confirmandi; *Meletium* enim multos interea ordinaſſe, cum *Petrus* in iſta vexatione ipſe iam Alexandria fugiens (*Euſeb.* 8, 2, αισχρως ωδε κακεισε κρυπταζομενους commemorat paſtores eccleſiarum) ſeceſſerat, ad quem ordinationum ius praecipue pertinuerat, *Epiphanius* litem ideo exſtitiſſe ſcribit, quia fuerit *Meletius* ſeuerior in lapſos, quam *Petrus*. Nempe falſae ſunt

igitur accuſationes iſtae de criminibus *Meletii*, licet vel ab *Athanaſio* repetitae. (Notauimus antea pag. 103. *Euſebium* libri 8, c. 1. 2. haud dubie de his foedis accuſationibus in *Aegypto* et *Africa* intelligendum eſſe.) Adeo autem iſta malignitas inſederat animis, vt ad *Arianos* accederent *Meletiani*. Succeſſit paulo poſt inde ab anno 311. *Donatiſtarum* ſimile in *Africa* diſſidium a *catholicis*, cum mortuo *Menſurio* Carthaginis nouus Epiſcopus eligendus eſſet. *Caecilianus Archidiaconus* a plurimis ſuffiaciebatur. (Sic fere iure et ordine fiebat; τον γαρ ἀρχιδιακονον ἐνενομιςαι διαδοχον τȣ ἀρχιερατευοντος καθιςαϑαι, vt de *Nouato*, i. e. *Nouatiano*, narrat ex *Eulogii* alex. libro 6. contra Nouatum *Photius* cod. 182.) Peracta etiam fuerat conſecratio ab Africae epiſcopis, licet *Numidiae* epiſcopi nondum aduenisſent. Nempe ſub *Carthaginienſi* epiſcopo, *Africa* ſtricte dicta ſeu *zeugitana*, in *byzacenam* et *tripolitanam* diuiſa; *Numidia*, et *Mauritania* vtraque, *Tingitana* et *Caeſarienſis*; (Geographia ſacra Africae, in *Optati* editione per *du Pinium*.) Iam et alia conquirebantur conceptae indignationis praeſidia; *Lucilla*, e ditioribus mulier, a *Caeciliano* Archid. ob ſuperſtitioſa oſſium oſcula ante ſacram communionem, reprehenſa, argenti illam vim (pag. 107.) ſuggerebat *Numidis*; competitores *Caeciliani*, presbyteri quidam carthag. rem vltro ita adiuuabant, partim accuſationibus in *Caecilianum*, qui parum humanum ſe geſſiſſet in martyres, partim in *Felicem*, ep. Aptungitanum, qui eius praefuerat conſecrationi, *traditor* tamen codicum in *Diocletiani* vexatione: vt adeo Caeciliano concilium in vrbe oppoſitum fuerit. (*Optatus* lib. 1. §. 19. *Auguſtini* breuiculus collat. diei 3. c. 14. et auctor libri contra *Fulgentium*, donatiſtam, c. 26; in appendice operum *Auguſtini* tomo 9.) Cum vero non compareret vocatus, hi iam LXX epiſcopi, populi etiam parte non exigua conſentiente, *Caecilianum* omnes repudiant, ſuffecto in eius locum *Maiorino*, diacono carthag. Eminebant autem inter alios cauſſae defenſores *Donatus*, *caſarum nigrarum*

grarum episcopus, a quo sectae nomen, *Donatistae;* nisi a successore *Maiorini*, *Donato*, quem sui iam solebant magnum dicere. Ita duo non solum *Carthaginis*, sed et plerasque per alias vrbes Episcopi, duarum nempe partium, exstiterunt. Rem ad *Constantinum* ipsi deferebant *Donatistae*, (qui tamen iam antea *Caecilianum* probauerat, et ter mille folles adsignauerat, ad *Hosii* breue distribuendos, vti pag. 119.); superest libellus *Donatistarum*, per *Anulinum* proconsulem ad Imperatorem missus, quo Episcopos ex *Gallia* iudices petunt, quia a facinore persecutionis immunis sit Gallia (*Optatus* lib. 1. §. 22. *Augustini* epistola 88, olim 68.) Imperatoris etiam epist. ad *Miltiadem*, vel *Melchiadem*, rom. episcopum: vt *Caecilianus* cum decem accusatoribus suis, et decem aliis, quos sibi necessarios putat, *Romam* nauiget; ibi praesente rom. episcopo, *Reticio*, augustod. *Materno*, coloniensi, *Marino*, arelat. *collegis*, (et aliis eiusdem communionis) quos imperator similiter Romam venire iussit; addidit imperator: tantum ecclesiae catholicae tribuo, vt omnino vllo in loco schisma esse pati nolim. Hinc scimus, non tam episcoporum aut clericorum, quam *Constantini* consilio et iussu haec sic constituta fuisse, rei publicae sic tum suadente statu; *Hosii* autem haud dubie vsus est consiliis. Gesta Romae actis habitis cuncta ad Imperatorem relata; negabant *Donatistae* caussam suam satis Romae auditam fuisse; Episcopos enim istos quodam in loco se clausisse, et prout ipsis aptum fuerat, iudicasse. Pacis caussa *Brixiae Caecilianus* retentus, et *Donatus* similiter Carthaginem venire prohibitus fuit. *Felicis* caussam imperator per *Verum*, Africae Vicarium examinari iussit; qui cum, ob valetudinem, rei non par esset, *Aelianus* proconsul quaestione habita, innocentem eum pronuntiauit; *Ingentius* autem scriba, conuictus fuit, ista contra *Felicem* Aptungitanum adiecisse publicis sub *Altio*, municipii Autumnitanorum curatore, actis. *Donatistis* porro contra *Caecilianum* instantibus hoc dedit *Constantinus*, vt *Arelatensi* in vrbe

iuberet

iuberet conuenire numero plures epiſcopos, data vectione publica; ſupereſt ad *Chreſtum* ſeu Creſcentem, *Syracuſanum* ep. apud *Euſebium* epiſtola, lib. 10, c. 5. Epiſcoporum numerus incertus; adfuerunt 34, presbyteri 15, diaconi 25, (presbyteri et 2 diaconi, loco *Silueſtri*, rom. epiſc. venerant;) Exorciſtae 6, lectores 2; nomina in ſubſcriptionibus leguntur. Ex Galliis erant 16 epiſcopi; omnes autem ex occidente; quia per Orientem imperator nihil adhuc poterat. Sententia et hic lata ſecundum *Caecilianum;* itaque *Donatiſtae*, quorum pauci ad alteram partem metu tranſierant, pertinaciores ad comitatum perducti; tandem hoc impetrant, vt ipſe imperator iudicium inter partes ferret. Igitur pars vtraque *Romam* anno 315 euocata; non venit *Caecilianus;* itaque imperator rem *Mediolanum* differt; quidam interea in Africam reduces fere tumultum excitant, itaque ipſe *Conſtantinus* conſtituerat in *Africam* venire. Mutato autem conſilio *Mediolanum* venire partes iubet; et cauſſa, vt potuit, diligentiſſime excuſſa, *Caecilianum* innocentem pronuntiauit; *Donatiſtis* iam, qui ipſi a vi non abſtinebant, vis oppoſita, templa ademta, quidam vita priuati; atque ſic res tantam malignitatem et atrociam, ſubortis poſtea circumcellionibus, ſecum tulit, vt tandem Imperator latas in *Donatiſtas* leges vltro abrogauerit, et liberum omnibus fecerit, vtram eccleſiae partem eligerent; reſcripto illo ad Valerium ſeu *Verinum*, Africae Vicarium, menſe maio, 330, reuocatis etiam iis, qui in exilium miſſi erant. Nempe hi Chriſtiani, hi illi, qui negabant Spiritum S. a *Caeciliano* impertiri ipſis poſſe; hi ferociter iam anno 321 libellum ad imperatorem miſerant: ſe antiſtiti eius *nebuloni*, (Caeciliano) nullo modo communicaturos eſſe, paratos, *quiduis potius perpeti.* Non caret autem omni ſimilitudine veri, ſubfuiſſe aliquid monſtri in cauſa *Caeciliani*, quem ab *Hoſio* praecipue adiuuari apud Imperatorem ſolebant dicere; Imperator vero non poterat maiorem illam alteram partem *Caeciliani* non amplecti, cum quo ceteri per occidentem epiſcopi communionem habebant.

Interea

Interea et *Donatiſtae* inter ſe diuiſi, de baptiſmo iterando. Sub *Conſtante* tandem primum inepta iſta vox *Donati* carthag. audita: *quid eſt imperatori cum eccleſia;* quod funeſtum carmen tamen catholicis poſtea quaſi diuinum oraculum eximie atque vnice placuit. *Arianum* ſchisma iam non attingimus; licet etiam in eo ſatis pateat inuenuſta epiſcoporum intemperies, qui mutuis accuſationibus imperatorem adierant; ſecutum autem bellum inter catholicos *Athanaſiumque* et *Arianos* funeſta multa peruerſi animi exempla prodit, quorum turpitudo nec inutili iſta in ὁμοȣσιας commendatione pertinacia, nec Arianorum ſanctis terriculamentis tegi aut excuſari poteſt. Sed *iam* ad alium locum deueniamus, qui ad internum ſocietatis ſtatum non minus pertinet; *ſuperſtitionum nouarum* διαδοχας. *Euſebius*, etſi libris iſtis de vita *Conſtantini* M. nihil fere omiſit, quod ad eius commendationem publicam facere poſſet: ceteris tamen auctoribus haud paulo moderatius ſcripſit; alii longe intemperantius plebi dederunt ſcribendo operam. Parum tamen venuſtum eſt illud, quod tanti vir ingenii iſtam ſatis humilem in templis exſtruendis atque exornandis ſollertiam adeo ſuis proſecutus eſt laudibus. In loco, quem fuiſſe ſepulcri opinabantur, eccleſiam a *Conſtantino* exſtructam, audet *Euſebius* lib. 3, c. 33 ſeqq. dicere, ταχα πȣ ταυτην ȣσαν την καινην Ιερȣσαλημ, quae a prophetis laudetur. Deſcripſit autem copioſius omnem aedificii ornatum atque amplitudinem; aliam eccleſiam in ſacra ſpelunca apud Bethlehem, in qua natus fuerit Chriſtus, aliam in monte *Oliuarum*, in qua *ſpelunca* (λογος ἀληθης κατεχει,) Chriſtum initiaſſe ſuos diſcipulos τας ἀποῤῥητȣς ohe! τελετας. *Helena* fuit tantarum rerum auguſta adminiſtra. Eccleſia in loco *Mambre*, c. 51, quo in loca antea δεισιδαιμονες τινες idola habuerint et ſacrificia peregerint. Fana gentilium vbique diruta, ſimulacris aurum detractum, alia funibus tracta &c. Nempe vt alia fana et alia ſimulacra et aliae caerimoniae, nomine certe ſuo aliae, in locum ſuccederent. Sed iam, poſt *Euſebium*, qui mediocriter ineptiit, audia-

audiamus alios; *Helenae* in somnio imperatum est, vt *Hierosolymam* adiret; optabat autem sepulcrum Christi reperire; res successit, inuenit tres cruces, cum titulo; Episcopus vrbis, *Macarius*, miraculo facile locum fecit, vt pateret, quaenam esset crux salutaris e tribus; moribundam mulierem admota crux sanam restituit. Partem crucis in theca argentea reliquit *Helena*, ne iniquissima videretur, vrbi; partem imperatori misit, qui suae ipsius statuae inclusit, vrbis suae palladium nouum fore ratus. E clauis frena suis equis (atque hic *Sozomenus* lib. 2. c. 1. allegat illud *Zachar.* 14, 20, et *Sibyllae* si placet carmen, O lignum felix in quo deus ipse pependit,) et galeam sibi fieri curauit, felicitatis in bello certum pignus. Ista sic scribere audet *Socrates* lib. 1, c. 17, *Theodoretus*, aliique; *Cyrillus* adeo Hierosolymitanus rem adprobauit; ad statuam istam *Constantini* subdiuinam populus cum cereis adoraturus solebat conuenire, quod praeter *Philostorgium* adfirmat *Theodoretus* lib. 1. fine. Miraculorum autem quam est futile ingenium! De *columna* ista (inter Iberos) super basin in aere pendente. *Spyridon* filiam iam sepultam de deposito interrogauit; *Ammon*, *Nitriae* monachus, vi diuina sublimis super aquam elatus, ne nudum se (nefas enim) adspiceret; monachorum per Aegyptum vestitus adeo allegoricus fuit, (*Sozom.* lib. 3, c. 14. *Pachomii* regulam, parum venustae societatis, quae plus pacatae pietatis obseruaret, hoc loco commemorare oportet. Nempe is cum angelis non raro locutus fuit; si credimus; aliarum societatum quasi mater fuit haec *Tabennensis*, in *Thebaide.* Angelus etiam *Anuphium* instituit. In *Michaelio* (eu&terion 35 stadiis a Constantinopoli eam in vrbem ex Ponto nauigantibus ad dextram) excubationes, vt olim in Aesculapii templo. *Probianus*, e medicis palatinis, e Gentili Christianus, cetera quidem christianae religionis non difficilia creditu arbitratus, pati tamen non potuit, vt crux της παντων σωτηριας αἰτια statueretur; ei autem θεια ὀψις contigit, qua edoctus fuit, ex quo tempore Christus fuit cruci affixus,

affixus, eorum, quae ad communem humani generis vtilitatem, aut ad priuatam confierent, nihil omnino aut angelos aut homines pios perficere ſine crucis potentia. (*Sozomen.* lib. 2, c. 3.) *Cyrilli* hieroſolym. epiſtola ad *Conſtantium de cruce* ſuper *ſanctiſſimum* montem *Golgatha* vsque ad ſanctum oliuarum montem protenſa, nonis Maiis, exſtat inter opera *Cyrilli.* In *Palaeſtina Hilarion* exemplum *Antonii* imitatus eamdem ſolitariae vitae rationem inſtituit, adeo durus, vt in caſa ſua ne pedes quidem extendere, ob loci anguſtiam, poſſet; in *Cypro* inſula mortuus, et *Heſychii* religioſo furto inde in *Palaeſtinam* reportatus, vtrobique miracula edere non ceſſauit; per *Syriam* inde atque per *Armeniam* et *Ponti* accolas monaſtica illa vita, nouis aucta ſemper moleſtis ſedulitatibus, propagata fuit. *Euſtathii*, Sebaſtiae ep. diſcipulos adeo vetuſti quidam reprehenderunt, licet minime iniqui amatarum rerum arbitri; quod in aedibus coniugatorum orare, veſtitum (etiam clericorum) vulgarem, carnes in cibum apponi, noluerint; vnde tandem iſta ſanctitatis ſpecie multas mulieres inductas fuiſſe, vt a viris receſſerint; aliae in adulterium prolapſae, aliae virorum habitu iam vſurae. Nec ab infamia fere abfuit coniugium, vt *Manichaeorum* e ſchola fere fuiſſe tales videri poſſent; virginea coniugia adeo non rara, ſi quidem vera ſolent narrari, e. g. de *Iniurioſo*, e Senatoribus Aruernis, (*Gregor.* turon. lib. 1.) Atque huius generis diſciplinam quis aut Chriſti et dei eſſe, aut rei publicae conuenire, ſtatuat? Sed et eiusdem *Euſtathii*, quem antea nominabamus, in monaſtica vita ſocius fuerat *Aërius*, ab epiſcopo presbyter creatus et ptochotrophio in Ponto praefectus, qui poſtea ab *Euſtathii* omni communione receſſit; quia cumulandis opibus ille daret operam. Epiſcopum a presbytero differre negauit; nempe epiſcopi iam auctoritatem minus iuſtam prae ſe ferebant. Homo non mali ingenii religionis ingenuam cauſſam auſus eſt perſpicere. Non opus eſſe, Paſcha ἐπιτελειν, nec mortuorum nomina recitari; ſi precibus viuentium mortui adiu-

adiuuantur, *ἀρα μηδεις ἐυσεβειτο.* Ieiunia, (ſi imperati ſeruantur, vt quarta, ſexta feria, et in hebdomade Paſchae, ad Iudaeorum iugum pertinent; libera eſſe. *Epiphanius* haereſi 75 ſatis inepte iſta defenſum iuit. Similiter aduerſus caelibatum et ieiunia *Iouinianus* ſententiam ferre auſus eſt; ſed ſatis vehementer exceptus, ab *Ambroſio*, ab *Honorio* adeo, epiſcoporum conſilio, relegatus; *Hieronymus* autem ipſe impotentiſſime aduerſus eum ſcripſit. Sed et idem aduerſus *Vigilantium* pro *vigiliis* declamauit. Nempe nec vitia nec remedia pati poterat pacata ciuitas. *Caerimoniarum* multitudinem facile colligere licet ex conſtitutt. apoſtol. *Bernardini Ferrarii*, mediolanenſis theologi, de ritu ſacrarum eccleſiae veteris concionum, libris tribus; e *liturgiis*, et *Chryſoſtomi* praecipue operibus. *Homilia* II in martyres (antea ineditae iſtae XI Homiliae) cum imperatrix media nocte in magnam eccleſiam veniſſet, *reliquias martyrum* inde per medium forum ad Drypiam vsque *προπεμψαμενη*; quo miniſterio dicit reginam populo non minus quam martyres profuiſſe. Homilia 3 cum imperator (Arcadius) cum *δορυφοροις* veniſſet in eccleſiam Thomae. Sed iuſto fere libro opus eſſet, ſi vel ex *Chryſoſtomo* colligere velimus ea, quae ſtatum internum eccleſiae huius ſeculi nobis deſcribunt. *Antiocheni* e. c. ad ludos *circenſes*, potius, quam Synaxin, veniebant, etiam in quadrageſima; multi *τῃ γενεσει*, auguriis, incantationibus dabant operam; *Theodoſii* ſtatuas deiecerunt ſuſcitato ingenti tumultu; *Chryſoſtomo* publice acclamare ſolebant. Fraudum et mendaciorum, ſi ex bono et probo conſilio fiat inſtituatur, liber fere apud omnes vſus; cuius generis infanda exempla *Donatiana* et *Ariana* cauſſa non pauca aut incerta continet; hinc etiam tot miraculorum fabulae originem trahunt, quod ad *οἰκονομιαν* pertinere viderentur. Sed iam etiam imperatorum chriſtianorum leges ad eccleſiae cauſſam referendae. De *Conſtantini* legibus legendus *Franc. Balduini* Conſtantinus M. ſiue de legibus eccleſiaſticis et ciuilibus commentariorum libri duo; *Baſileae* pri-

mum

mum 1556. in 8 editus libellus lectu hodieque dignus est; de aliis, partim illud historiae ecclesiasticae corpus *Valesianum*, partim codicem *Theodosianum* consulere opus est. Nobis hic hoc sufficit huic capiti addidisse: etsi multa habet hoc seculum, quae a nobis ius fas est proiici atque reprehendi, ea praecipue, quae festorum dierum et caerimoniarum sacrarum multitudine, (*mysteriorum* etiam gentilium imitatione,) a christiana illa λογικη religione longius recedunt: tamen ad populi imperiti malignitatem et difficillimam temporis rationem esse attendendum, ne iusta atque ad nos frugifera indignatio nostra, historiae omnis vera vtilitas, in vanam abeat iram atque reprehendendi praecipitem consuetudinem.

De conciliis.

Nempe et *concilia* cum ecclesiarum statu interno a nobis possunt non male coniungi; quorum et indoles et collata in ecclesiarum caussam domesticam studia non parum lucis adferunt diligenti harum rerum arbitro. Ingens autem ille conciliorum, maiorum minorumque numerus a nobis vix, ob istam copiam, hic recenseri potest; dabimus tamen operam, vt vtiliora momenta breuiter repetamus, iis fere omissis, quae solent non ignota esse, aut parum frugifera. *Nicaenum*, non minus, quam ista concilia in *Donatistarum* caussa, *Constantini* et iussu et consilio coactum fuit; nec tam ob *arianam* solam controuersiam, quam ob politicas, quae intercedebant, caussas. *Orientis* enim pacata possessio, Imperatori, *Licinio* iam e medio, (contra sacramenti fidem, vt *Hieronymus* in chronico) sublato, hac ratione facilius contingere poterat, si prouinciarum omnium episcopi Imperatoris et beneuolentiam, munificentiamque, et eximium in sacrum chorum studium, ipsi experti essent. Videtur et sub istud fere tempus, quod *Vicennalia* complectitur, *Crispi*, *Faustae* et *Liciniani* funestum procuratum fuisse fatum. Ex *Eusebio* (lib. 3. de vita Const. cap. 4 seq.) ista repetimus; quae ad occasionem concilii pertinent. Imperatoris

animum non parum commouebant turbae ecclesiarum alexandrinarum, ex inuidia ortae, et το Θηβαιων (superioris Thebaidis) τε και Αιγυπτιων σχισματικον κακον, (*Meletianum*,) προσρηγνυμενων, (idem verbum pag. 103. descripsimus) καθ᾽ ἑκαστην πολιν ἐπισκοπων ἐπισκοποις, populis etiam (nec *Libya* excepta, lib. 2. c. 62.) aduersus populos, (δημων,) insurgentibus, adeo vt iam (ἠδη) in furore ac desperatione ab impiis facinoribus non abstinuerint, *imagines Imperatoris* violare ausi; atque iam in mediis infidelium theatris diuina doctrina turpissimam irrisionem sustinebat, (lib. 2, c. 61.) *Alexandrini* legatis per alias ἐπαρχιας missis episcopos suas in partes trahebant; vt rerum publica perturbatio metuenda esset. (Nempe hoc nostram sententiam confirmat, politicas rationes ab isto concilio non abfuisse.) Vigebant etiam dissidia ob festum Paschae. Missa per *Hosium* epistola ad *Alexandrinos* (*episcopum* et *Arium*,) nihil perfecerat Imperator; exstat apud *Eusebium* lib. 2. c. 64 seqq. Epistolae auctor haud dubie fuit siue *Hosius* ipse siue eorum, qui in comitatu esse solebant, episcoporum alius. De ipsa *ariana* haeresi postea loco alio agemus. *Hosius* omni suo studio nihil boni efficere potuit; εἰς ἁπασας τας ἀνατολικας ἐπαρχιας mali impetus peruadebat. Itaque imperator vniuersalem synodum, i. e. ἐξ ὁλης της οἰκȣμενης, sub romano imperio, coire iussit Nicaeam, *Bithyniae;* suppeditatis publicis vehiculis et equis. Numerus episcoporum incertus; *Eusebius* supra CCL fuisse scribit; presbyterorum autem, diaconorum, Acoluthorum aliorumque plurium, numerum iniri non potuisse. Non certum est, fueritne praeses vnus, (*Eustathius*, antioch.) an alio die alius, et plures; illud scimus, episcopos quosdam adeo religionis sensu vacuos fuisse, vt accusationibus et reprehensionibus mutuis finem vix imperatoris enixa studia imponere potuerint. *Latina* lingua *Constantinus* vsus est primum; *Hosii* praecipuae fuerunt partes in concilio, etsi non vicem Romani gesserit, (Athanas. ad Solitar. tom. 1, p. 837; et epistolae *Mareoticorum*;)

Romani

Romani presbyteri *Vitus* et *Vincentius* pro *Siluestro* subscripserunt, sed praesides non fuerunt. Multa autem dedit imperator minus venustis episcopis; ante conuentum libellos episcoporum in sinu collectos, non vero apertos, in ignem cunctos mitti iussit, ne vel ipse sciret, de quibus rebus essent querimoniae; isto vsus, si placet, carmine: vos non potestis ab hominibus iudicari - nobis dati estis dii; iudicet ille solus, de quo scriptum est, deus stetit in synagoga deorum - si episcopi adulterium oculis viderem, paludamento meo obtegerem, ne spectatoribus posset innotescere (*Theodoret.* lib. 1. c. 11. *Ruffinus* hist. eccles. lib. 1. c. 2.) Die Iunii XIX. conuenerunt omnes in vnum locum, siue ecclesiam, siue palatium, siue diuerso tempore in vtrumque aedificium. Venit imperator sine protectoribus, atque stetit, nec prius consedit, quam *nutu* Episcopi significassent. *Ariana* caussa ab omnibus hic deserta, *Ario* excepto, *Theona*, marmar. ep. et *Secundo*, *Ptolemaidis*, qui et ex ecclesiarum communione eiecti fuerunt; alii tempori cesserunt, et formulam, quae ὁμοουσιος *Eusebii* caesar. libello addiderat, approbarunt, siue quod ὁμοιουσιος intelligerent, siue quod omnino simulatione vterentur; qua in re *Arii* et ceterorum Episcoporum ingenua haec virtus obscurari a caussae indole non debet. *Occidentalium* autem praecipue valuit sententia, sicut ex imperatoris epistola facile patet, per *Osium* non solum missa sed etiam forte scripta: *inanis quaestio*, (sic saepius describit; de rebus paruis et leuissimis; ob inanes verborum contentiones; de rebus paruis et minime necessariis pugnatis; plebeia sunt ista et puerorum inscitiae magis quam sacerdotibus conueniunt; *Euseb.* lib. 2. c. 71.) - ad quam tu, Arius, cum illud regereres, quod aut την αρχην non ἐνθυμηθηναι, aut cum in mente haberes, tamen silentio premere debueras &c. Nempe iam vero premi non poterat; numero autem vincebant ceteri episcopi, hos imperator hic offendere non potuit; itaque paulo post videmus *arianam* sententiam per *Orientem*, etiam in palatio, palam viguisse. Altera quae-

 stio

ſtio de *Paſchate* fuit; iam enim inde a longo tempore *Syri Cilices*, *Aſiani*, cum Iudaeis Paſcha ſolebant agere; nefas, iam videbatur, cum Iudaeis in iſta ſolemnitate conuenire, qui Chriſtum ſupplicio affecerant. Imperator in epiſtola (*Euſeb.* lib. 3. c. 19.) hoc argumentum illi addit: quia maior eſt numerus eccleſiarum, quae morem alium iam ſeruant; vno igitur et eodem die dominico a cunctis chriſtianis Paſcha agendum eſſe. Sed nec haec cauſſa omnino hic confecta fuit; non defuit enim etiam poſtea diuerſitas. *Occidentalium* fuit et iſta, quae *Paphnutio* intercedente, non ſucceſſit, ſuggeſtio: vt clerici a matrimonio abſtinerent; eius ingenii lex iam in *Eliberitana Synodo* perlata fuit, (cui *Hoſius* interfuit) canone 33: placuit, in totum prohibere epiſcopis, presbyteris, diaconis, ſubdiaconis, poſitis in miniſterio, abſtinere ſe a coniugibus ſuis et non generare filios; aliter qui fecerint, honore clericatus ſunt priuandi. De *Paphnutio* narrant *Socrates*, *Sozomenus*, *Gelaſius*, *Caſſiodorius*, alii; vt profecto in dubium res vocari iure quodam non poſſit. Tandem *Meletii* cauſſa etiam compoſita fuit; (epiſtola Synodi ad epiſcopos Aegypti, *Theodor.* lib. 1. c. 9.) Nec veroſimilitudine caret, quod *Socrates* ex *Auxanone* ſe audiuiſſe tradit, lib. 1. cap. 10. collato 13, qui cum *Aceſio*, Nouatianorum epiſcopo, Synodo interfuerit; Imperatorem, concordiae confirmandae cauſſa, etiam *Nouatianum* ſchiſma voluiſſe componere; *Aceſium*, et fidem facile approbaſſe, et legem de Paſchate: nec enim *noua* haec eſſe, ſed inde ab Apoſtolis recepta. Quod ſic intelligendum videtur, *Aceſium* ex romana diſciplina, cum aliis *Nouatianis*, iſta habuiſſe; vnde confirmatur et illud, de ὁμοϑσιᾳ praecipue occidentalium epiſcoporum auctoritate ceteris conſtitiſſe. Tandem Synodo finis impoſita, poſtquam exilium in Arium et duo epiſcopos decretum fuit, in *Illyricum* vt ſecederent; *Hieronymus* tamen (aduerſ. *Lucifer.*) receptos rurſus fuiſſe ſcripſit, *Arium*, presbyt. *Euzoium*, diaconum, *Achillam*, lectorem; res non ſatis clara eſt; *Conſtantiam*, imperatoris

ſororem

sororem *Arianis* consilia suggessisse, narrat *Philostorgius*, lib. 1. c. 8. Iam *Vicennalia*, quae distulerat *Constantinus*, peregit; publicae enim per omnes prouincias solemnitates fuerunt; Episcopos igitur istos ad conuiuium splendidum vocauit, quasi sacrificium deo conueniens per illos deo oblaturus; ita describere non erubescit *Eusebius*, lib. 3, c. 15; quasi *imaginem regni Christi* fuisse et somnio quam veritati rem similiorem; addidit imperator, secundum cuiusque dignitatem munera; ad absentes autem episcopos epistolam misit, in qua se *conseruum*, συνθεραποντα nominat. Denique discessuros episcopos ad concordiam hortatus est, sermone graui et prudentiae teste: meminerint, non omnes homines λογων ὠφελειαν sentire; alios vitae sustentationem quaerere; alios patrocinium, alios munuscula; rarus est της ἀληθειας φιλος. Itaque omnibus se accommodare oportet, instar medici, vt salubris doctrina omni ex parte ab omnibus honoretur. *Euseb.* lib. 3. c. 21. Nempe ad prudentiam ea oratio recte composita est; scimus vel Christi exemplo, multos ei adhaesisse, quod famem aliquoties cibis suggestis restinxerat. Angelorum non est societas, sed hominum; iustus et genuinus religionis atque virtutis sensus paucorum tantum esse solet. Atque hac via, his artibus Romana olim ecclesia praecipue feliciter floruit. Supersunt autem canones *concilii* huius isti. 1. De abscissis, vel a se vel ab aliis. 2. De neophytis, ne statim fiant presbyteri aut episcopi. 3. De syneisactis mulieribus. 4. Episcopum nisi a cunctis, certe a tribus comprouincialibus episcopis ordinandum esse. 5. Excommunicatos in vna Eparchia non ab aliis suscipiendos esse; ideo duo per annum concilia, (vnum ante quadragesimam; alterum sub autumni tempus,) per ἐπαρχιας omnes habenda, vt sententiae latae iustitia possit discuti. 6. Τα ἀρχαια ἐθη κρατειτω, sic vt *Alexandrino* ep. potestas competat in *Aegyptum*, *Libyam* et *Pentapolin*; *quia et Romano* episcopo τουτο συνηθες ἐστιν, (vt *suburbicaria* loca et omnem prouinciam gubernet, sic codex *Iustelli.*)

 Simi-

Similiter *καὶ κατὰ τὴν Ἀντιοχείαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς ἐκκλησίαις* (*Metropolitanis.*) Nemo *χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου* fiat epiſcopus. 7. *Aeliae* epiſcopo, quia mos antiquus obtinet et vetuſta traditio, honor ſuus maneat, manente tamen metropolitani (Antiochiae) dignitate. 8. Qui a ſic dictis *καθαροῖς* (*Nouatianis*, Iſidor.) ad eccleſiam veniunt, impoſitione manus facta in clero maneant; oportet autem eos ſcripto profiteri, *ὅτι ἀκολουθήσουσι, τοῖς τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολ. ἐκκλησίας δόγμασι* (ſtatuta, Iſid.) e. g. bigamis communicare et lapſis; eorum etiam clericis proſpectum eſt; epiſcopus aut retinet nomen, aut locum chorepiſcopi, aut presbyteri nanciſcitur. 9. Si presbyteri *ἀνεξετάστως* promoti ſint, - 10. qui e lapſis ordinati ſunt, ſiue *κατὰ ἄγνοιαν*, ſiue per diſſimulationem ordinantium, deponantur. 11. Qui nihil eorum experti, quae ſub *Licinio* contigerunt, tamen praeuaricarunt: tribus annis inter audientes, 7 annis inter *ὑποπεσόντας*, 2 tandem ſine oblatione, in orationibus populo communicent. 12. Qui militiae cingulum poſuerint, ſed redeuntes ad proprium vomitum, vel pecuniis datis ambierint militiam: decem annis erunt inter *ὑποπίπτοντας*, poſt, tres annos inter audientes. 13. De his, quibus exodium inſtat; viatico ne careant, ex antiqua regula. 14. Catechumeni lapſi, tribus annis ſint inter audientes, poſtea cum catechumenis orent. 15. Ne de ciuitate ad ciuitatem transferatur epiſcopus, presbyter, diaconus; propter tumultus et ſeditiones, quae oriebantur, frequentes. 16. Qui temere a ſua eccleſia receſſerint clerici, non debent in aliam recipi; nec ordinari peregrinus, ſine Epiſcopi ſui venia. 17. Quia multi clerici auaritiam et turpe lucrum ſectantur centeſimam exigentes, aut *ἡμιόλια*, ſeu ſeſcupla: deiiciantur. 18. Ne diaconi amplius presbyteris euchariſtiam porrigant; aut *πρὸ τῶν ἐπισκόπων* euchariſtiam attingant. Nec ſedere licet diaconis in medio presbyterorum. 19. De *Paulianiſtis*, (a Paulo Samoſat.) qui ad eccleſiam veniunt, ſtatutum eſt: omnino eos rebaptizari debere; ſi

fuerint

fuerint iam clerici apud suos, si fuerint ἀμεμπτοι, post baptismum ordinari possunt a catholico ep. Similiter de diaconissis in hoc schemate; non habent χειροθεσιαν, ideo inter laicos reputantur. 20. In die dominica et diebus pentecostes non flectantur genua. Horum canonum ordo non est inter antiquos idem, nec numerus; licet non respiciamus ad canones LXXX, qui ex *arabico* latine habentur, a *Turriano*; aut 84, praeter istos 20, ab *Abrahamo Ecchellensi*, translatos. Inter Arabas etiam feruntur de monachis, decreta XV; ecclesiasticae variae constitutiones &c. ex iis, et praecipue ex historica praefatione *arabica* possunt quaedam non inutilia obseruari e. g. Paulianistis tribuitur, quod scripturarum loca *eraserint*. Nos iam de canonum ingenio parum liberali et πνευματικῳ nihil addemus; facile enim optimus quisque ipse sententiam tulerit. De canone autem VI longae lites enatae sunt, inde a superiori seculo; quam in rem, de *Dominis*, de *Marca*, *Salmasius*; *Sirmondus* (contra Salmasium, de *suburbicariis* ecclesiis) *Launoius*, (de recta nic. can. sexti intelligentia) *Lupus* in dissert. ad concil. tom. I. *Blondellus* &c. et, si quis breuibus vti velit, *Fridericus Spanhemius*, legendus, in triade dissertationum theologicohistoricarum; quarum prima est de primatu Papae et canone VI nic. duabus constans partibus. Eadem recusa, *hic ibi auctior*, titulo, de aequalitate et iuribus veterum metropoleon; in *quaternione* dissertationum. Facile de eo constat, primatum potestatis et iurisdictionis tam romano episcopo in ceteras ἐπαρχιας non tributum fuisse, quam *alexandrino* in istas alias ἐπαρχιας nihil licuit.

Incerti temporis est concilium *Eliberitanum*, quod videtur paulo ante hoc nicaenum habitum fuisse, a 19. episcopis, inter quos fuit *Hosius*, 26 presbyteris; diaconis et plebe adstantibus. *Canones* sunt 81, quidam argumenti non ignobilis. Multa praecipiuntur de poenitentia et communione, quae ad homines ethnicos referuntur; ethnicorum certe mores tanguntur. Porro, si virgines

pactum perdiderint virginitatis; propter copiam puellarum (filiarum) gentilibus non in matrimonium dandae ſunt; nec haereticis, nec Iudaeis; de epiſcopis et clericis *negotiantibus* (ad victum ſibi parandum mittant *filium* aut libertum, mercenarium &c.) ieiuniorum ſuperpoſitiones per omnes menſes, excepto Iulio et Auguſto. Energumeni nomen ad altare cum oblatione non recitandum: can. 34, placuit *cereos* per diem in coemeterio non incendi, inquietandi enim ſpiritus non ſunt; 35, ne feminae in coemeterio peruigilent, eo, quod ſaepe ſub obtentu orationis latenter ſcelera committant. 36. Picturas in eccleſia eſſe non debere, ne quod colitur et adoratur, in parietibus depingatur. 37. Qui immundis ſpiritibus vexantur, ſi in fine mortis conſtituti, baptizari placet; ſi fideles fuerint, dandam eſſe communionem. Prohibendum etiam ne lucernas hi (his?) publice accendant. 40. Vt poſſeſſores acceptum non referant, quicquid ad idolum datum (legatum) fuerit. 41. Vt fideles in quantum poſſunt, prohibeant, ne idola in domibus ſuis habeant; ſi vero vim metuunt ſeruorum, vel ſe puros ſeruent. 48. Ne qui baptizantur, nummos in concham immittant; ne ſacerdos pretio diſtrahere videatur, quod gratis accepit; nec pedes eorum lauandi ſunt a ſacerdotibus. 49. Ne poſſeſſores fructus ſuas patiantur a Iudaeis benedici, ne noſtram infirmam faciant benedictionem. 50. Nec fidelis cum Iudaeo cibum ſumat. 52. Qui libellos famoſos in eccleſia ponere inuenti ſunt, anathematizentur. 55. Sacerdotes, qui tantum coronam portant, nec ſacrificant, nec aliquid de ſuis ſumtibus ad idola praeſtant, poſt biennium ad communionem placuit admittere. 58. Vbique et maxime in eo loco, in quo *prima cathedra* conſtituta eſt epiſcopatus, vt interrogentur hi, qui communicatorias litteras tradunt, an omnia recte habeant. 59. Ne quis chriſtianus ad *idolum Capitolii*, cauſa ſacrificandi adſcendat et videat. 60. Si quis idola fregerit, et ibidem fuerit occiſus, placuit eum in numero martyrum non recipi. 61. Si quis ſororem vxoris ſuae duxerit, quinquennium abſtine-

abstinetur. 80. Ne liberti, quorum patroni in seculo fuerint, ad clerum promoueantur. 81. Ne feminae suo potius, absque maritorum nominibus, laicis scribere audeant, (litteras pacificas) quae fideles sunt; vel litteras alicuius pacificas ad suum solum nomen scriptas, accipiant. Canones *Arelatenses* non pauca mitiori sententia temperarunt, alia etiam addiderunt: vnde fere credi possit, *Eliberitanos* istos vetustiores esse; nisi statuamus, esse omnino antiquiores; et ibi demum publice repetitos, quibusdam nouis additis. Ita concil. *ancyrani* can. 21. *ὁ μεν προτερος ὁρος* &c. de re, quae in *Eliber.* c. 63. exstat, contra eas, quae partum necant. Con. arelat. 7. De praesidibus; qui fideles ad praesidatum prosiliunt, placuit, cum promoti fuerint, vt accipiant litteras ecclesiasticas communicatorias, ita tamen, vt ab episcopo cura de illis agatur. Ante *Nicaenum* solent etiam concilium *ancyranum* et *neocaesariense* recenseri, (*nomocan.* apud *Coteler.* tom. I. monum. graecor.) Atque constant et hi canones vario argumento, sed non eiusdem vetustatis. Canones *Ancyrani* multi de *lapsis* aut simili labe adspersis praecipiunt; canone 6, *νυν δε, παρα τον καιρον της συνοδȢ*, huius synodi tempore se obtulerunt conuertendi. Can. 10, diaconis, sub ipsam ordinationem, licet vxorum ducendarum veniam dare. 12. Qui ante baptismum sacrificarunt, possunt ad ordinem promoueri, *ὡς ἀπολȢσαμενοι.* 13. *Vicariis episcoporum*, quos chorepiscopos vocant, non licet ordinare diac. aut presbyt. (*Isidorus*) 14. Clerici, qui abstinent a carnibus, cum oleribus coctis. (vid. p. 127.) 15. Quae sine episcopo vendita sunt, *ἀνακαλεισθαι το κυριακον*, (redeant ad dominicum.) 15. *περι των ἀλογευσαμενων*, si ante annum 20, post annum 20 poenitentiae recipiuntur. Si exacta illa 20 annorum aetate, vxores habentes in hoc *ἁμαρτημα* incidant, 25 annis poenitentia &c. si post annum aetatis 50 et vxores habentes, demum in exodio communionem consequuntur. 17. Qui in masculis leprosi efficiuntur, (*λεπροι ἡ λεπρωσαντες*) statuit *sancta synodus*, esse inter *χειμαζομενȢς*,

qui a latinis energumeni, furiosi, agitati ex spiritu immundo, vocantur. 18. *παρθενιαν αθετεσαι*, inter *digamos* referuntur. Τας συνερχομενας παρθενες, ὡς αδελφας, prohibemus. 21. Quae *σπεδαζεσι φθορια ποιειν*, festinant abortiuum facere: ὁ μεν πρωτερος ὁρος μεχρις ἐξοδε ἐκωλυσεν, nos decem annorum poenitentiam tribuimus. 23. ἐπ' ακεσιων φονων, ὁ μεν προτερος ὁρος 7 annos, ὁ δε δευτερος, quinque. 24; qui καταμαντευονται, aut in domos suas tales homines inferunt, ἐπι ανευρεσει φαρμακειων, ἡ και καθαρσει, quinque annis. Ex *neocaesariensibus*. 1. Presbyter, qui vxorem duxerit, ταξιν suam amittit; 4. si quis proposuerit cum muliere concumbere, sed cogitatio non ἐλθῃ εἰς ἐργον, φαινεται, ὁτι ὑπο της χαριτος ἐρρυσθη. 6. Κυοφορεσαν, baptizari oportet, ὁποτε βελεται, ἐδεν γαρ ἐν τετῳ κοινονει ἡ τικτεσα τῳ τικτομενῳ, δια το ἑκαςε ἰδιαν την προαιρεσιν την ἐπι τῃ ὁμολογιᾳ, δεικνυσθαι. 7. Presbyteris conuiuio digamorum interesse non licet. 9. Si presbyter corporale peccatum admiserit ante ordinationem, et confessus fuerit, non offerat, μενων ἐν τοις λοιποις. τα γαρ λοιπα ἁμαρτηματα ἐφασαν οἱ πολλοι και την χειροθεσιαν αφιεναι, (alii, per manus impositionem posse dimitti reliqua peccata.) 14. chorepiscopi sunt εἰς τυπον των LXX. 14, diaconi septem esse debent κατα τον κανονα, si vel valde magna sit ciuitas. Incertissima autem sunt nomina subscripta, 19, vel 20, vel plura. *Gangrensis* concilii, contra *Eustathianos*, qui nuptias spernebant, ab ecclesiis se seiungebant; ecclesiae contraria facientes, (quaedam recte, martyria non amplius visitabant can. 20.) velut proprias leges secuti. can. 11, si quis contemnat *agapen*, (i. e. conuiuia pauperibus, *dionys.* exig.) facientes – anathema. 12. Si quis virorum continentium, pallio vtatur, quasi ex hoc δικαιοσυνην ἐχον, et despiciat eos, qui birris (βηροις) et aliis communibus vestibus vtuntur. Epistola imperatoris ad Synodum *Tyri* congregatam, (*Euseb.* lib. 4, de vita, c. 42. *Theodoret.* I, 29) claris verbis ius circa publica sacra eloqui-

tur:

tur: miſi *Dionyſium*, τον απο υπατικων, qui admoneat eos, qui adeſſe debent, et maxime ευταξιας ſit κατασκοπος; ſi quis ſpreto mandato noſtro adeſſe noluerit, delegabitur aliquis, qui iſtum regia auctoritate eiiciat, atque ſic doceat, ὁροις αυτοκρατορος υπερ της αληθιας, non decere repugnare. Ariani, *Theognis*, epiſcopus, et *Maris*, *Macedonius*, *Theodorus*, *Vrſacius*, *Valens*, vt contra Athanaſium accuſationes teſtimoniis confirmarent, ab iſtis *Tyri* epiſcopis in *Mareotis paroeciam* miſſi fuerant; quos praefectus Aegypti *Philagrius* (haud dubie non ſine imperatoris nomine,) adiuuit; epiſcopi Aegypti 47, et *mareotici* clerici epiſtolis ſuis ad Synodum Athanaſium defenſum ibant ab Arianorum iſtis calumniis. *Arium* imperator clementi epiſtola ad ſe euocauit, curru publico vſurum; eum, cum formula fidei imperatori obtuliſſet, (ſine ὁμοȣσιος, in qua rogat, vt abſciſſis ζητημασι et περισσολογιαις matri eccleſiae reſtituatur,) Imperator ſynodo Hieroſolymitanae commendauit, 335; epiſcopi in epiſtola ad Aegyptios epp. narrant, *Arium* cum ſuis, (cui imperator πιςεως ὀρθοδοξιαν ἐμαρτυρει,) in communionem eccleſiaſticam receptum; quem quaſi οἰκεια μελη τȣ σωματος ab aegyptiis ſuſceptum iri ſperant. Continuis autem accuſationibus *Athanaſium* *Euſebiani* et *Meletiani* apud imperatorem proſecuti ſunt; nec ceſſarunt etiam poſt exſulis ex *Galliis* reditum; de qua cauſſa epiſtola (ad omnes epp. et *Iulium* Rom.) *alexandrinae ſynodi* a. 340 exponit, quae multa ad hiſtoriam pertinentia, et *Athanaſii* ſtudioſam defenſionem complectitur; quaedam tamen haud dubie iuſto vehementius informata, e. c. iſtos ob *Athanaſianam* cauſſam, *Tyro* in Aegyptum miſſos epiſcopos militari ſatellitio ita vſos eſſe, vt *Alexandriae Gladii* in ſanctas virgines et fratres ſtricti, flagella pretioſis παρα θεω corporibus incuſſa fuerint, pedes plagarum vi claudicarint; gentilium adeo vulgus eas nudaſſe, verberaſſe; factum eſſe tempore ieiunii a coepulonibus epiſcoporum. *Antiochena* catholicorum Synodus 341, ex ſola orientis dioeceſi, (in *dedicatione*, ſeu *encaeniis*, latini addunt,)

can. I.

can. 1. ne quis recedat a definitione nicaena Paschatos; can. 5. ne quis seorsim altâre constituat; si ecclesiam perturbare non desinat, δια της ἐξωθεν ἐξȣσιας vt seditiosus corripiendus est. C. 10. *Chorepiscopus* subiectus sit ciuitatis episcopo; nec ordinet diac. aut presbyterum. C. 11. Nemo episc. aut presbyter, praeter veniam et epistolas episcoporum ἐν τῃ ἐπαρχια et praecipue metropolitani, adeat imperatorem; aliter honore suo priuabitur. C. 12. Similiter et qui fuerit ab episcopo aut synodo damnatus. C. 15. τελεια (plenaria) est illa synodus, cui etiam metropolitanus interfuerit. Can. 20. Bis quotannis synodi celebrentur; 1) post tertiam Paschatos hebdomadam, in media pentecostes. 2) Idibus (ἰδοις) octobris. C. 23. Ne quis episcopus, licet in vitae fine, successorem sibi constituat. C. 24. Propria episcopi mortui iis manent, quibus voluerit; ecclesiastica autem ecclesiae. C. 25. Ne episcopus res eccles. in suos vsus conuertat, aut domesticis suis, fratribus, *filiis*, permittat. Subscripsisse dicuntur episcopi XXX. Ad fratres, qui Antiochia *Iulio* miserant epistolam, respondit alia epistola post concilium Romae habitum 342, quam *Athanasius*, (qui *Romae* in communionem susceptus fuerat, cum *Marcello*, ancyrano,) in Apologia 2 aduersus Arianos refert; ex ea patet, *Iulium Eusebianos* vocasse ad concilium, quod illi grauiter tulerunt. Romae *Athanasius* annum et sex menses haesit, accusatores exspectans *Iulii* litteris accessitus; sed non est, quod quis miretur, illos ex oriente non venisse, cum inuiti Romano episcopo subiici non possent, per ipsam concilii nicaeni auctoritatem; cum non sine imperatoris auctoritate *Gregorius* in *Athanasii* locum missus fuerit, licet cum militibus; in introitu *Gregorii* scribit *Iulius*, ecclesiam incensam, virgines nudatas, monachos conculcatos, episcopos in carcerem coniectos, alios vim passos fuisse; sacra mysteria ab ethnicis in terram abiecta. Narrat *Iulius*, plurimos episcopos et presbyteros, ex *Thracia*, *Coelesyria*, *Phoenice*, *Palaestina* Romam ad concilium venisse; qui de suis eccle-

eccleſiis ſimilia conqueſti ſint. – – An ignari eſtis, *hanc conſuetudinem* eſſe, vt *primum nobis ſcribatur*, vt hinc, quod iuſtum eſt confici queat? — quae ab Apoſtolo *Petro* accepimus, ea vobis ſignifico. In eadem epiſtola aliquoties *canonum Apoſtolicorum* fit mentio, de quibus antea vix vmquam inauditum fuit; atque *Athanaſius*, qui leui quadam quaſi corporis inclinatione tantum perturbationum auertere poterat, ſi tantum patientiae et humilitatis collegerat, non parum loci et ſpatii dedit *Romanae* παντεπισκοπια. *Sardicenſe* concilium, cui non paruo, etſi incerto, numero epiſcopi, occidentales plerique, (orientales LXXX ab iſtis diſceſſerunt, quia *Athanaſii*, *Marcelli* et aliorum communionem occidentales abiicere nolebant,) interfuiſſe aut ſubſcripſiſſe dicuntur, anni fere 347, *Latinis* (graece enim ſerius demum translati fuerunt,) canonibus XXI celeberrimum fuit, quos non raro *nicaenos* ſolebant dicere. Videntur autem et hi e ſuperiorum temporum ſtatutis multa repetere; ſed et diuiſio canonum eſt apud *Mercatorem* alia, quam apud *Dionyſium* exiguum; *Afris* olim ignoti erant. Dubia et anceps cauſſa eſt huius concilii, quod *orientales* hic ſeorſim habuerunt; *Ariani* catholicis dici ſolent, qui ὁμοѕσιος anathemate ſ[illegible]ecerint; ſed ex odio atque vehementi in occidentalium, qui *Athanaſium* et *Marcellum* tuebantur, iura ſtudio, ſolent iſta iactari; nec nobis *Socrates*, nec *Auguſtinus* aliique imponant, qui ſanam *Orientalium* fidei formulam oculis ſuis non vſurparunt. Conqueruntur autem orientales, rem nouam per occidentales agi, vt quicquid forte ſtatuiſſent orientales, ab epiſcopis occidentalibus id retractari poſſet; atque ſic claris verbis canone 4 Sardic. *Hoſius* dicitur ſuaſiſſe: ſi quis ep. iudicatus fuerit, et putet ſe bona cauſſa vti, *ſi vobis placet*, (graece, *ſi veſtrae dilectioni placet*; igitur rem omnino nouam, inuſitatam antea hi inſtituunt; *Du Pin* de antiqua eccleſiae diſciplina, diſſert. 2. *Basnagii* annales ad annum 347. num. XI.) ſancti *Petri* memoriam honoremus, vt ſcribatur de ea re romano epiſcopo; hic quae decreuerit,

con-

confirmata erunt. Et canone 5. (aliis 4.) *Gaudentiu.* addit: cum aliquis ep. depoſitus fuerit - - et proclamaue-rit, agendum ſibi negotium in vrbe Roma: alter poſt eum epiſcopus non ordinetur, niſi cauſa fuerit in iudicio *Ro-mani epiſcopi* determinata. Similiter canone 7: ſi epiſco-pus deiectus fuerit ab epiſcopis regionis ſuae (ἐπαρχιας,) ſi confugerit ad Romanum epiſcopum &c. *Appellationis* nomine res poſtea venit: licet hic proprie tantum id romano ep. tribuant: vt iudicet, an *renouandum* ſit iudicium, ſeu ius *reuiſionis;* (*Petrus* de *Marca* concord. ſacerdot. et imperii lib. 3. c. 3.) Res vtique noua; cuius malignitas iam in *Athanaſii* et *Marcelli* cauſſa reperitur; itaque orientales, non fidem abiecerunt, quaſi Ariani, ſed iura ſua contra Romanum epiſcopum defenderunt. Poſtea romani epiſcopi, *Zoſimo* praeeunte, ad *nicaenam* ſynodum refe-runt, quae eſt tantum *Sardicenſis* diſciplina: nempe quia *Hoſius* vtrique interfuiſſe, atque *orientalium* Sardicenſis cauſſa cum *Arianismo*, per inuidiam, coniungi ſolebat a romanis; ſcilicet, qui Romanum *Iulii* de *Athanaſio* iu-dicium opponi ſuo nolebant, ſtatim Ariani dicebantur. Videtur et illud cum hoc augendae eccleſiaſticae poteſtatis ſtudio coniunctum eſſe, quod can. 8 *Hoſius* animaduertit, in eos, qui non ceſſant ad comitatum ire, *maxime Afri;* c. 9, vt ad metropolitanum in poſterum diaconus mittatur, qui iam ſua auctoritate diaconum muniat; additur ſtatim, ſi *Romam* venerit, vt hic epiſc. prius examinet, et tum cu-ret perferri ad comitatum. C. 13, ſi forte diues, aut ſcholaſticus de foro aut ex adminiſtratore fuerit epiſcopus poſtulatus, non prius ordinetur, niſi ante lectoris, diac. et presbyteri fuerit munere functus. Can. 14. videtur mentio fieri concilii *eliberitani* cap. 21, memini (*Hoſius*) *ſuperiore concilio* fratres noſtros conſtituiſſe, ſi quis laicus tres dominicas non celebraſſet conuentum &c. ſic nec epi-ſcopus diutius commoretur apud alium in alia vrbe, eum-que, ſi indoctior ſit, contemnat. C. 18. 19 graeci, la-tine non exſtant; agunt de *Muſaeo* et *Eutychiano.* In

epiſtola

epiſtola Synodi ad *Iulium* dicitur: hoc *optimum* et valde congruentiſſimum *eſſe* videbitur, (igitur antea non obſervari ſolebat,) ſi *ad caput*, i. e. ad *Petri* apoſtoli ſedem de ſingulis quibusque prouinciis domini referant ſacerdotes — Tua prudentia diſponere debet, vt per tua ſcripta, qui in *Sicilia*, *Sardinia* et *Italia* ſunt fratres noſtri haec cognoſcant. (Nempe ſub *Prouincia Italiae* fuit *Sicilia* et *Sardinia*; atque intelliguntur ſub Italia, *Thuſcia*, Vmbria, *Rhetia* prima, ſecunda &c. non vero ceterae omnes prouinciae ſub praefecto Praetorio Italiae, *Illyricae* et *Africae.*) In *Athanaſii* apologia 2da habentur epiſtola Sardicenſium ad eccleſ. Alexandrinam; et alia ad omnes epiſcopos, ex latino graecae; quibus *Athanaſius* defenditur et *Marcellus.* Contra apud *Hilarium* exſtat decretum Synodi *orientalium*, quod miſerunt ad *Africam:* in qua *Marcelli* haereſis deſcribitur; contra *Athanaſium* atrocia multa narrantur: deſperationi tribuens totum per vim, per caedem, per bellum alexandrinorum baſilicas depraedatur; - vt barbarus hoſtis adductis gentilium populis dei templum incendit, altare comminuit, et clam exit de ciuitate. *Marcelli* poſt reditum fuerunt domorum incendia - nudi ab ipſo ad forum trahebantur presbyteri, conſecratum domini corpus, *ad ſacerdotum colla ſuſpenſum*, palam publiceque profanabat, virgines Deo et Chriſto dicatas publice in foro -- horrenda foeditate nudabat. Similia de *Aſclepii* et *Lucii*, epiſcoporum, reditu referuntur, *Lucius* Adrianopol. ſacrificium canibus proiiciendum iubebat. -- *Athanaſius* -- poſt mortem aliquorum accuſatorum, teſtium iudicumque, credidit ſe poſſe denuo audiri, quod eius flagitia vetuſtas temporis obſcuraret -- inde narrant, quae apud Serdicam euenerint -- immenſa confluxerat multitudo ſceleratorum omnium et perditorum de Conſtantinopoli et Alexandria; rei homicidiorum, latrociniorum et nefandorum criminum, - hos ſecum omnes collectos habuerunt *Hoſius* &c. - primatus eccleſiae contra fas appetentes - quaerunt eccleſiae principatum, quaſi aliquod tyrannidis regnum.

Sunt

Sunt autem parum meliora, quae aliis in prouinciis reperimus. *Carthaginenſe* concilium 348 ſub *Grato*; can. 1. de rebaptizatione; locum non habet in iis qui in nomine trinitatis interrogati fuerunt; c. 2. martyrum dignitatem nemo infamet, nec ad paſſiua corpora - redigat. C. 3. Vt nullis liceat cum extraneis pariter commorari, propter blasphemiam eccleſiae. - Si laici ſunt - a communione ſeparentur. (ergo et laici talem ſanctimoniam et virginitatem prae ſe ferebant.) C. 4. Etiam qui cum viduis commorantur. C. 5. Occurrit: memini in ſanctiſſimo concilio (*Sardicenſi*) ſimiliter ſtatutum, non licere clericum alienum ab aliquo ſuſcipi ſine litteris epiſcopi. Tamen alibi negant Afri, iſtos ſe canones amplecti. C. 6. Ne clerici actus vel procurationes ſeculares ſuſcipiant. In ceteris magis adhuc tenuia definiuntur. Incerti anni eſt *concilium laodicenum*, ſub 370 ſeqq. referri ſolitum; in eo canones 59. editi dicuntur. C. 5. Graecus, (lat. 4.) *χειροτονιας* non fieri debere *ἐπι παρουσιᾳ ἀκροωμενων*. 7. Qui ab haereticis veniunt, *Nouatianis*, *Photinianis*, Teſſarescaedecatitis, non ante ſuſcipiuntur, quam anathematizent. 8. *Cataphrygae* etiam baptizandi. C. 9. Eccleſiae hominibus non licet ire in martyria haereticorum *ἐυχης ἠ θεραπειας* cauſſa, 10, nec ſuas filias aut filios illis iungere. C. 11, *πρεσβυτιδας, ἠτοι προκαθημενας*, (apud nos, viduae ſeniores, vniuirae et matriculariae, *Iſidorus*;) non licet in eccleſia ordinare. C. 13, non permittendum eſſe *τοις ὀχλοις*, electionem facere *ἐις ἱερατειον*. C. 15. Non licet, praeter *canonicos* Pſaltas, (qui *τον ἀμβωνα* conſcendunt et *ἀπο διφθερας* canunt,) alios quosdam in eccleſia canere. 16. In *Sabbato* euangelia cum aliis ſcripturis legere conuenit. C. 17. Non continuandi ſunt pſalmi, (i. non licet in *proceſſionibus* ex diverſis verſibus et ſenſibus libri vnum canticum coniungere; *Iſidor.*) in conuentibus, *ἀλλα δια μεσον καθ᾽ ἑκαστον ψαλμον γινεσθαι ἀναγνωσιν*. 18. Eandem *λειτουργιαν*, (officium idem) *των ἐυχων* ſemper et in *nonis* et in *veſperis*

fieri

fieri oportet. 19. Quod oporteat post allocutiones episcoporum orationes super catechumenos celebrare; his egressis, super poenitentibus; atque his discedentibus, fidelium tres orationes fieri; primam, per silentium; secundam et tertiam δια προσφωνησεως πληρȣσθαι. Ita pacem sibi dabunt; episcopus presbyteris, laici inde sibi; ita iam ἐπιτελεισθαι την ἁγιαν προσφοραν. Solis autem ἱερατικοις licet in altare ingredi, et ibi communicare. 20. Non sedeat diaconus praesente presbytero, nisi iusserit; atque sic diaconos oportet ἐχειν τιμην ὑπο των ὑπηρετων, (subdiaconis,) 21. 23. ὑπηρετας non licet locum in diaconico habere, aut vasa dominica attingere; nec orarium ferre, aut τας θυρας relinquere; nec lectores orario vtantur aut Psaltae. 26. Non licet exorcizare iis, qui nondum sunt προαχθεντες ὑπο ἐπισκοπων, nec in ecclesiis nec in domibus. 27. Ex agapis non licet partem secum auferre; 28. agapae ne fiant in ecclesiis, aut ἀκκȣβιτα sternantur. 29. Non oportet iudaizare et in Sabbato vacare; anathema iis, qui iudaizant. 31. Non oportet nuptias inire cum haereticis, sed accipere filios et filias, si promittant *Christiani* fieri. 44. Post duas hebdomadas quadragesimae, non licet quemquam ad baptismum suscipi. 47. Qui ἐν νοσῳ baptizati sunt, inde sani facti discant symbolum. 48. Baptizatos oportet etiam *Chrismate* caelesti Χριεσθαι, vt participes fiant regni caelestis. 49. Non oportet in XL panem offerri, nisi sabbato et dominica. 50. Non oportet in XL quintam feriam vltimae hebdomadae soluere (ieiunium) sed per omnes dies νηςευειν ξηροφαγȣντας. 52. Non licet in XL nuptias aut γενεθλια celebrare. 53. Non licet christianis ad nuptias euntes βαλλιζειν (κυμβαλα κτυπειν, ballare,) vel saltare. 54. Clericos non licet θεωριας θεωρειν ἐν γαμοις, sed antequam θυμελικοι ingrediantur discedere. 55. Non oportet ἐκ συμβολης συμποσια ἐπιτελειν. 57. Non oportet in villis et vicis episcopos constituere, sed περιοδευτας. 59. Non oportet psalmos ἰδιωτικȣς (plebeios, seculares cantilenas,)

in ecclesia dicere. 60. Quaenam βιβλια legere oporteat V. T. — *Ruth*, *Esther*, Regnorum, 1. 2. 3. 4. Paralip. 1. 2. Esdrae. 1. 2. -- canticum. Iob. 12. prophetae. Ezech. Dan. N. T. - - Actus. catholicae 7. Pauli 14. Missis minoris momenti conciliis, *carthagin.* 2. anno 390. c. 2. vt omnes, qui sacramenta contrectant, ab vxoribus se abstineant. 3. Vt chrisma, reconciliatio poenitentium, nec non puellarum consecratio a presbyteris non fiant. 6. Vt is, qui aliquibus sceleribus irretitus est, vocem non habeat accusandi episcopos. 8. Si presbyter, ab episcopo suo excommunicatus, aliud altare erigat. - 9. De presbyteris, qui inconsulto episcopo in domiciliis agunt *agenda.* 12. Ne sine primatis praecepto ordinetur episcopus. In concilio *taurinate* statuunt: vt *Proculus*, massil. ep. tamquam primas, seu metropolita ecclesiis narbonensibus praesit, dum viuit; licet vnitate prouinciae non teneantur, tamen pietatis adfectu. C. 2. Episcopi *arelatensis* et *viennensis* certant de primatu; definitum est, qui probauerit suam *ciuitatem* esse metropolin, habeat primatum. 8. Qui in ministerio filios genuerunt, ad altiores gradus non adscendant. Carthag. 3. anni 397. c. 1. obseruatio paschalis a carthaginiensi ecclesia petenda est. c. 2. concilium anniversarium vniuersale. 4. Vt lectores populum non salutent. 5. Per paschales dies sacramentum catechumenis non detur, nisi solitum (*sal.*) 6. Vt corporibus defunctorum eucharistia non detur. 9. Quisquis clericus, relicto ecclesiastico iudicio, *publicis iudiciis* purgari maluerit, etiam si pro ipso prolata fuerit sententia, locum suum amittat. 13. Vt clerici in eos, qui catholici Christiani non sunt, etiamsi consanguinei sunt, per donationes nihil conferant. 18. Vt episcopi, presbyteri, diaconi, non ordinentur, priusquam omnes, qui sunt in domo eorum, christianos catholicos fecerint. 21. Clericorum nomen etiam lectores, psalmistae, et ostiarii retinent. 23. Vt nemo in precibus vel patrem pro filio, vel filium pro patre nominet, et cum altari assistitur, *semper* ad *patrem* dirigatur oratio.

26. Vt primae sedis non appelletur princeps sacerdotum aut summus sacerdos. 28. Vt episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consulto primate cuiusque prouinciae, a quo formatam accipiant. 29. Vt sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur. Si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat. 32. Si poenitentis publicum crimen est, *ante absidem* manus ei imponatur. 33. Vt *virgines sacrae*, cum parentibus priuatae fuerint, *a quibus custodiebantur:* in monasterio virginum commendentur. 34. Vt aegrotantes, si per se respondere non possunt, baptizentur, cum sui, periculo proprio dixerint testimonium voluntatis eorum. 39, tres episcopi ad ordinationem sufficiunt; nam et in hac ecclesia crebro ac paene per diem dominicam ordinandos habemus. 42 - Plerique tumidi atque stolidi aduersus suos episcopos ceruices erigunt presbyteri, vel conuiuiis sibi conciliantes plebem. 44. *Epigonius* dixit: *Iulianus* eum, qui a me est baptizatus cum esset puer egentissimus, qui multis annis a me alebatur, et a me lector factus erat, me inconsulto illum diaconum ordinauit. Respond. nisi reddat, separatus a nobis - 47. Sunt autem canonicae scripturae - iudicum, Ruth, regnorum 4, paralipom. 2. Iob, Psalterium, Salomonis libri quinque; 12 prophetae minores; Isaias, Ierem. Ezech. Daniel; *Tobias*, *Iudith*, *Esther*, *Esdrae* libri 2, *Machabaeorum* 2. N. T. 4 Euang. actuum liber; Pauli epistolae 13, eiusdem ad Hebraeos vna; *Petri* 2; *Ioannis* tres; *Iudae* vna; Iacobi, Apocalypsis. (Addit vetustus codex: fiunt igitur libri 27, ita vt de *confirmando isto canone* transmarinae ecclesiae *consulantur.*) Hoc etiam fratri *Bonifacio*, rom. vel aliis earum partium episcopis, *pro confirmando isto canone*, innotescat, quia a patribus ista accepimus in ecclesia legenda. Liceat etiam legi *passiones* martyrum, cum anniuersarii dies eorum celebrantur. 48. De *donatistis* et infantibus apud eos baptizatis; possunt prouehi sacri altaris ministri. - De *sacrificiis* inhibendis

 post

poſt prandium, vt a ieiunis offerantur. *Carthag.* 4. anni 398. capitulum 1. Epiſcopus ordinandus antea examinetur, ſi natura ſit prudens - ſi in fidei dogmatibus exercitatus, - ſi ſingularem quamque in trinitate perſonam plenum deum - Chriſtus homo verus - animam humanam rationalem habens - - ſi in baptismo omnia peccata, tam illud *originale contractum*, quam illa, quae voluntariae admiſſa ſunt, *dimittantur.* 2. Duo epiſcopi teneant euangeliorum codicem ſuper caput eius, et vno ſuper eum fundente benedictionem, ceteri epiſcopi manibus ſuis caput eius tangant. 3. Si *presbyter* ordinatur, epiſcopo benedicente caeteri presbyteri manus ſuas iuxta manum epiſcopi ſuper caput eius teneant. 5. *Subdiaconus*, manus impoſitionem non accipit; patenam de manu epiſcopi accipit vacuam et calicem vacuum; de manu vero *archidiaconi*, vrceolum, aquimanile et manutergium. 6. *Acoluthus*, ab epiſcopo docetur, qualiter in officio agere debeat; ab archid. accipit ceroferarium cum cereo, vt ſciat, ſe ad accendenda eccleſiae lumina mancipari; accipiat et vrceolum vacuum, ad ſuggerendum vinum in euchariſtiam ſanguinis Chriſti. 7. *Exorciſta* cum ordinatur, accipit de manu epiſcopi *libellum*, in quo ſcripti ſunt exorcismi; dicente epiſcopo: accipe et commenda memoriae, et habeto poteſtatem *imponendi manus* ſuper energumenum, ſiue baptizatum ſiue catechumenum. - *Oſtiarius* - ad ſuggeſtionem archidiaconi tradat ei epiſcopus claues eccleſiae de altario - 12. Viduae vel *ſanctimoniales*, quae ad miniſterium baptizandarum mulierum eliguntur, tam inſtructae ſint, vt poſſint apto et ſano ſermone docere *imperitas et ruſticas mulieres*, qualiter interrogatae baptizatori reſpondeant, et qualiter, accepto baptismate, viuant. 13. Sponſus et ſponſa cum benedicendi ſunt a ſacerdote, a parentibus ſuis vel paranymphis offerantur; cum benedict. acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipſius benedictionis, in virginitate maneant. 16. Vt Epiſcopus gentilium libros non legat, haereticorum autem pro neceſſitate temporis. 24. Sacerdote verbum

faciente

faciente in ecclesia, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur. 35. Vt episcopus in ecclesia et in consessu presbyterorum sublimior sedeat; intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat. 36. Presbyteri, qui per dioeceses ecclesias regunt, a suis episcopis, non per iuniorem clericum, sed aut per ipsos aut per illum, qui *sacrarium* tenet, ante paschae solennitatem *Chrisma* petant. 41. Vt diaconus tempore oblationis tantum vel lectionis *alba* vtatur. 52. Clericus victum et vestimentum sibi artificiolo vel agricultura, absque officii sui detrimento, paret. 55. Episcopus accusatores fratrum excommunicet; si emendauerint vitium, recipiat ad communionem, non ad clerum. 71. Conuenticula haereticorum non ecclesia, sed conciliabula appellantur. 76. Qui poenitentiam in infirmitate petit, si casu, dum sacerdos venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesin versus fuerit: dent testimonium, qui eum audierunt; *si continuo creditur moriturus*, reconcilietur per manus impositionem, et *infundatur ori eius eucharistia.* 79. Poenitentes, si casu in itinere vel in mari mortui sint, vbi eis subueniri non possit, memoria eorum et orationibus et oblationibus commendetur. 81. Mortuos ecclesiae, poenitentes efferant et sepeliant. 84. Vt episcopus nullum prohibeat ingredi ecclesiam, et audire verbum dei, siue gentilem, siue haereticum, siue Iudaeum, vsque ad *missam catechumenorum.* (Constitut. apostol. lib. 8. C. 6.) 85. Baptizandi nomen suum dent, et diu abstinentia vini et carnium ac manus impositione crebra examinati, baptismum percipiant. *Neophyti aliquamdiu* a lautioribus epulis, spectaculis et coniugibus abstineant. 88. Qui die solemni, praetermisso ecclesiae conuentu, ad spectacula vadit, excommunic. 90. omni die exorcistae energumenis manum imponant; pauimenta domorum dei energumeni verrant; 92. energumenis, in domo dei adsidentibus, victus quotidianus per exorcistas ministretur. 93. Oblationes dissidentium fratrum nec in *sacrario* nec in *gazophylacio* recipiantur.

95. Qui *oblationes* defunctorum aut negant eccleſiis aut cum difficultate reddunt, excom. 96. Quaerendum in iudicio, cuius ſit conuerſationis et fidei, is qui accuſat, et qui accuſatur. 98. Laicus, praeſentibus clericis, niſi his iubentibus, docere non audeat. 100. Mulier baptizare non praeſumat. 102. Ad reatum epiſcopi vel presbyteri pertinet, ſi ſuſtentandae vitae cauſa adoleſcentiores viduae vel ſanctimoniales clericorum familiaritatibus ſubiiciantur. 104. Si viduae adhuc in minoribus annis poſitae, ſe *deuouerunt* domino, et *laicali veſti abiecta*, ſub teſtimonio epiſcopi et eccleſiae religioſo habitu apparuerint, poſtea vero ad nuptias tranſierint — ſine chriſtianorum communione maneant, *nec in conuiuio* cum chriſtianis communicent. Haec fere ſunt potiora, quae e conciliorum huius ſeculi canonibus recenſeri videbatur operae pretium; e quibus multa ad ſtatum eccleſiae internum et externum facile et ſatis recte licet colligere.

CAP. IV.

De Haereſibus.

Quae iam antea (p. 121.) de ſchismate *Meletiano* et *Donatiſtarum* breuiter diximus, non repetimus hoc capite; niſi, vt in memoriam reuocemus *Meletianas* lites, quarum pars et *Arius*, olim diaconus, fuerat, inde a *Petro* epiſcopo ad nicaenum vsque concilium perduraſſe; *Colluthum* etiam aliquem presbyterum φιλαρχιαν affectaſſe, accuſantem *Arium*, *Achillam* et ſocios; *Arium* vero, indignatum ob Χριστεμπορειαν, (*Colluthus* peculiares coetus collegerat,) nec ipſum vltra eccleſiae ſubiectum eſſe voluiſſe; iſta fere ex *Alexandri* ep. alex. epiſtola colliguntur, qua ſignificat, *Arium* a ſe eccleſia eiectum fuiſſe; alteram epiſtolam ad conſtantinopolitanum *Alexandrum Theodoretus* lib. 1. c. 4. habet; alteram ad epiſcopos omnes, *Socrates* lib. 1. c. 6. Fatetur Epiſcopus aegyptius, ſe ad omnes vbique epiſcopos litteras ſuas transmiſiſſe; nihil

autem

autem narrauit, de occasione litium propiori. Scribit autem *Socrates*, 1, 5, φιλοτιμοτερον ἐθεολογει Alexander, in consessu omnium presbyterorum et clericorum suorum, ἐν τριαδι μοναδα εἰναι φιλοσοφων; reposuit *Arius*, in *Sabellii* hypothesin ratus Episcopum deuenturum; inde locus rixis, fuit autem *Arius presbyterorum* primus, statim post Episcopum; quem et *Philostorgius* tradit, episcopatus honorem vltro ad *Alexandrum* detulisse; atque iam ex eo tempore *Alexandriae* episcopi amicos ὁμουσιον filium pro concione celebrasse. Sed omissis incertis rebus, addimus, episcopum in concilio Centum fere episcoporum *Arium* excommunicasse; ita ipse narrat in epistola apud *Socratem*; etiam *tomum* (synodalem) adiecit; vid. *Montfauconii* collectio noua; animaduers. 6. in vitam *Athanasii*. Et quidem eo se adductum, φιλοτιμια *Eusebii*, nicomediensis, (ibi *Constantinus* solebat palatio vti,) qui (νομισας ἐπ᾽ αὐτω κεισθαι τα της ἐκκλησιας) hos homines commendauerit. Recte iudicauit *Socrates* his epistolis, quas *Alexander* ad episcopos ἁπανταχου κατα πολιν etiam *Romam*, miserit, malum in deterius adhuc versum fuisse, et φιλονεικιαν episcoporum excitatam. Liceat autem et nos statuere, Alexandri Zelum, pro iuribus suis in sua ἐπαρχια in *presbyteros*, qui displicebant, forte vehementius iusto adhibuisse, cum *Arius* longa illa istius *Eusebii* aliorumque familiaritate, inde a *Luciani*, antiocheni, schola, vteretur; possit adeo inuidiae suspicio aliquem locum habere, cum aegre ferat Eusebium ex berytensi *nicomediae* episcopum factum fuisse. In epistola apud *Theodoretum canon apostolicus* 31. ab eo excitatur; antiquissima forte mentio; modo et istae epistolae satis ingenuae sint; mirum certe est, quod inuitatio clericorum Mareoticorum ad deiectionem *Arii* et sociorum, in codice *regio parisino* 2417 ab *Harduino* (et *Montfauconio* in opp. *Athanasii*) descripta fuit, cuius tamen nemo olim mentionem fecit; quaedam φρασεις adeo plane cum *Athanasianis* conueniunt; etiam ista indignatio in mutatum episcopatum, quod

tamen ſine imperatoris nutu fieri non potuit; fuerat autem antea presbyterorum fere aequalis poteſtas, (vid. paruae molis libellus; de antiquo iure presbyterorum in regimine eccleſiaſtico, auctore Claudio *Fonteio. Taurini* 1676.) quae huius ſeculi legibus et canonibus fuit ſublata. Videtur autem canon nic. 5 ad hanc cauſſam excommunicati *Arii* reſpicere, a qua et ἐπαρχιων defenſa iura non ſunt aliena. Ex *Arii* epiſtola ad Alexandrum, quam *Nicomediae* ſcripſit, patet, *Arium* cum aliis υἱον dixiſſe γεννημα patris προ χρονων αἰωνιων, ſed, vt a *Valentini* προβολη differret, nec μερος ὁμȣσιον fingeretur, addidit, θεληματι ἰδιῳ, reiecit ſimul *Sabellii* ὑιοπατορα, et *Hieracae* deſcriptionem, ſicut lumen de lumine aut ex vna face duae, per ἀποῤῥοιαν. Tres eſſe ὑποςασεις, τον θεον ſeu patrem ἀρχην τȣ υἱȣ, a quo habet εἰναι, ζην et τας δοξας. In epiſtola, quae ante iſtam ad *Euſebium* nicomed. ab *Ario* miſſa eſt, ſcribit: orientales omnes epiſcopi ſic ſentiunt, ὁτι προϋπαρχει ὁ θεος τȣ υἱȣ ἀναρχως, paucis exceptis, qui ſunt ἀκατηχητοι. Epiſcopus nos vrbe eiecit, quia dicimus filium habere ἀρχην, non vero patrem; filium eſſe ἐξ ȣκ ὀντων, nempe non pars dei, non ex ὑποκειμενȣ τινος. Similia in *Euſebii* nicomed. epiſtola ad *Paulinum*, Tyri epiſcopum; *Theodor.* 1, 6. Nec *Conſtantini* per *Hoſium* ad *Alexandrum* miſſa epiſtola veſtigia continet ſententiae ſecundum *Alexandrum*, ex antiquitatis quaſi iure, ferendae; licet in concilio nicaeno ſecundum plurium, qui ex occidentalibus praecipue rem vrgebant, numerum perlata fuerit, vt ὁμȣσιος diceretur filius τω πατρι. Ad hiſtoriam *ſymboli* pertinet *Euſebii* caeſar. epiſtola, apud *Theodoretum* 1, 12. atque *Socratem* etiam; ex ipſo *Athanaſio*, cuius libro de decretis nicaenae Synodi addita eſt. Imperatoris auctoritate addita fuit *Euſebii* formulae ὁμȣσιος, (ſic hic narrat *Euſebius*;) haud dubie in gratiam *Alexandri* et ſociorum; de qua re iam antea convenerat, cum *Alexander* ipſe *Nicomediae* cum *Hoſio* ageret; *Philoſtorg.* lib. I. apud *Photium.* Non deſunt

veſtigia

vestigia alia, quae *latinum* additamenti illius auctorem fere ostendunt; ἐν τῃ γῃ, ὑποςασις idem ac ἐσια, (*substantia*). Pacis caussa, scribit *Eusebius*, concessimus ἐκ της ἐσιας, (tamen non vt μερος,) ὁμοεσιον, (quod oppositum est ei orationi, ἠν ὁτε ἐκ ἠν, *simul cum* patre est,) ἐ ποιηθεντα, filius est κρειττονος ἠ κατα παν ποιημα ἐσιας, (sed non numero eiusdem;) sed ea pax hac via obtineri non potuit, quam tantum virtus et liberalis pietas conciliare debebat. In *Aegypto* adeo (*Socrat.* 1, 23 seq.) de ὁμοεσια variae voluntates; quia nomen istud veteri inuidia non carebat. Dederat hoc imperator tempori, vt *Arium*, *Eusebium* nicom. et *Theognin*, nic. locis suis cedere iuberet; sed paulo post, 327 fine, *Arium* et aliquot menses post, etiam hos episcopos restituit, eisque vel hoc indulsit, vt scriptis aduersam partem oppugnarent; (*Socrat.* 1, 23.) praecipue iam *Athanasianae* turbae oriuntur. Descripsit quidem *Socrates* c. 14 formulam μετανοιας, qua *Eusebius* et *Theognis* impetrarint restitutionem suam; eam etiam *Sozomenus* repetit; sed falsam esse et ὑποβολιμαιαν scriptionem, (vt numero multae aliae sunt in caussis huius generis,) ostendit auctor *Apologiae* sociorum *portus regii*, (Antiiansenistae enim vel isto exemplo vsi erant, vt conficerent, penes ecclesiam esse infallibilitatem etiam in iudicio de *factis*,) parte 4. c. 9. consensit etiam *Tillemontius* et *Natalis Alexander*. In Synodo *Antiochena* anni fere 328 *Eustathius* gradu deiectus fuit; si *catholicos* et *Athanasium* audimus: hanc vnam ob rem, quod *Sabellianus*, (i. e. *homousianus*) esset; *Arianos* autem hac specie vsos, vt dicerent, eum male de *Helena* locutum. Imperatoris intercessit auctoritas; atque *Socrates*, *Sozomen.* *Theodoretus*, *Hieronymus* commemorant, fuisse mulierem, quae ex episcopo filium suscepisse se diceret. *Eusebium* caesar. poscebat pars populi successorem, sed renuit; ne turbae in vrbe augerentur; imperatore hoc collaudante, (libro 3 de vita Constant. c. 61.) ad hanc *synodum*, cui 2 comites intererant, scripsit

K 5 Con-

Constantinus, c. 62. Interea *Arius* dicebatur iniuste eiectus esse, siue *Constantia* moribunda id per *arianum* presbyterum adiuuerit, siue Imperator dissensionum pestem oppressurus rem ipse promouerit. *Athanasio* litteris suis imperat, vt *Arium* admittat ad ecclesiam, quia formulam fidei dederat satis bonam; (et in dominum Iesum Christum, filium eius, προ παντων των αἰωνων γεγεννημενον θεον λογον); cum non pareret *Athanasius*, et altera pars accusationibus non parceret, iudicium de *Athanasio* imperator, prius *Dalmatio*, censori Antiochiae demandatum, ad Episcopos detulit, quos *Hierosolymam* coire iusserat, ad encaenia; illi antea *Tyri* de *Athanasii* caussa agere instituunt, vt *encaenia* eo maiori cum laetitia et consensu celebrarentur, anno 335, in decennalibus, quae anno vno anticipata fuerunt. Praeerat LX episcopis *Dionysius* exconsularis; hic ineptiae de *Arsenio*; *Macarius* Athanasii presbyter, ob Ischyrae presbyteri turbatum sacerdotium, vinctus adductus fuit; quinque episcopi (vid. p. 193.) ad mareoticos missi, vt in rem inquirerent; *Athanasius* igitur clam se subduxit; cum iam hi deposuerunt, quod iudicium deseruisset; subscripsit ipse *Arsenius*, *Arius* &c. Interea litterae imperatoris iubent episcopos *Hierosolymam* proficisci; ibi *Arius* publice susceptus et *alexandrinis* adeo commendatus fuit, παντος ἐξορισθεντος φθονȣ. Nouis litteris significat imperator, *Athanasium* sibi *Constantinopoli* occurrisse, et flagitasse, vt accusatores coram rem agerent; iubet igitur episcopos ad comitatum venire; (στρατοπεδον); plerique autem episcopi domum redierunt, *Eusebius*, *Theognis*, *Maris*, *Patrophilus*, *Vrsacius*, *Valens* regiam in vrbem veniunt: noua accusatione vsi, *Athanasium* comminatum, facturum se, vt ne *alexandriâ* constantinopolin frumentum mitteretur. Imperator, vt pacem adiuuaret, *Athanasium* in *Gallias Treuerin* ablegauit, sub anni 336 initium. Ista historiae primordia sufficiunt nobis; ceterum scimus, longo tempore post, per orientem, Imperatorum fauore *Arianos* praecipue vsos

fuisse,

fuisse, quemadmodum imperii sub occidentem solem pars *catholicos* tueri solebat; atque videtur vel *Constantinus* hoc innuere, occidentales iam diu hanc opinandi consuetudinem sequi, cum *Athanasium* in *Galliam* misit. Anno 336 *Arius*, Constantinopolin Alexandria euocatus, viscerum effusione periit; *Constantinus* autem 337 vitae finem fecit, ab *Arianis* iam demum baptizatus. *Constantius* per orientem *Arianis* ita fauit, vt post *Constantini* et *Constantis*, qui *Athanasianam* partem tuebantur, fata non sine vi *arianam* sententiam promouerit; *Liberii* certe exemplo hoc patet, romani episcopi, qui anno 357 tandem exsilii taedio in hanc partem pertractus fuit. Ingens calamitas late per christianum orbem propagata fuit, cum ὁμοϛσια in duas partes hostiles animos ita diuisit, vt insana religionis specie vtrimque in continua bella exarserint. Nempe huius turpitudinis atque malignitatis exemplum praciuit *Christus*, qui omnem ἐχθραν amotum iuit, vt e Iudaeis, vtcunque sentirent quam alii inuenustius, et ethnicis nouus homo vnus, christianus, coiret? *Paulus* istam vehementiam suasit, qui omnia omnibus esse studuit? Ad *Arianorum* historiam domesticam pertinent multae *Synodi*, quas *Athanasius* (libro de *Synodis*) partim recenset partim exagitat, quod tam multa *symbola* ediderint. Πρωτοτοκος πασης κτισεως semper, cum aliis quibusdam scriptoribus, referunt ad descriptionem ἀχρονϛ originis filii; (*Gregor. Nyssenus* autem explicat, hanc phrasin, cum *Marcello*, quae fit per Euangelium) in εγκαινιοις *Antiochiae*, 341; in formula *Theophronii*, *tyanensis*, etiam *Marcello*, ancyrano, *Sabellio* et *Paulo* anathema dicitur; qui cum *Paulo*, *Asclepa*, *Lucio*, *Romam* discesserant; eo et *Athanasius*, qui interea redierat, cum *Gregorius* Alexandriae episcopus militari manu imponeretur, fugiens venit. Eminuit praecipue formula μακροςιχος, ex solo patre genitus est &c. quae satisfacere poterat ad vnionem ecclesiarum, nisi animorum impotentia obstitisset; *Photinum* etiam hic damnat; filius fuit, cui pater dixit, facia-

mus

mus homines; filius apparuit patriarchis. Credimus i παντελειον τριαδα, patrem, filium et spiritum S.) Formula *Sirmiensis* 357, contra *Photinum*, est fere eadem ac *Antiochena*, aut μακροςιχος, licet *Athanasius* qua multum diuersam repetat; anathemata multa singulis carminibus addita sunt; *Latina* firmiensis, eiusdem anni, e ipsa ingenii non mali, licet ὁμοουσια non exprimatur; ex ea illud obseruamus: primum occurrere hic eam sententiam de descensu christi ad inferos, εἰς τά καταχθονια, τα ἐκεισε οἰκονομησαντα, quem οἱ πυλωροι ᾁδου trementes adspexerunt, quae phrasis etiam, quod mireris, in *Athanasii* oratione tertia contra *Arianos* occurrit; occidentalibus praecipue deberi videtur huius ἐννοιας origo. Fuit autem sub hoc tempus fere vulgata de Christo hypothesis *Arianis* cunctis certe communis, τον λογον assumsisse carnem, corpus, sine anima humana, cuius locum λογο suppleuerit; hac ratione immortalitatis ius nobis rursu partum fuisse; superatis cunctis παθημασι, quae a λογ sic perferebantur, vti anima solet corporis dolores perferre Ista ἐννοια est in *Ignatianis*, vt iam *Dallaeus* et *Vsseriu* viderunt; etiam in *constitutt.* apostol. et non paucis aliis vt ostendit *Whistonus*; (account of the primitiue faith ar ticle XV. XVI.) etiam *Athanasius* saepius tantum de *cor pore* Christi loquitur, (vid. histor. introduct. ad *Baumgar tenianam polem.* parte 3. p. 104 seq.) Vnde *Apollina ris hypothesis* hanc rem clarius prodit, *Nestorius* autem *Arianae* opinioni se opposuit. Idem *Athanasius* cum aliis scripsit, ἡ ουσια ἀυτη (filii) ἐςι γεννημα της ουσια patris; itaque numero vnam ουσιαν hi nondum statuerun licet ταυτοτητα non raro dicant. Sed ista iam huic histo riae illustrandae sufficiant; addimus tantum, *Arium* ipsum cum suis dixisse filium κατα παντα ἀνομοιον και ἀλλοτρι της του πατρος ουσιας και ἰδιοτητος, etsi ὁμοιον προς τ ἐνεργειαν concedebat *Eunomius*; (referebant enim ἀγε νησιαν ad ουσιαν patris) *genitum*, i. e. productum, de stinato consilio patris; atque mansit ista disciplina apu

An

Anomoeos, *Acacianos*, *Eunomianos*, (*Aetianos* etiam, *Eunomii* enim praeceptor, etiam *Galli* familiaris fuerat *Aetius*, ipse autem *Paulini* antioch. discipulus;) inde a *Luciano* et alios ante *Arium*; in aliam partem secesserunt ii, quos *Semiarianos* ideo solent dicere, *Homoeusiani*, quia ὁμοιον dicebant filium patri, siue κατ᾽ ȣσιαν, siue κατα θελησιν, κατα παντα, &c. Horum pars, (principes fuerant *Georgius*, laod. et *Basilius* Ancyr.) etiam numero alios vicit, post *ariminense* et *Seleuciense*, in Isauria, concilium; alii omnino abstinebant a nomine ȣσια, hi vero *substantiam* retinebant; filium non esse ex alia substantia, non ἐξ ȣκ ὀντων, sicut *Arius*. Atque videtur fere negari non posse, eruditiores etiam catholicorum non quasi pro aris et focis το ὁμοȣσιος defendisse, licet theologorum vulgus aliter egerit. Plura facile colliguntur ex introductione historica ad volum. 3. *Baumgarten.* theolog. polemicae.

Apollinaristae.

Quod antea iam attigimus, non paucos doctores ἐνσαρκωσιν Christi sic informasse, vt rationalis animae humanae locum suppleuerit ὁ λογος, (itaque et *Eudoxius*, negauit, ἐνανθρωπησαι, sed σαρκωθηναι Christum): id iam cum clarius et diserte doceret *Apollinaris* iunior, *Laodicenus* antea lector, postea, licet alii negent, Episcopus, nouae haereseos nomine insigniri solebat. Parum autem conueniunt vetustiorum descriptiones; *Gregorii*, *Nazianzeni*, sententiam aduersus *Apollinaristas* in Epistola ad *Nectarium*, constantinop. dictam, repetit *Sozomenus*: προαιωνιον et fere propriam carnem τῳ λογῳ eum dedisse, fuisse semper in filio istam carnem; diuinitatem loco τȣ νοος fuisse, itaque ipsam θεοτητα subiecisse τοις παθημασι atque sic Christum patris beneficio in vitam reuocatum fuisse. *Socrates*, humanam animam, sed non rationalem dicit tribuisse; cetera eum fuisse catholicae de tribus personis sententiae; *Theodoretus* vero, lib. 5, 3, cum dicit gradus ἀξιωματων, (a Spiritu S. ad patrem) in natura di-

vina

vina statuisse; *Gregor. Nazianzenus*, scalam diuinitatis dixit. Cum eruditioribus accensendus sit *Apollinar.* filius cum patre, videtur omnino platonicorum disciplinae hoc dedisse: quia *Plotinus*, (teste *Nemesio* de natura hominis;) cum aliis distinguebat: aliud esse animam, aliud mentem; ex his et tertia parte, corpore, constare hominem. Nempe nondum inter omnes constabat de Christi prouincia; itaque varie de Christo etiam statuebant. Leguntur autem in plerisque scriptionibus, quae *Athanasii* nomine ferri solent, eaedem fere phrases; quibus humanitas solo *corpore* describitur. Etiam in *sermone maiore de fide*, quem in *collectione noua* edidit *Montfauconius*; qua opera supersedere poterat vir diligentissimus; siquidem inepta graeculi cuiusdam est *rhapsodia*, consuta ex variis locis istorum librorum, qui iam excusi sunt. Contra *Arianos* autem iam in concilio *Alexandrino* anni 362 decretum: ne quis statuat inanimatum aut absque sensu aut sine mente corpus Saluatorem habuisse, — nec enim corpori tantum sed etiam animae σωτηρια γεγονεν ἐν ἀυτω τω λογω. Orientis fere omnes prouincias a *Cilicia* vsque ad *Phoenicem* fuisse a partibus *Apollinaris*, scribit *Sozomenus*; Constantinopoli etiam libere ecclesias habebant; tandem *Theodosius*, episcoporum haud dubie suasu, legem istam prodidit: nona in haereticos, ac nominatim in *Apollinarios* constitutio, anno 388, qua ab humana fere omni communione, honesta certe omni, excluduntur.

Marcelli, Ancyrani, caussa.

Satis anceps atque incerta videri potest haec caussa, cum et olim fuerint diuisae de ea sententiae, (occidentales enim hominem amplectebantur, orientales vero aliquoties publice damnarunt;) et recentiorum non sit vnum iudicium. Nuper *Montfauconius* excusare atque defendere hominem sustinuit in diatriba de caussa *Marcelli*, quam scriptionem tomo 2 collectionis nouae addidit, *legationi* quam ad *Athanasium* obiit *Eugenius*, praefixam; qui et con-

confessionem ecclesiae ancyranae attulerit. Dabimus autem operam, vt lectores ipsi sententiam ferre queant, est certe huius caussae momentum non exiguum ad historiam dogmaticam huius seculi. De eo satis constat, *Marcellum*, cum *Asterii* ariani scriptionem refutatum iret, ὁμουσιαν ita descripsisse, vt ἰδιαν ὑποςασεως περιγραφην tolleret, in *Sabellii* et *Pauli*, Samosat. sententiam fere delapsus. Itaque iam in Synodo hierosolymitana, cum libri sui rationem reddere iussus esset, combusturum eum se promisit; inde in synodo constantinopol. deiecti in locum venit *Basilius*; episcopi autem contra hanc hypothesin publice scribendi prouinciam quibusdam imposuerunt. Horum e numero fuit *Eusebius*, caesar. Scripsit et *Apollinarius* aliique; *Eusebii* libri supersunt, 2 contra Marcellum, historici; et 3 de ecclesiastica Theologia, dogmatici argumenti. Ex istis iam illa excerpsimus, vt de hominis parum stabili sententia ad omnes constare possit. Lib. I. c. 1-3 narrat *Eusebius* et exemplis ostendit, hominem SS. non satis peritum esse; c. 4 eum *Asterio* vitio vertisse, quod *vnigenitum et primogenitum* coniunxerit; si sit vnigenitus, non esse primogenitum, et contra; *Asterium* ad *patres* confugere, qui δογμα de deo sapienter exposuerint; sed *dogma* esse ἀνθρωπινης βουλης και γνωμης, vt dogmata medicorum, philosophorum, senatus, τα συγκλητω δοξαντα. *Origenem*, ἑαυτω nimium dedisse, atque δευτεραν ὑποςασιν λογου dicere ausum esse; contradixit *Origeni*, cum scripsisset hic, non σωματικην και παθητικην locum habere γεννησιν του υἱου, (sed quae τη θελησει et βουληματι patris tribuenda sit;) ista esse ἰδια *Origenis* dogmata. Λογον, cum carnem nostram sibi nondum iunxerat, non fuisse imaginem dei inuisibilis. Dauid loquitur (Ps. 2) de generatione secundum carnem. *Origenes* scripserat: alius est pater, qui gignit ex se verbum, vnigenitum, primogenitum omnis creaturae - gloriae, potentiae imaginem inuariabilem. Sed, si sit deus, non esse imaginem dei. - Imago enim dei et deus non ἑν και ταυ-

τον,

τον, sed δυο ȣσιαι, δυο πραγματα. *Narcissus* scripserat esse deum primum et secundum; *Asterius* autem, *vnum sumus*, exposuit de perfectissima συμφωνια Lib. II. *Marcellus* Christum, nostrae vitae auctorem, regno suo olim priuat. c. 2, τι τοινυν ἠν το κατελθον τȣτο, ante incarnationem? (Non imago dei inuisibilis, sed) παντως τȣ πνευμα, sic enim angelus: spiritus S. superueniet in te. (Notabimus, de persona tertia nondum constitisse.) Christus autem ipse, πνευμα ὁ θεος. Nec καταχρηστικως λογος venit, sicut *Ariani* dicunt, (qui personam hic intelligunt;) sed ἀληθως ὠν λογος. Si ἡ τȣ πνευματος ἐξετασις γιγνοιτο μονη, vnum et idem εἰκοτως εἰναι τῳ θεῳ φαινοιτο. Sed si προσθηκη haec, *secundum carnem*, ἐξεταζοιτο, ἐνεργεια ἡ θεοτης μονη πλατυνεσθαι δοκει, sic μονας ὀντως ἐστιν ἀδιαιρετος· λογον autem sic intelligi, vt λογῳ Κυριȣ οἱ ȣρανοι &c. et, emittet λογον suum, et sanabit eos &c. si ἁπλως dicatur υἱος, humanae ὀψεως ἐμφασιν oriri. Ioh. 1, ἐν ἀρχῃ, i. δυναμει ἐν τῳ πατρι εἰναι — sermo *apud* deum, ἐνεργια προς τον θεον, esse verbum. Iohannes ȣδεν γεννησεως hic commemorat, sed ter dicit, εἰναι. Fieri non potest λογον θεȣ, ἠ ἑαυτον χωριζεσθαι λογȣ. Christus non dicit, omnia, quae habet pater κοινα, sed ἐμα. Si, vt in Actis dicitur, omnia κοινα istis hominibus, quanto magis κοινωνιαν adesse oporteret inter patrem et filium, εἰς δυο ὑποστασεις διῃρημενȣς. Ante rerum conditionem ἡσυχια τις ἠν, ἐν τῳ θεῳ τȣ λογȣ ὀντος· πλην θεω ȣδεν ἑτερον ἠν, εἰχεν ȣν την οἰκειαν ταξιν ὁ λογος, ὠν ἐν τῳ πατρι - exemplo humano hoc intelligi potest, ȣδε τον τȣ ἀνθρωπȣ λογον δυναμει και ὑποστασει χωρισαι τινι δυνατον, (ita autem docebat *Asterius*, filium ὑποστασιν propriam habere) - non igitur λογος καταχρηστικως, si vel rumpantur, sed κυριως τε και ἀληθως ὑπαρχων λογος, in deo fuit absconditus. Hoc est id mysterium, quod Euangelium patefecit -- Verbum, ad quod dixit pater, faciamus hominem - sicut si statuarum artifex, συνειδως, ἑαυτῳ συνεργειν τον λογον, ᾧ λογιζεται

προς

προς αὐτον, ὡς προς ἑτερον παρακελευεται, λεγων, age, faciamus (talem) statuam. Sic deus, non ἀλλῳ τινι, ἀλλα τῳ ἑαυτȣ λογῳ dicit. Credo hoc scripturis, quod vnus deus, et ὁ τȣτȣ λογος προηλθε τȣ πατρος, vt omnia per ipsum fierent; post tempus autem iudicii et post διορθωσιν των ἁπαντων, atque post ἀφανισμὸν aduersariae potestatis, αὐτος ὑποταγησεται τῳ ὑποταξαντι αὐτῳ τα παντα, vt sic sit in deo λογος, sicut fuit ante, quam fieret mundus. Cum enim nihil esset, quam deus solus, προηλθεν ὁ λογος δραςικη ἐνεργειᾳ, ὁ λογος ȣτος τȣ πατρος ὤν. — Non se nominat *filium dei*, vt hominem filium dei reddat. Iam, pergit *Eusebius*, de carne, quam ἐνεργειᾳ μονῃ dicit λογον suscepisse. Colos. 1, 16 omnia ad carnem refert. Verbum, (sic scribit Marcellus) ante incarnationem non dicebatur primogenitus omnis creaturae; quomodo enim ἀει ὢν πρωτοτοκος τινος esse potest; sed (sic Paulus nominat) τον πρωτον καινον ἀνθρωπον, εἰς ὃν τα παντα ἀνακεφαλαιωσασθαι, voluit deus — audis, omnia in caelis et terra, ἐν αὐτῳ, κατα την καινην κτισιν ἐκτισθαι συμβαινει: Prouerbiorum 8, εκτισε me, pertinet ad carnem humanam. - Ante Luciferum genui te, de verbo, quod nascebatur ex virgine. - Si, cum homo fieret et mediator dei atque hominum, tunc εἰς αυτον ἐκτισθη τα παντα, in coelis et in terra: omnino intelligitur, quod ei data est omnis potestas - ὁ τῳ λογῳ ἑνωθεις ἀνθρωπος est ille filius dilectus - ὁ λογος carnem humanam suscepit, vt per illam vinceret τον προτερον κατισχυσαντα τȣ ἀνθρωπȣ διαβολον, atque vt non solum immortalem eum sed et συνθρονον τῳ θεῳ faceret in caelis - vt in humana carne γενομενος και βασιλευς δια τȣ λογȣ, ὁ κενωθεις προτερον ἀνθρωπος, καταργηση πασαν ἀρχην Diaboli. C. 4. Qualem finem subinfert *Marcellus* regno Christi et carni, quam assumsit. Hic autem sapienter *Marcellus* ista scribit, licet aliter ipse egerit: noli me interrogare de rebus, quae certo cognoscere non possum ex scriptura. Pugnat autem *Eusebius*: λογος in deum redibit; ἀνευ λογȣ μονον το σωμα

ϛησεται ἐν ἀθανατῳ ἀλογιᾳ (notemus, sine *mente humana*) si λογος δικην (sic legendum est pag. 54. edit. *colon.* vel Lipſ. 1688. ex pag. 90.) ψυχης, habitauit in *corpore*, erit igitur in *hypoſtaſi*, ὑφεϛως, ſeparatus a patre. Sed dicet, ἐνεργειᾳ μονῃ, non vero ἐσιας ὑποϛασει, in corpore fuiſſe. Ita enim *Marcellus:* δραϛικῃ ενεργειᾳ μονῃ τῃ σαρκι συνων, (εἰς) το κινειν αὐτην et ea operari, quae in Euangeliis narrantur, ἐσιᾳ autem τῳ θεῳ συνηπτο, eius λογος αχωριϛος &c. Haec commouerunt Synodum Conſtantinopol. &c. Ex libris de *eccleſ. theologia*, qui contra eandem *Marcelli* haereſin ſcripti ſunt, iſta annotabimus, quae ad hiſtoriam dogmaticam pertinent lib. 1. c. 6, nec enim *corpus*, quod ſuſcepit ταυτον ἠν τῳ ανειληφοτι ὑιῳ τȣ θεȣ - c. 7. ipſum τον των ὁλων θεον volunt ἐνοικησαι τῳ σωματι c. 11. manet vnus Deus, ἐκεινος ὁ μονος ἀναρχος και ἀγεννητος, αὐτω τε τῳ ὑιῳ τȣ εἰναι και τȣ τοιωδε εἰναι γεγονως αἰτιος (ita fere vt *Clarckius* nuper deſcripſit;) Filio Dei credendum eſt Ioh. 3, 16, qui credit in eum habebit vitam aeternam, non qui cognoſcit, quomodo e patre genitus ſit. Cap. 18, *Marcellus* dicit, nullum *aliud nomen* conuenire τῃ ἀϊδιοτητι τȣ λογȣ, quam hoc, λογος. Cetera nomina referri ad carnem aſſumtam (ergo et Filius) lib. 2. Cap. 7. vereris, *Marcelle*, ne cogatur duo θεȣς confitere, qui δυο ὑποϛασεις, patris et filii, eſſe fateatur; ſed non ſequitur, quia pater tantum eſt αναρχος et αγεννητος. Cap. 14, Iohannes c. 1. Deum per articulum additum et omiſſum diſtinguit; ne λογος in deo quaſi in ὑποκειμενῳ συμβεβηκος eſſe credatur; ita vero *Marcellus:* hominis exemplum; ἑν και ταυτον τῳ ἀνθρωπῳ ὁ λογος, και ȣδενι χωριζομενος ἑτερῳ, ἡ μονῃ τῃ της πραξεως ἐνεργειᾳ. Sine λογῳ et χωρις της τῳ λογῳ προσȣσης σοφιας deus non poterat ἐννοησαι caeli diſpoſitionem; itaque dicit: cum caelum praeparares aderam tibi &c. C. 19. *Marcellus* non patitur ab *Aſterio* diſtingui 2 hypoſtaſes patris et filii; - qui ſe gloriantur (ſic Marcellus) noui teſtamenti myſteria intelligere, ȣτοι δευτερον ἀναπλαττειν

θεον

θεον βȣλονται, ὑποστασει και δυναμει χωριζομενον τȣ πατρος. Est autem ἑν προσωπον - *Asterius* filium a patre hypostasi vult differre, ἀπο της σαρκος σκανδαλιζομενος. C. 22. Dicit *Eusebius:* in congressu cum paganis solemus doctrinam de Christo in tempus opportunum reponere, ταμιευεσθαι, (alibi οἰκονομια dicitur.) Iam facile intelligi potest, *Marcellum* omnino λογον proprie sumsisse, non vt personam λογικην includit, sed vt eam perficit; *generationem* autem non sic intellexisse, vt *Arianos* et *Nicaenos;* negauit enim τον λογον a deo vt personam propriam differre; *filium dei* intellexisse, vt olim alii, de homine Christo; extra deum λογον processisse, cum iussu, et vi dei omnia condita fuerunt. Abusus autem est *Marcellus* specie ista meriti et beneficii sui contra *Arianos;* itaque ad occidentalium, *Iulii*, romani, auctoritatem confugit; occidentales Sirmienses, vt familiam suam promoueant, facile excusant, eum quasi *quaestiones* de hac re, non vero decreta, perscripsisse; orientales vero *Sirmienses* haud paulo rectius vanam eius disputationem perspexerunt. Satis autem patet, per *nicaenum* Concilium nihil omnino confectum in hac caussa fuisse, atque parum profecisse imperatoris studium, quod ad animorum coniunctionem attinet.

Photinus.

Marcellum, praeceptorem, excipit discipulus, et aliquando diaconus, *Sirmii*, postea episcopus; quem vtriusque linguae peritissimum fuisse scribit *Vincentius*, Lerinensis. Etsi cetera minus certa sunt, tamen de eo facile constat, iam ante annum 344, eum istam haeresin *de filio dei* prodidisse, cum in formula μακροστιχῳ, *Antiocheni* concilii, satis copiose aduersus *Marcelli* et *Photini* errorem scribatur: exsecramur, τȣς λογον ψιλον και ἀνυπαρκτον καλȣντας, nunc quidem vt προφορικον, nunc vero ἐνδιαθετον; dicentes, eum Christum et filium dei et et μεσιτην et imaginem dei non esse ante secula, sed ἐκ τοτε eum Christum et filium dei γεγονεναι, cum ex Maria

carnem adſumſit; iſto tempore initium habuiſſe ſui regni, cuius et finis inſtet poſt συντελειαν. Τοιετοι δε ειτιν οἱ ἀπο Μαρκελλȣ και Φωτεινȣ &c. *Mediolani* concilium 346, niſi et alterum ſequenti anno, damnauit *Photinum*. Eo autem minus perſpicimus, qui fiat, vt in *Sardicenſi* occidentalium concilio 347, *Marcellum* excuſatum eant, de *Photino* nihil omnino dicant; vt fere videri poſſit, non omnino caruiſſe ſpecie quod Sardicenſes orientales produnt: ii, qui cum *Hoſio* erant, infringere voluerunt fidem apoſtolicam, inducentes *nouam ſectam in deo*; croniti (corrupte, pro *couniti*,) mixtam *Sabellio* et *Paulo* &c. ideo et addunt, cuius *regnum inceſſabile* permanet in aeterna ſecula. *Harduin.* t. 1. p. 681. Haec formula ab *Arianis* contra *Marcellum*, paucis menſibus poſt concil. antiochenum 341, iam adhibita fuit; *Socrates*, II, 18. Nempe latini per *corſubſtantialis* facile poterant iſtam in ſententiam trahi. *Ariani* in *mediolanenſi* concilio 355, *Marcellum*, *Photinum*, haereticos, et ſacrilegum Athanaſium damnauerunt; *Liberium*, rom. *Dionyſium*, mediol. *Euſebium*, vercel. *Luciferum*, caralit. *Hilarium*, pictav. in exilium miſit, qui praeſens fuit, imperator. Anno 351 et 359. *ſirmienſe* concilium contra *Photinum*; fidei formula tam *latina* quam *graeca* edita; vna eſt eadem, quae paucis menſibus poſt concil. Antioch. 341. edita fuiſſe dicitur; addita ſunt tantum hic anathemata. Ad hiſtoriam dogmaticam non parum confert hoc concilium. 1. Eos, qui dicunt, de nullis exſtantibus filium eſſe; aut, tempus fuit, quando non erat anath. 2. Si quis patrem et filium duos deos &c. 3. (Iſta iam contra *Marcellum* et *Photinum*) ſi quis vnum deum dicens, non confiteatur Chriſtum deum, *ante ſecula* filium dei, obſecutum patri in creatione omnium. 4. Si quis innaſcibilem, (τον ἀγεννητον, patrem) vel partem eius, e Maria natum eſſe. 5. Si quis τον ἐκ Μαριας dicat κατα προγνωσιν filium eſſe et non ante ſecula natum, προς τον Θεον εἰναι. 6. Si quis ſubſtantiam dei dilatari et contrahi dicat. 7. Si quis filium dicat πλατυνομενην ȣσιαν,

aut

aut πλατυσμον. 8. Si quis filium dicat ἐνδιαθετον aut προφορικον λογον. 9. Si quis τον ἐκ Μαριας υἱον dicat tantum hominem. 10. Si quis θεον και ἀνθρωπον τον ἐκ Μαριας dicens, intelligat ἀγεννητον. 11. Si quis Iefaiae 44, 6, ego deus - et praeter me non eft deus, quod eft contra idola dictum, intelligat ἐπ' ἀναιρεσει τȣ μονογενȣς. 12. Si quis hoc, verbum caro factum eft, fic intelligat, εἰς σαρκα μεταβεβλησθαι, ἢ τροπην - 13. Si quis τον μονογενη crucifixum audiens, dicat την θεοτητα αὐτȣ φθοραν, παθος, τροπην, μειωσιν, ἀναιρεσιν fuftinuiffe. 14. Si quis, *faciamus* hominem, dicat non patrem ad filium, fed deum ad fe ipfum dixiffe. 15. Si quis non dicit filium Abrahae vifum, fed τον ἀγενητον. 16. Si quis cum Iacobo non filium colluctatum, fed ἀγεννητον, aut μερος αὐτȣ. 17. Si quis, *pluit dominus a domino*, non intelligat de filio et patre, fed ipfum a fe pluiffe. 18. Si patrem et filium duo dicat deos - non enim συντασσομεν τον υἱον τῳ πατρι, fed patri fubiectum intelligimus; non fine voluntate patris defcendit in Sodomam, atque non a fe, fed παρα κυριȣ αὐθεντȣντος, auctoritate patris, pluit. 19. Si quis patrem filium et fpirit. S. ἑν προσωπον dicat. 20. Si quis Spir. S. paracletum dicens τον ἀγεννητον λεγοι θεον. 21. Si quis non alium dicat paracletum a filio. 22. Si quis Spir. S. partem, μερος, dicat patris et filii. 23. Si quis dicat tres deos. 24. Si quis βȣλησει τȣ θεȣ (patris) ficut vnum των ποιηματων dicat γεγονεναι filium; non enim pater ὑπο ἀναγκης φυσικης, ἀλλ' ἁμα τε ἐβȣληθη και ἀχρονως και ἀπαθως ἐξ ἑαυτȣ αὐτον γεννησας ἀπεδειξεν. 26. Si quis ἀγεννητον και ἀναρχον λεγοι τον υἱον, ὡς δυο ἀναρχα και δυο ἀγεννητα, δυο ποιων θεȣς. Κεφαλη γαρ και ἀρχη ἐςι παντων ὁ υἱος, κεφαλη δε ἐςι τȣ χριςȣ ὁ θεος, fic enim ad vnum omnium fine principio principatum, εἰς μιαν ἀναρχον των ὁλων ἀρχην δἰ υἱȣ τα παντα ἀναγομεν. 27. Si quis Chriftum Iefum, filium dei ante fecula exiftentem et miniftrantem patri εἰς την των ὁλων δημιȣργιαν non dicat, fed ἐξ ȣ ἐγεννηθη ἐκ

 Μαριας,

Μαϱιας, ἐκτοτε και υἱον και Χϱιϛον κεκληϑαι και αϱχην εἰληφεναι τȣ ϑεȣ (ϑεον) εἰναι, anathema. Alia formula eiusdem *Synodi* firmienfis latina, (graece translata ap. *Athanafium* de Synodis, et Socratem;) latine ap. *Hilarium*, *Vigilium*, tapfenfem, et *Phoebadium*, agennenfem ep. qui libellum ei oppofuit,) fuadet, vt nomine *fubftantiae* et *confubftantialis* in pofterum abftineatur, quia in SS. non occurrat, et quia fupra hominis fcientiam fit, enarrare filii natiuitatem. (Recte hoc praecipiunt, licet plerique catholici contra fentiant.) Dubium non effe, *maiorem* filio effe patrem, honore, deitate (alii dignitate) maieftate et ipfo patris nomine; filium fubiectum patri cum omnibus, quae ei pater fubiecit; filium ex patre natum effe, deum ex deo, lumen ex lumine; *carnem vel corpus* noftrum i. e. hominem, affumfiffe, per quem compaffus eft. — Paracletus autem Spiritus per filium eft, qui miffus venit &c. (δι υἱȣ αποϛαλεν, fine *eft*.) Alios *duodecim* anathematismos *Bafilius*, ancyranus, cum aliis epifcopis in Synodo fuae vrbis prodidit et ad *Conftantium* perferri curauit *Sirmium*; eos (cum longa epiftola Synodali *Epiphanius haerefi* 73) *Hilarius* recenfet; *Sozomenus* lib. 4, 13. contra *Aetium*, (qui quafi a deo fibi reuelatum dixerat, quod fuerit inde ab apoftolicis temporibus ignoratum; epiftola *concilii* conftantinopol. 359. 360.) *Eudoxium* et *anomoeos* directos fuiffe, indicat.) 4. filius *fimilis* etiam *iuxta effentiam* (fuam, diftinctam, propriam; nam nondum *vna* numero ȣσια folebant intelligere) patri Ioh. 5, 26. 5. *Genuit* me et condidit (ἐκτισε) ex fimilitudine effentiae intelligendum. 8. Filium non intelligerre licet *eumdem*, quem patrem; aut partem patris, aut per emanationem, aut paffionem, quemadmodum corporales filios. 10. Si quis *in aliquo tempore* patrem intelligat vnigeniti filii, non fuper tempora, et fuper omnem humanam aeftimationem. — 11. Si quis *feniorem* dicat patrem, *iuniorem* autem filium patre; 12. Si quis *intemporalem* filii de patre fubftantiam ad *innafcibilem* dei effentiam referat,

quafi

quafi filium patrem dicens, anathema. (Iftum *Bafilium Acaciani* eiecerunt, quod violentius in quosdam egerit, a calumniis non abftinuerit, et fuis epiftolis ecclefias *Africae* perturbauerit.) *Marci Arethufii* formula in conuentu aliquot epp. *Sirmii* praefente *Conftantio*, 359 edita; -- filium *nutu paterno* aduenifse de caelis ad *demolienda* peccata, (εἰς ἀθετησιν ἁμαρτιας,) – et vbi omne difpenfationis officium *impleuiffet*, fecundum patris voluntatem, crucifixum &c. Et in fpiritum S. quem vnigenitus promifit humano generi fe daturum &c. filium autem patri *per omnia fimilem* dicimus &c. Ceterum plura de *Photini* cauffa repetenda funt ex *differtatione* duplici. 1. De *Photino*, haeretico, eiusque multiplici damnatione. 2. De *Liberio*, pontifice romano; authore *Matthaeo Larroquano; Geneuae* 1670. 8. *Quinquies* Photinum publice damnatum fuiffe ftatuit; 344 Antioch. 347. in *Sardic.* 348. *Mediolani;* 350. *Sirmii;* 351. a femiarianis. *Petauium* faepe refutatum iuit hic fcriptor et *Chiffletium.*

Macedonius.

Qui in eiecti *Pauli* locum *Conftantinopolitanus* epifcopus a praefecto praetorio *Philippo*, imperatoris iuffu, fuffectus fuerat, *Macedonius*, *arianis* deditus, catholicis (*Nouatianis* etiam, qui ὁμοȣσιαν tenebant,) fatis grauis; (*Socrates* lib. 2. c. 38, adeo, vt Nouatianis per vim facramenta fuerint iniecta, ligno in os immiffo; paruulos etiam et mulieres μυεισθαι ἠναγκαζον; aliorum mulierum vbera abfciffa aut adufta; ecclefiae *Nouatianorum* dirutae; quibus vel *Iulianus* aequiorem fe praebuit. Atque ifta hiftoria docet, *Nouatianos* per prouincias plures non fuiffe numero paucos; in *Paphlagonia* milites vi repulerunt, plerisque occifis.) Violentius multa egit, praecipue in transferenda *theca Conftantini* tam imprudenter verfatus eft, vt multis occifis atrium ecclefiae, in quam tranftulerat, et puteus fanguine impleretur. Facile igitur *Acaciani*

 impe-

imperatoris fauore eo vsi, vt hunc aliosque *Homoeusianos* (*Cyrillum* etiam Hierosol.) eiicerent; *Macedonius* aegre ferens, contulit se ad aduersarios *Acacii*, qui iam *Seleuciae* το ὁμοιȣσιον publice tutabantur, damnatis *Acacianis*; alii non tam *Macedonium*, quam *Marathonium*, nicomed. ep. huius sectae auctorem praecipuum statuunt. *Eustathius*, Sebast. eadem in haeresi fuit, contra *Anomoeos*. Sed iam *Macedonius* de *Spiritu S.* molestius requirens, eum εἰς την θεολογιαν της τριαδος συναναλαβειν ἐξεκλινε, a quo *Eustathius* (ȣτε θεον ὀνομαζειν αἱρȣμαι, ȣτε κτισμα καλειν τολμησαιμι, dicens,) et alii *Semiariani* secesserunt; istos autem πνευματομαχȣς iam nominare solebant. Obscurius antea et ignobile δογμα, anno 364 vel 365, *Macedoniani*, duce *Eleusio*, cyziceno episc. in *Lampsacena* Synodo φανερωτερον reddiderunt, vnde *Macedoniani* in *Hellesponto* praecipue numero praestabant, *Homoeusiani* simul omnes, *Socrates* lib. 4, 4. In *Eleusii* locum imperator *Eunomium*, *Aetii* olim scribam, suffecit; sed vel extra vrbem *Eleusiani* coire non destiterunt. *Eudoxii* tandem siue minis siue metu, siue ex indignatione, *Macedoniani* per *Eustathium*, Sebast. et 2. alios episcopos Romam ad Imperatorem, (quem absentem non poterant adire) et ad *Liberium*, miserunt, 367, nec tamen in formula fidei aliquid amplius exstat, quam credimus, .- - in ὁμοȣσιον filium; et *in Spiritum S.*, Nulla definitione alia addita, ad Spiritum S. Superest et *Liberii* responsio ad *Orthodoxos* istos episcopos, qui numero plures quam 60 designantur, *Socrat.* 4, c. 12. Sed, postquam *Gratiani* constitutione apud *Sirmium* data (ante 379.) sectis cunctis libera facultas permissa fuit, exceptis *Manichaeis*, *Photinianis* et *Eunomianis*: ab ὁμοȣσιᾳ recesserunt *Antiochiae*; non sine magno, ob inconstantiam, sectae suae detrimento. Iam *Theodosius*, anno suo primo, (381.) *Arianis* concordiam spernentibus, *Constantinopoli*, illam coire iussit *Synodum*, quam solent *oecumenicam* secundam dicere, cum et occidentales eius decretis

decretis accessissent. Aderat etiam *Eleusius* et alii *macedoniani*; sed vltro discesserunt, cum ad ὁμοȣσιαν confirmandam inuitarentur. Formula fidei repetit *nicaenam*; nec addit aliquid de descensu ad inferos; sed de Spiritu Sancto: και εἰς το πνευμα το ἁγιον, το κυριον, (in genere neutro semper,) το ζωοποιον, το ἐκ τȣ πατρος ἐκπορευομενον, το συν πατρι και υἱῳ συμπροσκυνȣμενον, και συνδοξαζομενον, το λαλησαν δια των προφητων. Porro, εἰς μιαν ἁγιαν καθολικην και ἀποστολικην ἐκκλησιαν. Ὁμολογȣμεν ἑν βαπτισμα εἰς ἀφεσιν ἁμαρτιων. Προσδοκωμεν ἀναστασιν νεκρων και ζωην τȣ μελλοντος αἰωνος. Amen. Canone 1. anathema dicitur *Eunomianis*, seu *Anomoeis* (inepte *Isidorus*, qui latine *sine lege*; quasi a νομος essent dicti) et *Arianis*, seu *Eudoxianis* et *semiarianis*, seu πνευματομαχοις, et *Sabellianis*, *Marcellianis*, *Photinianis* et *Apollinaristis*. Can. 2. Non licet, Episcopos ὑπερ διοικησιν ἐπιεναι ταις ὑπερορίοις ἐκκλησιαις; sed, secundum canones, *Alexandriae* episcopum τα ἐν Αιγυπτῳ μονον οἰκονομειν, Episcopum autem της ἀνατολης την ἀνατολην μονην διοικειν, seruatis honoribus *Antiochienae* ecclesiae, vt in canonibus nicaenis; Episcopum της Ασιανης διοικησεως τα κατα την Ασιαν μονην, et της ποντικης, τα της ποντικης μονον, και τον της Θρακης, τα της Θρακης μονον. — *Constantinopolitanus* episcopus habet τα πρεσβεια της τιμης μετα τον της Ρωμης, quia est *nouae Romae* episcopus. Can. 4. Graecus, de *Maximo*, cynico, και περι της κατ᾽ ἀυτον ἀταξιας της ἐν Κωνϛαντινȣπολει γενομενης, nemo eorum, qui sunt ab eo ordinati, qualemcunque gradum clericatus obtineat. Can. 5. περι τȣ τομȣ των δυτικων (non tam forte *Damasi*, quam *Sardicensium*); suscipimus etiam eos, qui *Antiochiae* μιαν θεοτητα patris fil. et Spir. S. profitentur, (378-380 in concil. Antioch.) C. 6. De accusationibus episcoporum; si caussa in synodo omnium της ἐπαρχιας episcoporum non possit confici, in maiori της διοικησεως excutiatur; non vero audeat aliquis τας βασιλικας ἐνοχλειν ἀκοας aut

 κοσμι-

κοσμικων αρχοντων δικαςηρια. Hunc canonem citat *Nicolaus* primus in epiſtola 8 ad Michaelem imperat. (Capitulum, quod non apud nos inuentum apud *vos*, (Graecos) haberi dicitur; nempe non placuit romanae eccleſiae canon iſte, qui olet *Euſebianam* rebellionem, in quam impegit et ſynodus *baſileenſis*, vt *Lupus* notat; quia non ad romanum epiſcopum remittitur, ſed ad concilia. Can. 7. (etſi potius ad ſeriora tempora pertinet, concilii *Trullani* canon 95,) ad ritus ſpectat: Recipimus iſtos haereticos, *πρωτον χριομενους τῳ αγιῳ μυρῳ, το τε μετωπον και τους οφθαλμους και τας ρινας, και το ςομα και τα ωτα, και σφραγιζοντες λεγομεν*, ſignaculum doni Spiritus Sancti. (*Chrismate* recipi haereticos, *Nouat.* et *Quartodecim.* vult canon 7 Laodic. ſic et per orientem fiebat plerumque; occidentales autem *per impoſitionem manuum*, ſine chrismate, *Arianos* tamen legimus in *Gallia* et *Hiſpania* redeuntes ad eccleſ. *chriſmatos* fuiſſe.) *Eunomianos*, qui *εις μιαν καταδυσιν* baptizantur, *Montaniſtas* et *Sabellianos* — vt Gentiles admittimus; primo die Chriſtianos eos facimus; ſecundo, catechumenos, tertio *exorcizamus*, ſiue adiuramus ipſos, ter ſimul in faciem eorum et aures inſufflando; ſic eos catechizamus et longo tempore poſt, baptizamus. Ceterum de *Macedonii* ſententia ſatis non liquet; *Moshemius* deſcripſit: Spiritum S. eſſe vim per vniuerſam rerum naturam pertinentem, non perſonam a patre filioque diſtinctam; quod, etſi eſt ſatis probabile, nemo tamen vetuſtiorum ſcriptorum clare et luculenter dicit. *Paraphraſis* autem *arabica*, *Beueregii:* dicebant Macedonio, (quem dicit ſenſiſſe, *creatum et factum* fuiſſe Spiritum S. ſic et *Arianorum* et *Macedon.* haereſin deſcripſit *Damaſus* in *Synodica;*) o vir infidelis! Spiritus S. nobis nihil videtur aliud eſſe, quam Spiritus dei; nec eſt aliud Spiritus dei, quam *vita eius* — ergo dices vitam dei creatam eſſe? In epiſtola graeca *Synodica: θεοτης τε και δυναμις και ουσια μια* patris fil. et Spir. S. et *ομοτιμος αξια*

και

καὶ συναΐδιος βασιλεία in tribus perfectis hypoftafefi aut tribus perfectis προσώποις.

Prifcillianiftarum cauffa.

Incerta fere eft haec hiftoria; videtur certe quafi puduiffe antiquiores et prudentiores auctores, eius rei, quae non fine vi atque atrocia gefta fuit; itaque hiftoriam illam fere filentio tranfeunt. *Sulpitius* adeo *Seuerus*, qui eam hiftoriam, quod ad *Martinum* turon. non nihil pertingeret, praeterire omnino noluit, et fubobfcurius fcribit, et rei fic a Catholicis geftae modum ipfe reprehendit. Ita igitur *Sulpitius*, poftquam de *Hilarii* contra *Arianos* beneficio dixerat, pergit: tum primum infamis illa *Gnofticorum* Haerefis intra *Hifpanias* deprehenfa; origo mali oriens ab Aegyptiis; fed quibus ibi *initiis* coaluerit, haud facile eft differere. Primus eam intra *Hifpaniam Marcus* attulit, Aegypto profectus, *Memphis* ortus; huius auditores fuere *Agape* quaedam, non ignobilis mulier, et rhetor *Helpidius*. Ab his *Prifcillianus* eft inftitutus, familia nobilis, praediues, – multa lectione eruditus – vigilare multum, famem et fitim ferre poterat, habendi minime cupidus, vtendi parciffimus. Sed idem vaniffimus, et plus iufto inflatior profanarum rerum fcientia &c. Iam paulatim perfidiae illius tabes *pleraque Hifpaniae* peruaferat, quin et nonnulli *epifcoporum* deprauati, *Prifcillianum* non folum confenfione, fed fub quadam etiam *coniuratione* fufceperant; quoad (fic lego pro Quo Adyginus) Hyginus, epifc. cordub. ad *Idatium* Emeritae ep. refert. – Poft multa inter eos certamina apud *Caefarauguftam* Synodus fit, cui etiam *Aquitani* epp. interfuere. Non comparuerunt haeretici; itaque damnati funt; *Hyginus* autem, qui primus infectari hos coeperat, iam publice in communionem eos recepit; *Prifcillianus* etiam epifcopus *Labilenfis* factus. Itaque aduerfarii iam feculares iudices adeunt; elicitur a *Gratiano* edictum, quo vniuerfi haeretici excedere, non ecclefiis tantum aut vrbibus, fed etiam

extra

extra omnes terras propelli iubebantur. (Notabimus *Gratianum* fine 375. ad imperium accessisse; ergo post hunc annum hoc edictum pertinet; de quo forte Cod. *Theodos.* lib. XV. tit. V. constitutio IV. intelligenda: *olim* vt coetus haereticae vsurpationis cessarent iussimus;) Igitur tres haeretici episcopi *Romam* proficiscuntur; sed *Damasus* eos non admisit; nec *Ambrosius* Mediolani; itaque magistrum officiorum corruperunt, et nouo rescripto ecclesiis suis restituuntur. Iam fugit *Ithacius*, quasi perturbator ecclesiarum, in Gallias, Praefectum Praetorio adit, qui ad imperatorem denuo retulit; sed pecunia haeretici obtinuerunt, vt caussa Vicario Hispaniarum committeretur; retrahi e *Treueris* in *Hispanias* iubetur *Ithacius*; sed is officiales callide frustratur; interea *Maximus* imperium arripuit; hunc nouum imperatorem *Ithacius* fautorem nanciscitur; *Burdegalensi* in synodo Haeretici iubentur caussam dicere; ad *Maximum* prouocant; sequuntur accusatores *Idacius*, et *Ithacius*; hunc *Sulpitius* oppido reprehendit, loquacem, impudentem, ventri et gulae plurimum impertientem; omnes etiam sanctos viros, quibus studium aut lectionis aut ieiuniorum, tamquam *Priscilliani* socios in crimen arcessit, ausus etiam *Martino* obiectare haereseos infamiam, quia *Ithacium* increpabat, et *Maximum* orabat, vt sanguine infelicium abstineret. *Ithacius* tandem, vt inuidiam vitaret, noluit capitali iudicio accusator interesse; fisci patronus igitur institit; *Priscillianus* capitis damnatus est, et cum eo *Felicissimus*, et *Armenius*, (*Hieron. Iulianum* nominat,) *clerici*, qui nuper a Catholicis ad Priscillianum desciuerant; *Matronianus* etiam et *Euchrotia*, diues femina, gladio peremti; *Instantius* et *Tiberianus*, ademtis bonis (hunc et *Hieronymus* nominat in *catalogo*) deportatus; *Asarinus* et *Aurelius*, diaconus, gladio damnati; alii in exilium missi. Ceterum non repressa est haeresis; peremtorum corpora in Hispanias relata, funera magnis obsequiis celebrata; iurare per *Priscillianum* summa religio habebatur; inter nostros perpetuum discordiarum

bellum

bellum exarſerat, quod iam per XV. annos nullo modo ſopiri poterat. Et nunc, cum maxime diſcordiis epiſcoporum turbari aut miſceri omnia cernerentur, cunctaque per eos odio aut gratia, metu, inconſtantia, inuidia, factione, libidine, auaritia, arrogantia, deſidia, eſſent deprauata: poſtremo plures (mali) aduerſus paucos bene conſulentes: inſanis conſiliis et pertinacibus ſtudiis certabant. Inter haec plebes dei et optimus quisque probro atque ludibrio habebatur. Haec *Sulpitius*, his verbis; dignis ſane quae deſcriberentur. *Hieronymus* ad *Cteſiphontem* dicit *Priſcillianum* verbum perfectionis et ſcientiae ſibi arrogaſſe; et, cum *clerici* e catholicis ad has partes ſeceſſerint, haud dubie alias quasdam ſententias ſecuti ſunt, quam humilia Epiſcoporum ad plebem decreta; itaque a plebe *Vrbicam Priſcilliani* diſcipulam ſcripſit *Proſper Burdegalae* lapidatam fuiſſe; *Hieronymus* autem, in eadem ad *Cteſiph.* epiſtola ſcribit: cui (Priſcilliano) iuncta *Galla*, non gente ſed nomine, germanam huc illucque currentem reliquit *alterius* et *vicinae haereſeos* (an *Pelagianae?* Nam in inſulam *Sylinam*, vltra Britanniam, quidam deportati ex *Priſcilliani* ſociis,) haeredem. Quod autem foeda crimina *Priſcillianiſtis* tribuunt ſcriptores, (licet famis et ſitis patientiam *Sulpitius* laudet,) faciunt, quod ſolent; *Eunomianis* ſimiliter, *Theodoretus*, *Epiphanius* et *Auguſtinus* id vitio dant, quod docuerint: modo in iſta fide homines maneant, nihil eis obeſſe peccatorum perpetrationem. *Gnoſticis* autem ſcimus talia vulgo obiecta fuiſſe; hos vero quod *Sulpitius* ex *Aegypto* deriuat, mirari licet; ſiquidem iſta per tempora *Aegyptus Arianorum* litibus continuis ita excuſſa fuit, vt, quo in angulo *Gnoſtici* locum habuerint, vix inueniri queat; licet *Epiphanius* etiam *Haereſi* 26, cum eſſet in Aegypto, fere LXXX *Gnoſticos* a ſe deprehenſos et ad Epiſcopos delatos fuiſſe ſcribat; quod, ſi *Papebrochii* rationes ſequimur, (in vita *Epiphanii* ad d. XII. Maii) in annum 326. inciderit. Diſtinguendi autem ſunt *Priſcillianiſtae*, i. e. *Montaniſtae*, qui a *Pri-*

ſcilla

fcilla nomen trahunt, in cod. *Theodof.* lib. XV. tit. V. conftit. 48. 65 &c. Nobis fufficit ad aequiorem fententiam, quod vel *Hieronymus* in *catalogo* fcribat: *factione* Idacii et *Ithacii* iftos caefos; atque effe adhuc, qui eum defendant non ita fenfiffe, vt arguitur. Ex feriorum temporum monumentis accufationes in *Prifcillianiftas* multas fateor colligi poffe, (vid. *Beaufobrii* Hiftoria Manichaei); fed eas hodie repetere operae non eft pretium, cum ineptorum auctorum ftudio caeco debeantur.

Audius, Audaeus.

Sectae, fi placet, auctor; fed non diffimili, vt *Prifcillianiftae*, omine. Sic *Theodoretus* ipfe lib. 4, c. 10. *Audaeus*, e *Syria* trans *Euphratem*, et deo humanam formam dedit, ex Genef. 1; (nempe et *Melito* deum *corporeum* ftatuit) et ex *Manetis* haerefi adfumfit, ignem et tenebras non effe a deo; (idem haeretic. fabul. lib. 4. dicit, *Audaeum* το ὑδωϱ, σκοτος et πυϱ dixiffe ἀγεννητα,) quod quomodo cohaereat cum anthropomorphitarum ἐννοια, non inuenio.) Sed folent talia occultare; dicunt autem ab *ecclefiafticis* fe conuentibus ideo abftinere, quia alii (clerici) fint vfurae dediti, alii mulieribus cohabitent, fine matrimonio; qua in re Pharifaeos imitantur &c. Hos eosdem *Antropomorphitas* in *Aegypto Socrates*, et hiftoria tripartita X, 7 fub *Theophilo*, alex. commemorant; fed iufto ferius; nam in hymnis de fide iam *Ephrem*, Syrus, contra Syrorum iftam opinionem fcripfit, (*Affemani* bibl. orient. tomo 1. p. 106 feq. Sub extrema *Arii* tempora haud dubie iam fuerunt. *Audaeum* imperator (Valentin. et *Valens*) in *Scythiam* atque ad *Gothos* eiecit, (*Epiphan.* haeref. 70.) *epifcopi* enim hominem accufabant, quod populum ad rebellionem fufcitaret; habuit in *Mefopotamia*, (etiam poft abitum fuum) amatores epifcopos; *Vranium* &c.; in *Gothia* fecit aliquos epifcopos &c. etiam monafteria ibi exftruxit. Narrant autem *Theodoret.* in haeret. fab. eos (aliter, quam

epifcopi

epiſcopi ſolent) peccatorum *ἀφεσιν* informaſſe. Sacros libros a *nothis*, (quos praecipue amant, quaſi *myſticos*) *διχη διελοντες, και ϛιχηδον ἐνθεν και ἐνθεν τεθεικοτες*, iam iubent vnumquemque *διαβαινειν*, et peccata ſua ſic recenſere; nec *tempus definiunt* poenitentiae (eccleſiaſticae, publicae caerimoniae) veniam pollicentur &c. Nempe recte ſic fecerunt. Bonae mentis et virtutis amantes homines a clericis infamia atque inuidia adfectos fuiſſe, mirum non eſt; a *Manetis* et *Gnoſticorum* nomine praeſidia facile poterant peti. Scimus tamen *Valentin. Valentem* et *Gratianum* ad *Damaſum* ſcripſiſſe a. 370. (cod. Theodoſ. lib. XVI. conſt. 20.) aduerſus artes *clericorum* et continentium, quibus pecunias et opes et haereditates ſolebant aucupari, atque *Baronius* ipſe ad annum 370. n. 118 ſeqq. turpiſſimarum conſuetudinum vitia ex *Hieronymo* et aliis, deſcripſit. Itaque non videtur veroſimilitudine omni carere, ex hac diſciplina, quae inter *Aegyptios* etiam floruit, (ibi enim cum catholicis eos in communione fuiſſe dici, ſcribit *Auguſtin.* de Haereſ.) fuiſſe quosdam, qui in *Hiſpaniam* venerint, ibi nouae ſectae ſimilem inuidiam experturi.

Meſſaliani, graeco nomine Euchitae.

Coniunguntur hi cum iſtis a *Theodoreto*; lib. 4. hiſt. eccleſ. c. 10. et 11; *enthuſiaſtas* etiam vocatos fuiſſe ſcribit, quia putarint Spiritus S. praeſentiam ſe ſentire; abſtinuerunt ab operibus manuum, ſomniorum phantaſiis dediti. Principes ſectae fuerunt *Dadoes*, *Sabbas* (alii duos hoc nomine afferunt, et alios; inde forte Sabbatiani, niſi a quiete, Sabbato) *Adelphius*, *Hermas*, *Symeon*. Ab eccleſiaſticis conuentibus ſe non ſeiunxerunt; nec prodeſſe nec nocere dicentes *την θειαν τροφην* (ex mente eccleſiae ſic vocat; iſti non vocabant *θειαν τροφην*,) de qua tamen Ioh. 6. dicit Chriſtus, qui manducat carnem meam. Ex diuino *baptiſmo μηδεμιαν ὠφελειαν* contingere, (daemonem non expelli *iſto exorciſmo*;) ſola oratione daemonem expelli;

expelli; omnes *ἐκ τȣ προπατορος ὡσπερ την φυσιν, ἑτω και την των δαιμονων* (vitiorum) *δȣλειαν* trahere; iis fugatis per orationem ſuccedere Spiritum S. qui *αἰσθητως την οἰκειαν παρȣσιαν σημαινει*, corpus *των παθων ἐλευθερȣν*, non amplius *ieiunio* opus eſſe, atque monitore (hegumeno). Iſta faſſus eſt *Adelphius Flauiano*, qui eum ſimulatione ſua decepit. Nempe et hi religioni ingenue ſtudebant, externae malignitatis impatientes. *Letoius*, melitin. ep. multa monaſteria, hoc morbo infecta, incendit; et *Amphilochius*, icon. ep. in *Lycaonia* Synodum 25. epp. coegit aduerſus *Meſſalianos*; de qua *Photius* in bibliotheca cod. 52. (*ἀδελφιανοι* etiam dicti,) Synodica ad *Flavianum* Antioch. qui et ipſe in Synodo ſua contra *Adelphium* egit. Idem et *Atticus*, conſtantinop. aliique epiſcopi miſſis inuicem epiſtolis egerunt; minati, ſi quis, poſt publica anathemata tamen eius ſectae fuiſſe reperiatur, eum, ſi vel millies promittat, non ad poenitentiam recipiendum eſſe. Narrat *Photius* etiam aliorum publica ſtudia contra *Meſſalianos*; in Synodo *Epheſina* ex iſtorum *libro aſcetico* capita blaſphema excerpta; contra ea capitula etiam 24 anathematiſmos ſcripſit *Archelaus*, caeſar. cappad. *Heraclidas*, Nyſſae ep. ſcripſit 2 epiſtolas, in ſecunda *χρησις φερεται της ἀρχαιοτητος των σεπτων εἰκονων*. Accuſavit *Gerontius*, monachorum in Γλιτιδι praepoſitus, apud *Alypium*, aep. cappad. *Lampetium*, qui primus eius ſectae inter catholicos ſacerdotium geſſit. puellam oſculatus *ἐνηγκαλιζετο*, *Hieroſolymae* ipſe faſſus eſt *μετα διακονισσης* ſe peccaſſe; cum quidam accederent ad eum *νοσηματος ἰασιν* petentes, reſpondit, *φερε μιαν κορην προς ἐμε καλην, και δειξω σοι ἁγιωσυνην*, (quod poterat ſine crimine aduerſus caelibatum dici); riſit et traduxit eos, qui *horas pſallebant* &c. *Lampetius* igitur gradu ſuo deiectus fuit, *λογον* ſcripſit, *διαθηκην* nominans. *Lampetium* excuſauit *Alpheius*, Rhinocor. ep. fuit ideo et *Alpheius* loco ſuo motus, et alius hoc nomine presbyter. Iſta eo lubentius exſcripſi omnia, quia inde aliquid lucis ad hiſto-

riam

riam obfcuram videtur colligi; atque *Prifcillianiftarum* cauffa cum hac cohaerere; *noua* ifta ecclefiae onera, *horas* pfallendi, caelibatum, ieiunia, imagines, et fimilia externae religionis parum fida adiumenta, hi homines noluerunt collaudare. Contra iftos variorum nominum haereticos eft conftitutio *Theodof.* et Valentin. lib. 16. codicis theodof. tit. 5. n. 65.

Antidicomarianitae

ab *Epiphanio*, a re et caufa, ἀντίδικοι Mariae, (virginis); de aliis fententiae auctoribus etiam *Heluidiani*, *Bonofiani* appellantur. Negarunt, poft Chriftum a Maria partum editum, eam a *Iofephi* confuetudine virili abftinuiffe; ex *Arabia*, (quo ex *Apollinaris* fcriptis perueniffe vult *Epiphanius*,) narrant in *Italiam* et *Galliam* iftam haerefin translatam fuiffe; quam et *Epiphanius*, e graecis, et *Hieronymus* (libello de perpetua virginitate beatae Mariae, aduerfus *Heluidium*) et *Ambrofius*, epiftola 79, e latinis, refutatum iuerunt. Contra *Iouinianum*, qui parum amare virginitatem, peccatorum autem aequalitatem docere videbatur, fatis vehementer idem fcripfit *Hieronymus* (400 ferme funt anni a Chrifto &c.) etiam contra *Vigilantium*, qui *reliquias* et *vigilias* martyrum contemnebat. (de *Aerio* fupra p. 127.). Ifta omnia nobis repetenda funt, vt videamus fub feculi huius finem fuiffe non omnino raros chriftianae ingenuae mentis et religionis vindices atque teftes; quos folent *haereticos* nominare. *Iouinianum* etiam quidam veterum narrant ftatuiffe: pariendo Mariae virginitatem deftructam fuiffe; itaque fuit ex ἀντιδίκοις Mariae. Contra alii tanto honore Mariam profecuti fuerunt, vt et ipfi in *Haerefeos* catalogo ab *Epiphanio* ponantur; *Collyridiani* dicti, quod κολλυρίδας, placentas paruas, *Mariae*, quafi deae, facrificia offerrent cum libatione. Quot autem *reliquiae* hoc feculo vel in vnam *Conftantinopolin* illatae! *Timothei*, *Lucae*, *Andreae*, *Iohannis*, baptiftae, caput a *Theodofio* &c. *Peregrinationes* religiofae *Hierofolymam*, ad *Iobi* fimum, ad *Simeonem*, Stylitem &c. Ifta enim non haerefes, fed religionis, fi placent, ingenua minifteria.

CAP. V.

De scriptoribus huius seculi.

Cum scriptores huius seculi tam *Arianos* quam catholicos, *græcos*, latinos, iam lib. I. instit. liberal. ad erudit. theolog. recensuerimus §. 82 seq., et copiosius iam superiora capita tractata fuerint: breuiores hic erimus, et hic ibi quaedam quasi supplementa addemus. *Petri* alex. canones *poenitentiales*; *Alexander*, alex. auctor aliquot epistolarum contra *Arium*, si quidem genuinae sunt. Non recitauimus ibi eas scriptiones, quas *Eusebii* nomine edidit *Sirmondus*; quia non adducimur, vt credamus huius *Eusebii* esse, licet videantur satis antiqui, et huius seculi, libelli esse. Sunt autem *Homiliae* potius, quam libri aut tractatus; non solum enim ad *auditores* oratio dirigitur, et doxologia additur ad finem vnius cuiuscunque libelli; sed etiam ad *praelectum* textum referuntur. Vtrum *Eusebius* caesar. fuerit *Arianis* quam *Catholicis* propior, disceptatum fuit inter *Clericum* et *Caueum*; *Clerici* sententiam *Montfauconius* nuper defendit, in praeliminar. c. VI. ad *Eusebii* commentar. in *Psalmos*, *Arianis* omnino simillimam doctrinam tenuisse. Minus feliciter *Marcellum* ancyr. contra *Eusebium* idem defensum iuit. Latina autem translatio e. g. in *demonstratione* non raro hic ibi sensum ad catholicam consuetudinem detorsit. *Chronicon Eusebii* et Hieronymi addendum; cuius ex *Syncello* aliisque graeca repetenda sunt. *Iacobus*, inter *Syros* episc. *Nisibis*; scriptionum multarum hoc sec. auctor, quas *Gennadius* et *Assemanius* recensent; quas inter fuit, contra *millenarios*. *Serapion*, asceta, *Thmueos* ep. regulas ascet. (in *Holstenii* codice regularum tomo 1.) contra *Manichaeos*, saepius editus eius liber. *Athanasius*, alex. cuius nomine olim saepe abusi sunt, qui contra *Arianos*, *Apollinaristas*que scripserunt; scripsit *apologias* 2; de *Synodis* Arianorum; 4. orationes contra eos; 4. epistolas ad *Serapionem*,

pionem, de Spiritu S.; de fide λογον breuiorem; (maiorem edidit *Montfauconius*, graeculi alicuius opellam;) fragmenta quaedam *exegetica*. Iſta autem dogmatica non omnino carent ſuſpicione; adeo multa *latino* potius quam graeco epiſcopo conueniunt; de *interpretatione* nihil omnino meritus fuit, adeo inuenuſte tractat SS. loca, vt *Arianos*, ſi quidem vetuſta fuerint iſta ſcripta, mirum ſit repoſuiſſe nihil. *Synopſis* SS. et *Syntagma* de fide, alius ſunt auctoris; incerta eſt *Antonii* vita; plura alia ſpuria ſunt, quae inter et illud ſymbolum, *Quicunque* &c. De argumento *morali* et frugifero vix pauca ex cunctis iſtis ſcriptis colligi poſſunt. *Cyrillus*, hieroſ. nec in *Ariana* cauſſa incelebris, licet ipſe minime ορθοδοξωτατος, auctor *catecheſeon* 18, quibus *Symbolum* explicatur, et 5 *myſtagogicarum*; de iſtis tamen quidam dubitant. Ad hiſtoriam dogmaticam vtiles ſunt iſti libelli. *Titi*, boſtrenſ. 3 libri contra Manichaeos ſuperſunt, et latine commentarii in *Lucae* Euang. modo ſatis integri. *Baſilius*, caeſar. cappad. ep. in *Hexaemeron* Homilias, alias in Pſalmos, et alius argumenti; tres libros contra *Eunomium*, ſolent autem *quinque* eo nomine vti; de Spiritu S. ad *Amphilochium*; capitula moralia, et regulas monaſticas; *Epiſtolas* ſupra 400; ex eius ſcriptis *Simeon*, logotheta, poſtea collegit 24 ſermones. Minus conſtat de commentario in Ieſaiae capita 16, et de *liturgia*. Baſilii Frater, *Gregorius*, *Nyſſae* ep. in *Hexaemeron* ſuppleuit; de vita Moſis; in Pſalmorum titulos; in *Eccleſiaſten* homilias, et varii argumenti alias. Contra *Eunomium*, pro Baſilii defenſione, lib. 12. contra *Apollinarem* etiam *Antirrheticum*; contra *fatum*; de *anima*, λογος κατηχητικος; dialogus de anima et reſurrectione; epiſtolas, quas inter eſt aduerſus eos, qui Hieroſolymam adeunt. Plura falſo eius nomine ferebantur, etiam teſtimonia ex V. T. contra Iudaeos, per 22 capita; graece edidit *Zacagnius* cum aliis; ad hiſtoriam criticam graecae verſionis V. T. magis facit, quam ad rem dogmaticam. *Gregorius*, nazianzi ep. *Baſilii* amicus, multarum orationum,

 epiſto-

epiſtolarum, et carminum, (videantur anecdota *Muratorii* graeca) auctor; ex iſtis λογοι quinque de theologia, ſeu contra *Eunomianos* olim in ſummo loco habiti; poſſunt etiam vtilia ad nos inde ſeligi, ſicut et ex orat. de pace, de moderatione in diſputatt. de dogmate epiſcoporum &c. Epiſt. ad *Cledonium*, contra *Apollinarem*, parum certi momenti; de multis aliis dubitari poteſt; in hunc *Theologum* olim *ſcholiaſtae* non pauci ſcripſerunt. Eius frater *Caeſarius dialogorum* auctor olim habitus. *Amphilochius* Icon. ep. contra *Meſſalianos* inuenuſtam operam dedit cum pluribus aliis epp. *Didymus*, alex. ſcholae antiſtes; *Hieronymi* praeceptor, qui eius de *Spiritu* S. librum latine vertit; atque ex eius commentariis exeget. profecit, quaedam in *catenis* ſuperſunt. *Diodori*, tarſenſis ep. (*Neſtorii* praeceptor fuit,) multa, praecipue *exegetica* ſcripſerat, quibus alii olim vſi ſunt; apud *Syros* autem non pauca ſupereſſe dicuntur. *Iohannes*, Chryſoſtomus, *Diodori* aliorumque diſcipulus, homiliarum magno numero auctor, quibus SS. multae partes, ſed non conſtantiſſime, explicantur; aliae ſcriptiones ſunt declamatoriae, morales, dogmaticae, aliae ſpuriae; ex epiſtolis celeberrima eſt illa ad *Caeſarium*, contra Apollinar. Auctor *operis in Matthaeum* imperfecti, incerti temporis et ordinis, ſed non inutilis. *Epiphanius*, Salamin. ep. auctor *Ancorati*, *Panarii*, aduerſus LXXX haereſes, (fere ſemper ineptiens) quarum et *Anacephalaeoſin* addidit. *Hieronymi* quaedam latina vertit graece *Sophronius*. *Aſceticum* locum ornarunt, inter Syros, *Ephraem*, cuius multas ſcriptiones olim graece translatas aliorum nominibus ediderunt librarii, quod et per *Macarianorum* libellorum et Homiliarum partes obſeruatur; *Iacobus*, Niſib. idem *Syrus*, ſed et graecis familiaris; auctor incertus *Syntagmatis* doctrinae (monaſticae,) *aſcetica Baſilii*, *Macarii*, *Euagrii*, (latine quaedam *Rufinus* tranſtulit et *Gennadius*). E non *catholicis* praecipua nomina ſunt, *Arius*, *θαλειας*, canticorum et epiſtolarum plurium olim auctor; *Euſebius*, *Nicomedienſis*; *Aſterius*, *Lucian*

cum

cum aliis discipulus, contra quem scripsit parum recte *Marcellus*, ancyranus, ὁμοουσίας deceptus; quem *Eusebius*, caesar. refutauit; *Acacius*, caesar. *Aetius*; *Eudoxius*, *Eunomius*, contra quem Basilius M. et *Gregor.* nyssen. scripserunt; *Euzoius*; *Eusebius*, *Emisenus*; *Photinus* Sirmiensis ep. *Basilius*, ancyr. *Apollinaris*, cetera catholicus, et multis graeci stili exemplis olim bene meritus.

E latinis scriptoribus praecipui fuerunt, *Arnobius*, a iuniore distinguendus; *Lactantius*, *Iuuencus*, *Iul. Firmic. Maternus*; *Hilarius*, pictav. exilio ob *Arianam* caussam celebris, cuius et commentarius superest in *Psalmos* atque in *Matthaeum*; et de *trinitate* libri XII, fragmenta etiam historica, de Synodis; scriptor ad histor. dogmaticam non negligendus; *Eusebius*, vercell. *Lucifer*, caralitan. cuius habemus aliquot, sed parum venustas, stili etiam vehementis in imperatorem, scriptiones; *Hilarius*, diac. rom. quem alii *Ambrosiastrum* nominant; *Phoebadii*, agenn. libellus contra *Sirmiensem* formulam; *Zeno*, veronens. *Victorinus*, lib. 4. contra Arianos, obscuros satis. *Damasi* aliquot *Synodicae*, in quibus de vi et publica atrocia, qua sedem suam expugnauit, nihil exstat; *Marcellini* et *Faustini* libellus precum ad imperatores, quem edidit *Sirmondus*, cui et *Rufini*, palaestinensis, si placet, librum *de fide*, latina ex versione antiqua, debemus. *Optatus*, mileu. contra *Parmenianum*, donatistam; *Ambrosius*, mediol. commentariorum et dogmat. libellorum, epistolarumque auctor; plura tamen olim falso eius nomen gerebant; mediocris vtilitatis. *Hieronymus*, dalmata, meritis et studiis latinis omnibus anteponendus, in commentariis praecipue atque epistolis; superstitionum tamen sacrarum et virginitatis, contra *Vigilantium*, *Heluidium*, *Iouinianum* iniquior vindex, *Pelagianis* etiam iusto grauior. *Philastrius*, brix. inepti de *haeresibus* libri auctor. *Siricius*, ep. rom. a quo *decretales* minus falsae numerantur; *Idacius* et *Vigilius*, variorum libellorum incerti auctores; *Rufinus*, aquileg. presbyter, *Hieronymianis* litibus et

 Orige-

Origenis defensione clarus, suis quibusdam libris et translationibus *Origen. Euseb. histor. Clementinorum*, non paucis non male meritus. *Augustinus*, cuius ingentibus comprehensa voluminibus opera hic recenseri nihil attinet. *Bacchiarius* de fide, a *Muratorio* anecdotor. latin. tomo 2. ad finem huius seculi relatus.

Seiuncti a catholicis erant *Donatistae*, e quibus plures exstiterunt scriptores; nobis autem vix *Tychonii* VII. regulae interpretandae SS. supersunt; exiguae indolis; primus tamen ille inter latinos statuit, *Apocalypsin* spiritualiter intelligendam esse. *Priscillianistarum*, aliquos auctores nominat *Hieronymus* in *catalogo*. *Secundini*, Manichaei, qui *Augustinum* reuocare voluit, superest epistola. *Heluidius*, libello de fratribus domini, (Mariae filiis) Hieronymum acrem expertus est censorem; *Chalcidius*, qui in *Timaeum* Platonis scripsit, *Ausonius*, *Symmachus*, *Claudianus*, incertorum sacrorum. Ex huius autem seculi scriptoribus et conciliis illud facile colligimus, 1) fuisse non vnam interpretandae scripturae constantemque hypothesin; 2) praecipue eorum locorum, quae ad trinitatem referebantur a *catholicis*; cum quibus conueniebant *Ariani*, ante secula exstitisse λογον, ὑποςασιν, contra *Sabell.* et *Photinianos*; dissentiebant, in modo describendae exsistentiae, num ex essentia an ex voluntate patris pendeat. 3) De persona Christi, plerique omnes tantum σωμα a λογῳ susceptum statuebant; pauci etiam *animam*, *Apollinaristae* autem inferiorem facultatem, determinabant; quia de *anima* non fuit idem conceptus. 4) De consilio Christi, raro exstant aliae sententiae, quam, deiecto diaboli infernali imperio, corpori nostro immortalitatem partam, homines autem doctrina meliori imbutos fuisse. 5) De *Spiritu* S. serius tandem definitum fuisse, quod sit persona. 6) Religionis internam et moralem indolem paucos intellexisse, pleraque externis ministeriis data fuisse. 7) Superstitionum largam messem publice effloruisse. 8) Episcoporum *Hierarchiam* ciuilis imperii instar imita-

imitatam, non tam ingenuis in virtute promouenda meritis dedisse operam, quam vt eximio honore sacrarum rerum soli domini perfruerentur.

Tabula seculi quarti.

Christi.

304. *Victorinus*, *petabion* in *Pannonia* ep. mortuus. Circa hoc iam tempus *Meletianum* schisma. Post *Marcellini* rom. ep. obitum, sedes vacat.

305. Concilium *Cirtense*, postquam *DiocIet.* et *Maximilianus* ab imperio abierant.
Concilium *Eliberitanum*, cui *Hosius* interfuit; anni incerti. sed ante 313. certe.

306. *Constantini* M. primus; *Maxentius*, imperator. Maximiani Herculii filius; qui initio christianum se simulauit. Ei *Alexander*, in *Africa*, purpuram cedere noluit.

307. *Licinius*, Augustus dictus. Galer. *Maximinus*, Aug.

308. *Marcellus*, ep. rom.

310. *Eusebius*, rom. ep. eodem anno mortuus.

311. *Melchiades*, rom ep. *Petri*, alex. martyrium. Sub hoc tempus in Africa quaestio de *Felicis*, diaconi, Epistola, contra imperat. *Alexandrum*; quare *Mensurinus* ad palatium directus; qui thesauri ecclesiastici indicem confecit &c. Victo *Alexandro* pax rediit *Africae*. Belli inter *Constantinum* et *Maxentium*, (qui Africam iam tenebat) initium. Victo *Maxentio* christianis libertas data; quam et *Maximinus*, metu, confirmat; paulo post, cum Maximianus christianis edicto faueret, eos vltro oppugnauit *Lucianus*, Antioch. presbyter, martyr; *Arianorum* multorum praeceptor.

312.vel 313. In *Petri* alex. locum succedit *Achillas*; atque post 5 menses ei *Alexander*.
Prima *indictio* Constantiniana 312. a d. 24 Sept. per occid. a cal. Sept. autem Constantinopoleos imperatores, et romani episcopi ducunt. Nuptiae *Licinii* cum Constantia; Lege publica *omnium sacrorum* libertas data; *Constantini* prima constitutio, ad *Anulinum* Afr. praef. vt ecclesiarum praesides a publicis muneribus liberi essent.

Christi.

313. Mense octobri Synodus Romana, ad *Donatistarum* preces. *Maximi* interitus; iam *Licinius* conuenticula christianis reddit; itaque ecclesiae dedicatae per vrbes, *Euseb.* X, 3.

314. *Felix*, Aptung. a crimine traditionis, habita per Proconsulem quaestione, absoluitur. Concilium *Arelatense* primum; de quo *Launoius*, *Nicolai*, *Pagi* disputarunt: vtrum sit illud *plenarium*, de quo *Augustinus* loquitur; an *Nicaenum*. *Siluester* rom. episc.

315 seq. *Arianae* controuersiae forte primordia; vsque ad annum 324, duae *synodi Alexandrinae*.

324. *Licinius* secundo bello victus. Inde sequenti anno *Monarchia Constantini*, qui iam *Orientis* et *Aegypti* imperium adeptus est. Concil. *Nicaenum*, cum *Hosii* legatio *Alexandrina* fructu careret.

325-326. *Crispus*, (*Polae*, in Istria, prope Aquileiam,) et Licinius iunior, occisi; cum *Romae Vicennalia* ageret Constantinus. *Zosim.* lib. 2. *Ammian.* 14, 11. *Constantinopoleos* fundamenta.

Incerti temporis est historia, ad quam concil. *romani* Epistola anni 378. (*Baron.* 381.) respicit: Episcopus Romanus, si concilio eius causa non creditur, apud concilium *imperiale* se defendat. Nam et *Siluester*, Papa, a sacrilegis accusatus apud parentem vestrum *Constantinum*, causam propriam persecutus est.

326. Sub finem Anni *Athanasius* in locum *Alexandri* mortui (*Philostorgius*, lib. 2, 7. *depositi*,) successit. Basilica Constantini Hierosolymis exstructa, *martyrium* et *Anastasis*. *Helenae* obitus Romae; quae *Juliani* patrem quasi in exilium misit.

327. *Arius* ex exilio reuocatus; etiam *Theognis*, *Secundus* *Eusebius*, *Maris*; contra *Eustathius*, antioch. sede sua eiectus, atque *Athanasius* turbarum auctor accusatus.

330. Dedicatio *Constantinopoleos*. Immunitas Iudaeorum Archisynagogis, Patriarchis, presbyteris, concessa.

332. *Gothi*, implorantibus *Sarmatis*, victi.

Sub istud tempus Constantinus e duobus *Praefectis* Praetorio, fecit *quatuor*, qui non amplius *Comites* Augustorum, per omnes expeditioues eo-

rum

Christi.

rum et exercituum summi magistri, sed publici status administri essent, et supremi judices. *Zosimus* lib. 2. qui hac ratione eorum potestatem imminutam fuisse dicit; *Cassiodorius* lib. sexto Variar. verbosius describit, formula 3, praefecturae Praetorianae.

333. Initium euersorum templorum et idolorum gentilium, opes et reditus detracti; *Iulianus* orat. 7 et alii apud *Pagium*.

334. Synod. *Caesareae* contra *Athanasium*, qui triginta circiter menses venire tardauerat. Postea *Tyri* de eius caussa quaestio habita.

335. Encaenia Ecclesiae *Hierosolymitanae*, mense Septembri. *Arius* in Synodo receptus. *Tricennalia* Constantini; *Euseb.* de vita, lib. 4. c. 46, orationem habuit. *Constantinus* fil. *Gallias*; *Constantius*, Orientem; *Constans*, *Africam*, *Illyricum* et *Italiam*; *Dalmatius* (Fratris Constantini M. filius,) *Mesopotamiam*; *Hannibalianus*, gener imperatoris, Pontum, Cappad. Armeniam minorem tenet.

336. *Marcus*, episc. romanus. Eodem anno *Synodus* Constantinopoli ab Eusebianis habita; *Athanasius* ablegatur ad *Treuiros*. de synodo hac, (quae plurium fuit mensium) *Euseb.* Caesar. lib. 2. contra *Marcellum* Ancyr. c. 4.

337. *Iulius* ep. roman. *Constantinus* moritur, XI. cal. Iun. Tres *Augusti*, a mense demum septembri, postquam *Dalmatius* et alii occisi. *Iulianus*, vix 8 annorum, seruatus est. Persicum bellum et *Nisibis* obsidio.

338. *Athanasius* restituitur a iuniore Constantino; *Eusebiani* ad

339. *Iulium* atque ad Constantem et Constantinum litteras contra *Athanasium* mittunt. 340 *Synodica* alex. pro defensione eius; *Iulius* auditis utriusque partis legatis, *synodum* romae indicit; plerique tamen scriptores *Athanasium* Romam fugisse tradunt, quia *Gregorium* alex. milites adducebant. Illud symbolum *quicunque Baronius* inepte in haec tempora ponit; cuius prima vestigia in *Gallia* sec. 7. reperiuntur.

340. Seditio Constantinopoli post *Alexandri* mortem; *Paulum* homousiani, Macedonium Ariani volebant;

Christi.

Sozom. lib. 3, 4. *Paulus* biennio post deiectus, et *Eusebius* ab imperatore immissus. Hinc per XL annos Ariani ecclesias vrbis occuparunt, quas *Theodosius* catholicis restituit. Sicut *Antiochiae* post Eustathium, ariani Episcopi fuere, *Paulinus*, Tyr. *Eulalius*, *Euphemius*, *Flaccillus* (alii *Placillus*,) qui circa 342 mortuus est.

Constantinus a fratre *Constante*, occisus. *Zosim* lib. 2.

341. Vicennalia Constantii. *Encaenia* templi Antiocheni, *Synodi* occasio; in encaeniis catholici cum Arianis communicarunt; canones 25 concilii etiam a *chalcedonensi* non rejiciuntur. *Iulius* queritur hic *Athanasii* iudicium praeoccupatum. Formula fidei 1) nos nec Arii sumus sequaces etc. 2) alia Luciani, martyris, quam *Hilarius*, citat (de *Synodis*) et *Athanas.* in libro de synodis, quae est satis orthodoxa; tres hypostases *Sabellianis* (Marcello etc.) oppositae. 3) *Theophronii*, tyanens. cuius vltima verba, contra *Marcellum*, *Sabellium* et *Paulum* Samos. clarissime diriguntur. Post Synodum *Athanasius*,

341. Romae versans, impetrat *Constantis* ad *Constantium* litteras, vt tres episcopi mittantur ad *Constantem*; hi 342 afferunt 4) *quartam* formulam, aliquot menses post synodum scriptam. *Paulus*, Eremita primus, mortuus. *Constans* Romae *Gentilismum* abrogat; lege 2 de *paganis* in cod. *Theodos.*

342. Synodus *romana Athanasium* absoluit. *Marcellus* fidei formulam exhibet. *Constans Francos* vicit. *Eusebius* constant. in communione cum *Iulio* et ecclesia catholica mortuus est. *Pagi* ipse, recte, sic statuit. In eius locum catholici *Paulum* volunt restitui; altera pars, *Macedonium*; itaque plebs magistrum militum foede obtruncat; de qua seditione *Libanius* in *Basilico*; relegauit imperator Paulum.

343. *Sapor* in Persia in christianos inuadit.

345. *Antiochena* Synodus, in qua formula μακρόστιχος edita, et *Mediolanensi* synodo 347 (priori) transmissa; *mediolani Photinus* damnatus; *Vrsacius* et *Valens*, libello *Arium* et *Photinum* damnantes, recepti.

Impe-

Christi.

346. Imperatores synodum *Serdicam* coire iubent; *orientales* ab *occidentalibus* diuisi; hi tandem illorum sententiam amplexi, *Marcello* damnato. *Basilius* epist. 10 ad *Gregor.* Nazianz. quale nobis auxilium *ab occidentalium supercilio* et *fastu* aderit etc. Concil. *coloniense*; acta S S. d. XIII Maji, in vita S *Seruatii*, ep. Traiecti ad Mosam.

347. vel 348. Concil. *carthag.* sub *Grato*, cum e Sardicensi redux esset; post Cyprianum *primum.* Canones 14.

349. Mortuo *Gregorio*, Athanasius alexandriam redit.

Synodus *romana*, in qua *Valens* et *Vrsacius Athanasii* communionem amplexi; de expulsione *Photini*, qui adhuc in sede sua manserat, actum.

Post hunc et intra sequentem Annum scripsit *Iul. Firmic. Maternus*, de errore profanar. religionum.

350. *Maximo* Hierosolym. per Arianos deiecto, *Cyrillus* successit; quem chronic. Hieronymi *Arianis* adnumerat.

351. Synodus *Sirmiensis* prima, contra *Photinum*, qui Imperatoris gratia pollebat; occidentalium autem sine orientalibus auctoritas tanta non erat, vt *haeresis fidem labefactare* illis solis crederetur. Itaque *Constantius* orientales conuenire iussit. *Prima* formula Sirmiensis, graeca, cum 25 anathematismis. Eam *Hilarius* catholicam, *Athanasius* haereticam, statuit.

352. Iulio rom. *Liberius succedit.* Iulii 2 epistolas graece versas *Athanasius* habet; alii alias olim confinxerunt.

353. *Magnentius* secundae cladi apud *Alpes Cottias* superstes, se ipsum *Lugduni* interficit.

354. *Liberius* ad *Constantium* in *Gallias* (vbi contra *Alamannorum* reges fratres bellum parauit,) epistolam per legatos mittit, pro impetranda Synodo *mediolanensi* (altera;) circa hoc tempus *Constantii* legatio ad *Homeritas Arabiae* felic. et *Axumitas*, *Philostorgio* teste.

Concil. *Antioch.* contra *Athanasium*; misso *Georgio*, cappadoce, ex urbe eadem *Alexandriam*, cum militibus.

Concil.

Chrifti.

355. Concil. *mediolanenfe*, alterum, *Arianum*; praefente *Conftantio.* Contra *Liberium* ordinatur *Felix*; is vtrum *verus* fuerit papa, disputant Romani.

356. *Athanafius* alexandria fugit; (tribus Aegypti Praefectis obfcuratur haec hiftoriae pars.) Clam rediit, et latuit in vrbe; iterum fugit in folitudinem.

357. Synodus *Sirmienfis altera*, anno 358 continuata; in qua *Hofius*; et *Liberius*, (nifi hic in *tertia* Synodo reftitutus,) fubfcripferunt. Synodus

358. *Antiochena*, cum *Eudoxius Leontio* fucceffiffet; poft eam *Ancyrana*, Semiarianorum, contra *Eudoxianos*, f. anomoeos; atque fic *Conftantius* Synodum *Seleuciae* in Ifauria coire iubet; epifcopi autem diuifi Anomoeorum factione; occidentales *Arimini*, Orientales Seleuciae 359 conuenerunt. Synodus *Melitinenfis*, in qua *Euftathius* Sebaft. depofitus.

359. Synodus *tertia Sirmienfis*; in qua formula *Marci Arethufii* propofita. Synodus *Conftantinopolitana*, continuata in annum 360; praefuit ei *Praefectus* vrbis Conftantinop. *Honoratus.* Mors *Felicis*, romani epifcopi, quem Ariani *Liberio* oppofuerant.

360. *Hilarii* ex exilio reditus: fcribit iam contra *Conftantium.* Synodus *Antiochena* in caufa *Meletii* prior, qui iam Antiochiam e fede *Sebaftena* translatus fuit; in *altera*, fine huius aut initio fequentis anni, in exilium ab imperatore eiectus. *Iulianus* a militibus *Auguftus* proditus.

360. Synodus *Gangrenfis* in Paphlagonia; ante eam (duo vel tres annos) Synodus *Caefarienfis.*

Macedonius fede fua eiectus, cui *Eudoxius* fucceffor datus eft; *encaenia* templi magni, S. *Sophiae*, concilio Conftantinop. locum faciunt. Legati ex *Italia*, *Hifpania*, *Africa* ad comitatum veniunt, in *Arianismo* confentientibus fere omnibus prouinciis; excepta *Gallia*, *Hilarii* beneficio. Concilium *parifienfe*, contra Arianos.

361. *Conftantius*, ab *Euzoio* baptizatus, moritur. *Iulianus*, alienus iam ab his facris, imperator, funebrem pompam ipfe duxit.

Atha-

Christi.

362. *Athanasius*, post *Georgii* caedem, Alexandriam redit, postquam annos VII latuerat. Reuocati et alii episcopi ab exilio. Synodi minores *Alexandriae*, *Antiochiae*, de restituenda ecclesia, et de schismate *Meletiano*; *Meletium* Antiochia eiecerant Ariani; catholici autem diuisis sententiis erant, vtrum ordinationes eius valerent. *Lucifer* et alii *Paulinum* antioch. faciunt ep.

363. Instauratio Hierosolymorum, sub decennalia Iuliani. Imperator in praelio contra Persas perit; quem a S. *Mercurio* finxerunt lancea perfossum fuisse. *Iouianus*, Imper. *alexandrina* Synodus scribit ad imperatorem. *Synodus Antiochiae* a Meletianis, homoeusianis. *Hieronymus* Romae adhuc viuit.

364. Moritur *Iouianus*; succedit *Valentinianus*, qui *Valenti* fratri *Orientem*, *Aegyptum* usque et *Thraciam* commisit. Concilium *Lampsacenum*, Macedonianorum, s. Homoeusianorum; eius legatos *Valens* admonet, ne ab *Eudoxio* dissentiant. Mittunt legatos ad *Liberium*; inde 365 in *Siciliam* nauigant, et Synodo intersunt. *Tyanis* etiam Synodus epp. in qua et occidentalium litterae lectae. Hic legati macedoniani rogant, vt epp. velint Synodo *Tarsensi*, quae cogenda esset, interesse; sed imperatoris edictum intercessit 367, ante Pascha. Contra, occidentales *homousiae* ita student, vt in synodo *illyriciana*, atque auctoritate *Valentiniani* (litteris ad epp. dioecescos *Asianae*, Phrygiae etc.) substantialis trinitas (cum Spiritu S.) confirmaretur, sub ann. 370 seqq. *Theodor.* 4, c. 8. 9. Post *Synodum romanam*, *sub Damaso* plures fuerunt.

365. *Hilarius* Mediolani agit apud Valentinianum contra *Auxentium*. S. *Antonius* moritur.

366. *Procopius*, qui superiori anno defecerat, oppressus. *Valentis* fil. natus, *Valentinianus* dictus. Moritur *Liberius*; succedit *Damasus*, non sine vi et sanguine. Concilium *romanum Damasi primum*, contra *Valentem*, *Vrsacium* etc.

367. *Gratianus* Augustus tertius. Bellum *gothicum*; itaque *Valens*, baptismate munitus. *Hilarius* pict. moritur.

Christi.

ritur. *Valens* catholicos persequitur. *Augustalis* primus *in Aegypto*, *Tatianus*.

368. Supersunt Romae adhuc *virgines* (VII.) *Vestales*, lex 8 cod. Theod. de Medicis et Prof.

370. *Eudoxii* constantin. obitus; dedicatio secunda ecclesiæ Apostolorum. S. *Hilarion*, abbas, *Saracenorum* Apostolus moritur. *Chrysostomus* fit. lector *Antiochiae*.

371. *Eusebio* mortuo *Basilius* fit *caesar. Cappadoc.* episcopus.

Ruffinus aquil. et *Melania* in orientem proficiscuntur. *Melania*, pellem ouinam ab *Athanasio* dono accepit, quam *Hyaena* Marco attulit, cuius catulis ille visum restituerat. *Mauvia*, Sarac. regina, conuertitur. Synodus *Aegyptiaca* sub *Athanasio*, contra M*axentium* mediol. (epistola ad Africanus.)

372. Itaque Synodus *romana* secunda, contra *Auxentium* habetur a *Damaso*.

373. *Athanasius* moritur. *Petrus* alex. Romam fugit, a *Lucio* expulsus; Romae Synodus *romana* tertia, contra Apollinar. et *Lucium*. Sub ista tempora, leges publicae: curialium conditionem *monachismo non posse* vitari.

374. S. *Ambrosii* ordinatio. Concilium *Valentinum*; synodica ad episcopos per Gallias et *quinque prouincias* (*Narbonensis* enim a Galliis seiuncta etc. *Pagi*) constitutos; sequente seculo dicuntur VII prouinciae. *Epiphanius* Panarium hoc anno scripsit.

375. *Valentinianus* senior moritur. Successit iunior, filius eius; *Valentis* enim ille filius mortuus; *Imperium* diuisum. *Martinus* fit *Turonens*. episc.

376. *Gratiani* lex 23 *Treueris data* cod. *Theodos*. de Episcopis: vt leuiores religionis caussae *locis* suis, (apud *Episcopos* ciuitatum) atque in Synodis *Dioeceseos* totius, (in *plenario* concilio, prouinciarum omnium sub vno *Primate*) audiantur.

Gothi seu *Scythae*; ab *Hunis* expulsi, a Valente suscipiuntur.

377. *Gratiani* exercitus apud *Argentariam* (*colmar*) Alamannos vincit.

Valens

Christi.

378. *Valens* infeliciter *aduersus Gothos* pugnat. Post fatum *Valentis Gratianus* omnibus sectis libertatem concedit, exceptis tamen tribus, pag 168; quam legem 380 Mediolani ipse reuocat. *Synodus* romana *quarta*; (vid. Libellus *Synodicus*. *Hieronymus Eusebii* chronicon continuauit ad h. annnum.

379. *Ausonius Gratiano* dicit Panegyricum. *Theodosius* imperator, die 19 Ianuar. *Maximus*, ep. Constantinop. a *Petro* alexandrino, qui tres Episcopos ex Aegypto miserat, ordinatus; sed ciues eum non patiuntur, itaque occidentalibus aliquamdiu imposuit. *Gregorius*, Nazianzo (hic patris tantum adiutor non vero Episcopus fuit,) Constantinopolin translatus, quod *Damasus* aliique improbant. *Theodosius*, ob morbum, ab *Ascholio* episc. *Thessalonicensi*, (fuit haec vrbs *metropolis Illyrici* orientalis,) baptizatur.

380. Calendis Ianuar. *Basilius* caesar. moritur, aliquanto post *Ephraemus*, quem ille ordinauit. Sub finem anni concil. *Antiochenum*; *Sapor*, orientis dux, legem A. A. Gratiani et *Valentiniani*, orthodoxorum epp. ab exilio reuocandorum in gratiam, Antiochiam perfert; ibi fidei regula, contra *Apollinarem* stabilita. Restituuntur ecclesiae Constantinopol. catholicis. Concil. *Caesaraugustanum*, contra *Priscillianistas*.

381. *Athanaricus*, rex Gothorum, Constantinopoli moritur.

Synodus Constantinopol. oecumenica secunda mense Maio, *Theodosii* iussu coiit; *patriarchatus* constantinopol. canone 3 erectus.

383. *Maximus*, Hispanus, ex Britanniae partibus iam tyrannidem arripuit. (Indignum ducens, contra ecclesiae statum agi, Prosper.) *Gratianus* cal. septembr. Lugduni *occisus Mallobaudi*, magistri militum, perfidia. *Ambrosius* ad *Maximum* missus.

384. *Maximus* a *Theodosio* imperator agnoscitur; qui et filium *Arcadium Augustum* renuntiauit, d. 19 Ianuarii. Hoc anno *Damasus* mortuus. *Siricius* succedit, quem volunt episcopum *Thessalonic.* fecisse *Vicarium* apostol. sedis in illis partibus, ad

Christi.

ad vindicandum *Illyricum orientale* ab episcopi *Constantinopolitani* studiis. *Honorius*, Arcadii frater, natus. Synod. *Constantinop.* pro vnione et pace ecclesiarum, quam nec Theodosii plures sanctiones promouent; (cod. Theodos. de Haereticis lege XI - XIV.

385. *Timotheo* alex. succedit *Theophilus.*

386. Concil. *roman.* cuius ad Episcopos *Africae* decretalis superest. *Valentinianus, Iustinae* matris instinctu, *Arianis* veniam conuentuum habendorum dedit; lex 4. cod. *Theod.* de fide catholica. *Ambrosius* enim Iustinae basilicam *Portianam* noluerat concedere; nec potuit imperator basilicam extorquere ob plebis et militum iras. Corpora *Protasii* et *Geruasii* inuenta. *Hymni* latini Ambrosiani. *Cyrillus* hierosolym. moritur.

387. Seditio *Antiochena*; statuae *Theodosii* et filiorum deiectae; *Theodosius* duxit *Gallam*, Iustinae, (quae cum Valentiniano ob *Maximum* in orientem fugerat) filiam. *Maximus* a Theodosio victus; et cum filio tandem occisus. Baptizatus *Augustinus mediolani*; cum nondum 33 annum egressus fuisset.

388. *Palladius* (*Origenista*,) vitam monasticam amplectitur; scriptor historiae *Lausiacae*. *Euagrius* Ponticus, *Palladii* praeceptor, multa ascetica scribit. Fuit *Gregor.* nazianzeni discipulus.

Theodosius Romae triumphat. *Pacati* in eum panegyricus. *Euagrius*, qui *Antonii* vitam latine transtulit, atque *Eusebii* vercell. comes fuit, episcopo antioch. *Paulino* succedit; *Synodus Capuana* incerti anni; contra *Bonosum* Sardic. et de causa *Flauiani*, *Euagrii* aemulo.

389. *Arbogastus* pacem cum Francis init.

390. Caedes *Thessalonicensium* mense Maio ciuium; itaque *Theodosius* Ambrosio auctore, *Mediolani* lege statuit, sententias capitales XXX dierum spatio rationis iudicium exspectare; quae lex periit.

301. Concilium *Mediolanense*; (Ambros. epist. 28) ob Episcoporum lites Concil. *carthag.* secundum sub *Genethlio.*

391. *Theodosius*, ex Italia, post triennium fere, Constantinopol. redit. *Gregorius*, Nazianz. moritur.

Sera-

Christi.

Serapium alex. *Theophilo* alex. ep. duce, euersum. Lex XI. cod. Theodos. de *Paganis*. *Eunapius* in *Aedesio*; *Zosimus* lib 4. *Aurelius* succedit Genethlio.

392. *Valentinianus* junior, d. 15 Maji occisus. *Theodosius* (in decennal. *Arcadii*) lege XII de Paganis omnem Gentilium cultum prohibet; enarratis ritibus fere singulis.

Theodosius in *Eugenium*, quem *Arbogastus* Augustum pronuntiat, mouet.

393. *Honorius* Augustus creatur. *Origenistarum* aduersus Catholicos conatus; quos Pelusiotas; jumenta et animales homines, nominabant, quia non recipiant ea, quae Spiritus sunt; *Hieronym.* Ep. 61 ad *Pammach.* Hoc anno edidit *Hieronymus* librum de *scriptoribus ecclesiasticis*. s. catalogum. Schisma Donatistarum; alii *Primianum* ep. carth. eligunt; alii, aliquanto post, *Maximianum*. Ante Primianum fuerunt, *Lucius*, *Cajus*, *Donatus*, Maiorinus. *Maximianistae* duabus Synodis *Primianum damnant*. Concil. *Hipponense*, canones 41.

394. *Gregor.* nyssenus, postquam interfuerat concil. *Constantinopolitano*, moritur; obit et *Amphilochius*, icon.

395. Theodosius *Honorium* ad se, *Mediolanum*, euocat; eique occidentem committit; post Imperatoris mortem, *Arcadio Rufinus*, *Honorio* Stilico, tutores praesunt, diuiso imperio; licet *Stilico* etiam in Orientem vano conatu auctoritatem prae se ferre voluerit.

395. *Arcadius* lege 18 de Haereticis, *Eresium* haereticum declarat. Fuit e *Luciferianorum* parte. (Libell. *Faustini* presbyt.)

Gothis dona subtracta; itaque sub *Alarico*, *Rufini* perfidia adiuti *Graeciam*, et praeterea *Huni Orientem*, inuadunt. *Rufinus* Gaina duce, obtruncatus; ei haud paulo peior succeffit *Eutropius*. *Augustinus* fine anni episcopus Hippon. ordinatur.

396. Sub ista tempora Apostolatus *Nicetae* s. Nicaeae, episcopi *Romanianae* (in *Dacia* mediterranea); quem *Paulinus* nolanus laudauit. Apud *Persas*, *Scythas*, *Gothas*, (in *Dacia*, seu in Moesiis) fuit. *Gildo*, comes et Magister vtriusque militiae, in Africa tyrannidem arripuit. *Arcadii* legibus *Iudaeorum* priuilegia confirmata.

Christi.

397. *Melania* et *Ruffinus* in Italiam redeunt post annos XXV. *Pelagius* et *Caelestius* iam ante haereseos infamiam libris clari. Ex interpretatione librorum περι αρχων litium semina. *Ambrosius* d. 4. Apr. moritur. Concilium carthag. 3.

398. *Siricio*, (qui Hieronymo parum fauit,) mortuo successit *Anastasius*. Sub *Siricio* Hieronymus clericos Romanos Pharisaeorum senatum nominauit. *Gildo* debellatur. Concil. carthag. 4. (quod de *Marca, Scheistraten* et *Pagius* videntur recte non pro falso habere); sed canones 124 non omnes huius temporis. *Chrysostomus*, post Nectarium episcopus constantinop. per *Eutropium* fit; composuit per *Theophil.* alex. simultatem quae 17 annos *Romanum* inter ep. et *Flauianum* durauerat. *Porphyrius*, ep. Gazae, aduersus gentiles gazenses misit ad *Arcadium*, ne *Marnas* vltra in *Marneio* consuleretur. *Honorius*, Mariam, *Stiliconis* fil. duxit.

399. *Eutropius* cubicul. in exilium relegatus. *Pulcheria* Arcadio nata; *Majuma*, Chrysostomo vrgente, sublata. *Rufinus* scribit *inuectiuarum* duos libros contra Hieronymum, qui epistola ad Pammachium et Oceanum, et alia ad *Rufinum*, in libros περι αρχων translatos vehementer scripserat. Gentilium templa in *Africa* et *Phoenice* diruta; deae *caelestis* templum, a christiano *Aurelio*, ep. occupatum, quod gentilis *Aurelius* dedicarat.

Lex 14. de Iudaeis in cod. Theodos. *Honorius* vetat ex occidente *Apostolatum* ad Orientem mitti; post 5 annos tamen reuocat. Manichaei in *Africa, Gallia, Hispania, Paphlagonia* etc. *Synesius* orationem de regno recitat.

400. *Sisinnius*, *Martyrius*, *Alexander*, in agro tridentino occisi a gentilibus; istos miserat *Vigilius* ep. Trident. *Simpliciano*, mediol. ep. succedit *Venerius*.

Gothi a Gaina in vrbem constantinop. immissi, occisi et repulsi.

S. *Maro*, a quo nomen *Maronitae* deriuare volunt suum in Syria floret. *Concil.* *Toletanum* primum. *Martinus* turonens. mortuus.

SECV-

SECVLVM QVINTVM.

CAP. I.

De ſtatu imperii Chriſtiani.

Iſtam hiſtoriae partem, haud ſcio an non dicere liceat ingenti momento ſuperare plurium ſeculorum res geſtas; licet non abſit iſta, quae recenſionem ingenuam ſatis impedit, malignitas, quod parum luculentis auctoribus ad eam propius perſpiciendam vti poſſumus. Etſi enim tantis rebus geſtis non defuerunt ſcriptores: tamen meliorum quorumdam vix *fragmenta* ſuperſunt, e. c. *Priſci*, Rhetoris, qui *byzantinam* et *gothicam* hiſtoriam, (quae cum Scythis ſub *Attila* acta fuerunt,) perſcripſerat; *Theodoſii* iunioris tempora is praecipue illuſtrat; *Malchi*, rhetoris, hiſtor. *byzantinae* libri 7; ex illorum ſcriptis Excerpta habentur illa *de Legationibus*, in corpore byzant. Ad *Priſcum* autem et *Iordanus*, (alii Iornandem) ſaepe prouocat, *Euagrius*, rarius *Theophanes*; ex *Malcho* autem *Photius* quaedam recenſuit, cod. *οή*, idem cod. *όθ* *Candidi* hiſtoriarum libros 3, a *Leonis* initio, et cod. *π*. *Olympiodori* hiſtoriarum libros 22, ab *Honorio* &c. percurrit, atque hos quidem ſatis copioſe. Pauca ex *Inſcriptionibus*, quae ſuperſunt, petuntur; ex *Hieronymi* atque *Auguſtini* epiſtolis; *Plura* ex *Proſperi* et *Marcellini*, *Idacii*, *Victoris*, Tunun. *Caſſiodorii*, *Marii*, auentic. chronicis; rerum italicarum ſcriptoribus; *Procopio*; *Gregorio turonenſi* (editio *Ruinarti* collegit *Fridegarii* fragmenta;) vita S. *Seuerini*, Noricorum Apoſtoli; *Ennodio*; E recentioribus, poſt *Pagium*, *Muratorii* hiſtoria *Italiae*; *Maſcouii* hiſtoria Germanorum, *Bünauii* hiſtoria imperii Romano Germanici; *Ferreras* hiſtoria *Hiſpaniae*; *Valeſii* et *Danielis*, hiſt. Francica.

Etſi noſtrum non eſt, de cauſſis labantis imperii Romani diſſerere, breuibus tamen potiora momenta hic attingemus, quae ad ſtatum imperii vtriusque perſpiciendum praecipue faciunt. *Theodoſii* filii, *Honorius*, et *Arcadius*, licet bona mens non deeſſet, ad eas virtutes parum videntur informati fuiſſe, quibus, per ea tempora, ſi vnquam, maxime opus erat; itaque, cum ſimultates perpetuae eſſent, et infidelium adminiſtrorum conſiliis omnia patebant, et bene meritis iuſtus honor vix habebatur, ob ſuſpicionum prauitatem. *Stilico* tamen *Honorio* non defuit, aduerſus *Alaricum*, Gothorum, et *Radagaiſum*, Hunorum regem; licet ſuſpicionibus variis locum fecerit. Nempe ſub iſta tempora, barbarae gentes, quibus ad ſupplendam domeſticam fortitudinem ſuperiores quidam imperatores vſi fuerant, non ſolum publicae rei Romanae omnem indolem ſatis perceperant, ſed etiam felicioris domicilii et ſtatus deſiderio capti erant; *Gothorum* certe quidam principes, et *Barbari* fiebant *Patricii;* non ſolum milites in manu habebant, ſed etiam litterarum artiumque adiumenta praecipua collegerant. In Palatiis *Eunuchorum* malitia (ſub *Theodoſio* certe, imbelli principe,) non parum contulit ad publicae rei periculum; peruerſa etiam quorumdam, aut plerorumque, imperatorum diligentia, quam *haereſibus* nouis componendis parum opportune impenderunt. *Claſſium*, quae olim ſolebant paratae haberi, fere nullum ſuperſuit miniſterium. *Legiones*, quae imperii limites defenderant, in Italiam reuocatae, continuis per prouincias rebellionibus locum fecerant. E *Britannia Conſtantinus* Galliarum partem occupauit, qui *Arelatenſem* vrbem ſedem nouo regno ſibi et filio deſignauit; *Vandalis*, qui in Galliam invaſerant, *Alani* iuncti, *Francorum* virtutem repellunt, *Moguntiam*, *Argentoratum*, *Remos* &c. *Wormatiam*, expugnant, iam ante *Arcadii* obitum; hic adeo fratri non confidebat, vt *Theodoſium* 2, octo fere annorum, ſub *Iſdegerdis*, Perſarum regis, tutela reliquerit. Poſt *Stiliconis* fatum, e *Norico Alaricus* in Italia facile progreditur

tur et *Romam* oppugnat, auri tamen argentique grandi onere redemtam; *Attalum* iam *Alaricus* diademate parui temporis ornat. Gentium plurimarum inuasiones *Hieronymus* Epistola ad *Agerochiam* commemorat; 409 *Roma* ab *Alarico* expugnata, patientissime id ferente *Honorio*. *Ataulphus*, qui Alarico successit, *Gothorum* regnum in Galliarum partibus meridionalibus satis feliciter fundauit; *Burgundiones* autem sub *Gondecario* in partibus septentrionalibus, ad *Rheni* fluenta. (*Valesii* notitia Galliarum.) *Ataulphus*, *Gallae Placidiae* maritus, in *Hispaniam* contra Vandalos et Sueuos mouit, 415, *Barcinonam* sedem elegit. Post eum *Vallia* rex *Vandalis* et *Alanis* non pauca in Hispania eripuit, donatus inde a Rom. imp. *Aquitania* secunda, (Gothia) 418; eum *Theodericus* excepit. In *Hispania* fere perpetua, sed parum felicia Romanis bella; *Honoria*, antea peramata, a fratre iam ad *Theodosium* cum liberis amissa, ob suspiciones. Post *Honorii* mortem *Iohannes* aliquis surrexit, qui a *Theodosio* spretus per *Aetium* Hunorum in *Pannonia* requisiuit auxilium, 424; eidem Africam inuasuro *Bonifacius* restitit; *Ardaburii* vero astutia cum *Rauenna* vrbe captus fuit. *Valentiniano* tertio, septenni, purpuram Romae induit *Honoria*; quae tamen per *Aetii* artes *Bonifacio* confidere desinit; hic itaque *Vandalos* ex Hispania euocat, licet paulo post eum poenituerit. *Aetius*, cum iam *Honoria* comperisset fraudem, in *Pannoniam* secessit, atque hoc metu impletum Valentinianum sibi reddit amicum. Inde *Gundicarium*, Burgund. regem ad pacem compellit; Africae partem *Gensericus*, carthaginem et aliam partem *Valentinianus* retinet. *Theodoricus*, *Burgundi*, *Sueui* vix aut repelluntur, aut legatis placantur. *Gensericus* 437 catholicos epp. in *Africa* eiicit, qua via et *Hunericus* fil. postea perrexit; nempe ex ista inepta in *Arianos* inuidia iam olim multa publicae rei mala euenerunt. Anno 439. *Carthaginem* etiam occupat; (decora et vitia in vrbe ingentia describit *Saluian*. lib. 7.) *Victor* vitens. *Genserici* barba-

riem non leuiter depinxit, de perſecut. vandal. Rex iam et *Siciliam* terret; videtur et *Attilam* in *Illyricum* et *Thraciam* immiſiſſe. (Aliter tamen *Priſcus* narrat, qui fuit inter legatos.) *Pulcheria*, cuius ſanis conſiliis *Theodoſius* vix carere poterat, palatio excedit, 447. paulo poſt etiam *Eudocia*, imper. coniux. *Hieroſolymam* abit. *Rechila*, Sueorum rex, non ſine *viſigothorum* auxilio, et *Bacaudarum* ſocietate Hiſpaniae partes male vexat. *Pulcheria Marcianum* imperatorem maritumque ſatis feliciter elegit, 450; ſed *Iuſta Grata Honoria*, *Attilae* regni partem et connubium vltro obtulit, ad quem et *Genſericus*, iram *Theoderici* ob filiam remiſſam veritus, per legatos, et *Clodionis*, quem Romani maiori fratri praelatum regno Francorum praefecerant, frater, auxilii petendi cauſſa, ſe contulerant. Itaque in occidentem mouit *Attila*, *Gepidarum*, *Oſtrogothorum* aliarumque gentium copiis auctus, (nomina *Apollinaris Sidon.* in Panegyr. Auiti, v. 319 ſeq.) Similiter *Aetius*, *Viſigothorum* multarumque gentium auxilia collegit, (*Iordan.* de rebus geticis. c. 36.) Inuſitatam caedem (in campis *catalauniis*,) exſtitiſſe facile credimus; *Attila* rediit in *Pannoniam*, 451; ſequenti anno *Aquileiam* occupauit; *Leo*, rom. ep. inter legatos ad eum eminuit. Poſt mortem *Attilae* 453 in partes diuiſi *Huni*; *Gepidae* victores Daciam retinuerunt; aliae gentes alio diſperſae. *Valentinianus* 3, qui *Maximi*, ſenatoris, coniugi vim intulerat, obtruncatur; *Maximus* viduam *Eudoxiam* in torum aſſumſit, quae, cum caedis auctorem comperiſſet, *Genſericum* inuitaſſe dicitur; *Vandali* 455 per 14 dies *Romam* depopulati, matrem cum filiabus *Eudocia* et *Placidia* in *Africam* abducunt; *Eudocia Hunerico* coniux tradita. Interea *Auitus*, qui cum *Theoderico* 2 ibi de foedere egerat, Caeſar proditur, atque Arelatem reducem exercitus purpura exornat. *Theodericus* Sueuos ſibi ſubiicit, capto Rechiario. *Auitus* imperium cum *placentino* epiſcopatu commutat, 456, *Ricimeris*, militum ſummi ducis, metu. *Marcianum Leo* excepit, quem

quem olim *magnum* dixerunt; Patricii *Aſparis* beneficio, Ariani. *Rauennae Maiorianus* imperator factus; ei 461 obtruncato *Seuerus* ſucceſſit; Vandali *Sardinia* eiecti, per *Marcellinum* Dalmatiae dominum; *Narbona* Theoderico traditur ab *Agrippino* comite, vt odio in *Aegidium* obſequeretur; hunc *Franci* eiecto *Childerico* interea regem fecerant, reuocato autem *Childerico*, et *Franci Rhenum* tranſierunt, *Treuiros* vaſtarunt, et *Odoacro* duce *Saxones* et *Gothi* romanas in *Galliis* prouincias male vexarunt. Iam *Romani* ſero intelligebant, ſimultates cum graeco imperatore ſibi ipſis maximo eſſe detrimento; *Leo* itaque *Anthemium* miſit; *Lupercalia* tum habita, ſed vanae gentilium ſpei non reſpondit euentus. *Theodorico* occiſo *Euricus* prouincias romanas in Hiſpania expugnare incipit; perfidia et ignauia Praef. Pr. galliarum et *Baſiliſci*, (*Verinae* imperatricis frater) claſſis contra *Genſericum* praefecti, non parum rei romanae nocuit; felicius 470 in Africa res geſtae, vt *Genſericus* pacem petierit, quam *Leo* facile conceſſit, vt *Patricium Aſparem* eiusque filios tandem opprimeret; *Anthemium* contra Romae *Ricimer* obtruncauit; *Olybrius*, a Leone in Italiam miſſus, *Placidiae*, filiae Valentin. 3. maritus; eius ſoror *Eudocia Hunericum*, maritum, deſerit; *Glycerius* poſt Olybrium, fit imperator, ope *Gundibadi*, burgundi; Oſtrogothi, ſub *Theoderico*, Triarii filio, et comite *Oſtro*, a *Leone* multa extorquent; *Leonem* excepit Leo, *Ariadnae* imperatoris filiae et *Zenonis*, Iſauri, filius; hunc pater, *Zeno*, qui *Glycerii* in locum mittit *Iulium Nepotem*, 474, hic per *Epiphanium*, ep. Ticin. *Euricum*, Viſigothor. r. placat; ſed *Oreſtis* perfidia imperio exuitur, qui *Romulum* filium ſuum imper. creat. *Theodemir*, oſtrogoth. rex, recepto filio *Theoderico*, qui conſtantinopoli obſes fuerat, in *Moeſiam* inuadit; *Verina Zenoni* irata, per fratrem *Baſiliſcum* rebellionem excitat; *Odoacer* ex *Pannonia* cum multis copiis *Italiam* aggreditur, in *Norico* a S. *Seuerino* ominibus acceptis, 476; in *Italia* Gothus ille educatus

 fuerat,

fuerat, *Ticinum*, *Rauennam*, *Romam* occupat *Romulo* capto. Itaque rex Italiae fit *Odoacer;* arianus licet, catholicis minus grauis; *Weſtgothos* autem fines proferre vsque ad Alpes non aegre paſſus eſt. *Zeno* interea reſtituitur; et *Theoderico*, *Amalo*, oſtrogoth. regi per *Sabinianum* fortiter reſtitit, 479, *Marciani* rebellionem per *Illum* repreſſit, hic tamen 484. ipſe rebellat, et cum *Verina Leontium* imperatorem prodit. *Hunericus* fere omnes epp. catholicos eiicit, (*Victor.* tunun.) *Clodoueus* 486. Francorum rex *Rheno* transmiſſo *Syagrium*, romanum regulum bello petit; et regni ſui fines per *Belgicam* primam, et ſecundae partem vsque ad *Burgundos* profert. *Odoacer* Rugiorum regem vincit; Rugios *Danubius* a *Norico* ſeiungebat; regis filius Frider. ad *Theodericum* Amalum, in Moeſia, fugit, cuius vexationes *Zeno* vel inuitus patitur; in *Odoacrum* autem et *Fridericus* et *Italiae* pulcritudo *Theodericum* incitauit, 488. *Gepidis* caeſis et *Bulgaris*, *Odoacrum* proeliis duobus vicit; *Mediolani* autem militum magnam partem ad ſe traxit, nec *Epiphanius* ep. ticin. honori aut tempori defuit. *Anaſtaſius* 491 *Zenoni* ſuffectus, *Ariadnae* conſiliis, *Longini* tamen, Zenonis frater hic, et alterius, excitatas turbas vix compoſuit. Interea *Theodoricus* connubiis res ſuas firmat, ducta *francica Audelfreda;* elocata *Thraſamundo Amalafreda;* duabusque aliis nothis *Alarico*, Viſigoth. et *Sigismundo*, Burgund. Ad Burgund. regem miſit *Epiphanium* et *Victorem*, taurin. 494. atque iam, non exſpectata Imperatoris graeci venia, *regis* nomen vltro ſumſit, atque κειμηλια regia remitti poſtulat. Anno 499. lites inter 2 candidatos Epiſcopatus romani dirimit *Theodoricus Rauennae*, quo euocati comparuerunt. Iam a. 500. *Romae* a *Symmacho* et clericis excipitur ſolemniter. *Burgundiae* regnum, quod fratres inimici turbabant, *Chlodouei* Franci adiutorio, *Gundobado* ſoli ceſſit, occiſo infideli fratre.

Breuiter autem in memoriam reuocemus rem eximii momenti et vſus ſalubris: iam epiſcopos non paucos *catholicos*

licos ad *Arianos*, imminentes dominos, legatione libenter functos fuisse; sepositis interea anathematibus.

CAP. II.

De religionis Christianae propagatione.

Etsi inde a *Constantini* M. tempore et post *Iulianum* legibus publicis immanium superstitionum vis non parum infracta erat: (vid. *Godofredum* et *Fabrotum* ad lib. XVI. tit. X. cod. *Theodos.*) per omnes tamen vrbes *ethnicae religionis* exercitium non deerat; atque vel *Chrysostomus* commemorat, *Antiochiae* ciuium partem fere aequalem ex ethnicis constitisse; christianos autem *Alexandriae*, *Romae*, *Constantinopoli* gentilium multitudo adhuc vicit. Itaque per hoc seculum, *Honorii* praecipue studiis, publicae leges multae ad delenda peregrina sacra prodierunt, quemadmodum et contra *Donatistas* aliasque haereses *Honorius* legibus sanciendis minus, quam reipublicae conseruandae, defuit. Publicae rei detrimentum solebant *Romani* a christianis sacris deriuare; quare et *Romae* sacrificia instaurata fuerunt, 408, vt contra *Alaricum* felicitas contingeret, (*Zosimus* lib. 5, 41, qui vel *Innocentium* ep. rom. non intercessisse scribit;) *Augustinus* autem libros de *ciuitate dei* ad *Marcellinum* scripsit, ad repellendam a christianis sacris istam accusationem vulgi. *Theodosius* a. 416 seqq. et anno 426. (lib. XVI. tit. X. cod. *Theodos.*) contra paganos sanxit plures seueras leges; iam templa et diruta, et christianis donata; sacrificiorum autem et aruspicinae genus omne sub piaculo prohibitum. Huc pertinent etiam leges de *Apostatis*; sanctionem renouauit *Valentinianus* 3, a. 426.

Quod attinet ad propagationem religionis christianae in iis locis, quae iam demum his sacris praebuerunt aditum: ex *Chrysostomi* illa epistola 123, tomo 3 operum edit. *Benedictin.* *Cucuso* circa a. 405. scripta, patet, pres-

byteros et monachos quosdam inter *Hellenes* in *Phoenice catechizandi* caussa versatos fuisse, non sine successu; quae caussa non videtur aliena esse ab ea historia, (siquidem fides non deest,) de qua in actis S. *Cyrilli* et sociorum narratur, qui in iugis *Libani* dicuntur ab ethnicis interemti; tandem ferarum incursibus ita fuerunt agitati, vt a S. *Simeone*, qui postea *Stylites* dictus est, opem petierint; is negauit aliud malo superesse remedium, quam vt christiana sacra amplecterentur. Iam per quatuor plagas in lapidibus tres cruces incisae subitam necem feris istis intulerunt, quaedam antea lugubres voces emiserunt, o Simeon, quid fecisti nobis. *Assemani* tom. 1. biblioth. orient. p. 246. 247. Scimus autem legibus imperatorum ethnica sacra deleta fuisse; itaque talibus ineptiis hodie non opus est; aliis tamen miraculis et *Arabum* multitudo dicitur conuersa fuisse, et vexatis in Perside christianis ille solatium attulisse. E *Iudaeis* per ipsum romanum imperium satis feliciter viventibus, (cod. *Theodos.* lib. V. tit. VIII. de Iudaeis &c. lege 15. 17. 20. 25. titulo IX, lege 3.) non pauci prae se ferebant horum sacrorum desiderium; sed et plerique incautos fallebant, vt non solum patet e cod. *Theodos.* lib. XVI. tit. VIII. lege 23, sed etiam narratione *Socratis* lib. 7, c. 17 de Iudaeo, qui a *catholicis*, *Arianis*, *Macedonianis* baptisma et vim pecuniae non exiguam accepit; tandem vero *Nouatianorum* baptisma consecuturus, miraculo aquae, recedentis in meatus suos, detectus est. Nec verosimile est Iudaeos *Episcoporum* christianorum institutis et moribus facile ad sacra christiana inuitatos fuisse; (leg. *Chrysostomi* scriptiones contra *Iudaeos*; de episcoporum autem δυναστεια et *Orestis*, praefecti alex. iudicium refert *Socrates* lib. 7, 13, et *Cyrilli* alex. intemperanti feruore satis nobis constat. Iudaeis enim a. 415. Synagogas ademit, eosque vrbe per apertam plebis vim expulit.) *Iudaeum* sub *Attico* ep. constantinop. paralyticum baptismi beneficio sanitati restitutum narrat *Socrates* lib. 7, c. 4. idem c. 5. et alibi de *Sabatio*, inter Nouatianos presbytero et episco-

episcopo non pauca refert, qui e *Iudaeo* ad christianos accesserat; cap. autem 38. de impostore *Iudaeo*, in *Creta* insula, qui *Mosen* se in terras reducem simulauit; postquam multis Iudaeis noua miracula persuasit, quorum experimentum in mare se praecipitantibus male cessit: multi *Iudaei* dicuntur christianam religionem suscepisse.

Sub occidentem solem, *Burgundiones*, qui iam superiori seculo non raro cum Romanis bella gesserant, iam *Hunorum* incursionibus vexati, vt potentiorem deum adiutorem sibi acquirerent, ad Romanorum sacra accesserunt; (videbant certe *Romanos*, *Gothos*, *Sueuos* armis contra inuadentes alias gentes satis adhuc valere; itaque e *Gallia* episcopum petierunt, qui eos VII. dies ieiunare iussit, atque institutos ad fidem, si placet, die octauo omnes baptizauit. Sic, quod mirum est, narrat graecus, *Socrates* lib. 7, c. 30. Fas autem fuerit opinari, *Socratem* ideo de hac re scripsisse, licet ad *Theodosium* et orientis imperium nihil pertineret: quod sub initium Theodosii, 415 forte illa historia collocanda est. Eo certe anno *Prosperi* chronic. *Burgundiones* narrat partem *Galliae*, Rheno propinquantem, occupasse; nempe non inuitis *Romanis* aut eorum sociis, quia promitterent christianismum. Parum recte autem ista de *Hunis* victis hic recenset *Socrates*. Ceterum *Orosius* lib. 7. laudat *Burgundiones*, quod quasi cum *fratribus* non cum subiectis, vixerint; atque vel ficta *Anastasii* epistola ad Germaniae et *Burgundiae* episcopos videtur eius rei aliquid inuoluere; falso tamen *Guillimannus* de rebus Heluetiorum lib. 2. c. 7 ea epistola vsus est. Cum *Francorum* rex, *Chlodouaeus*, *Burgundionum* regis filiam, *Clotildem*, coniugem acceperit, sub finem seculi, (493. *Gregor. turon.*) quod connubium haud dubie imperii firmandi caussa elegit: facile patet, et *Chlodouaei* transitum ad christiana sacra praecipue politicis consiliis deberi; (doctiss. *Walchii* dissertatio.) *Remigius*, rhemensis, regem, qui victoriae contra *Alamannos* obtinendae caussa sic vouerat, baptizauit 496, quod institutum *Francorum*

pro-

proceres et ſenſim populum lubenter ſecutos eſſe facile credimus; licet columbam, quae caelitus *ampullam* iſtam attulerit, perſuaderi nobis non ſinamus; ars enim et ſagacitas procurauit hoc tempore talia portenta, quorum ad plebem vim non ignoramus. Quae de ſacrorum inter *Hibernienſes* propagatione, ante *Patricium*, Scotum, narrantur (de S. *Declano*, *Kiarano* &c. ſatis incerta ſunt, et poſteriorum temporum ſcriptoribus debentur. *Patricium* Romanus ep. *Caeleſtinus*, redire iuſſit epiſcopum, a. 432, in *Palladii* locum; ſedes tamen epiſcopales in Hibernia plures deſignantur, iam ab initio ſeculi; *Romam* enim iam diu ſolebant adire *Hiberni*, et *Britanni*, vtpote *latinorum catholicorum* ſacrorum ſedem primariam; ab *Arianis* enim eos abhorruiſſe facile credimus. Videtur autem non alienum eſſe ab iſta cauſſae indole, quod tyranni quidam in *Britannia* inde ab initio ſeculi rem romanam defendere auſi ſunt; e quibus *Conſtantinus* praecipue eminuit, a. 411 tandem occiſus, *Honorii* iuſſu. (*Vſſerii Britannicarum* eccleſiarum antiquitates; concilia, quibus *Patricii* nomen praeponi ſolet, apud *Harduinum* tom. I. ex *Wilkinſio*, pag. 1790 ſeqq.) *Arianorum* ſacra ſub regibus *Gothorum* tam orientalium quam occidentalium, *Sueuorum*, *Vandalorumque* eximie, ſuccreuerunt.

Inter *Perſas* ſcriptis *Antiochi*, (alii *Anthemium* ſcribunt) religionem chriſtianam per *Perſidem* propagatam fuiſſe, narrat *Theophanes* pag. 69, edit. *pariſ.*; *Isdegerdes*, *Theodoſii* tutor, eum miſerat; ſed paulo poſt mutaſſe iſtam ſententiam videtur hic rex, forte ob chriſtianorum quorumdam vehementius iuſto ſtudium; fatetur certe *Theodoretus*, lib. 5, 39. *Abdam Suſae* epiſcopum intempeſtiuo Zelo adductum *pyreum* ſuccendiſſe; ſatis humaniter iuſſit rex inſtaurare templum; negauit inepta conſtantia epiſcopus id ſe facturum. Itaque in chriſtianorum eccleſias vaſtatio decreta. Huius *Abdae* cum *Marutha* epiſc. meſopotam. meminit *Socrates* VII, c. 8. et eccleſias publice aedificatas fuiſſe inter *Perſas* narrat; quam libertatem illa

Abdae

Abdae intemperantia perdidit. Sub *Vararane* foedus, quod adhuc *Romanos* et *Perſas* interceſſerat, variis ex cauſſis ruptum fuit; vt facile pateat, Perſas iam chriſtianis, *Romanorum* ſacris ſociis, non fauiſſe; rediit autem pax et libertas ſacrorum, cap. 20. *Acacii*, amideni ep. humanitas erga captos Perſas, haud dubie poſtea chriſtianis profuit. De *martyribus* Perſidis, qui inter *Syros* praecipue ſolent celebrari, vid. *Aſſemani* tom. I. biblioth. orient. p. 181. et p. 248, de *Simeonis* Stylitae apparitione in carcere.

CAP. III.

De religionis indole et ſtatu; varia exempla.

Externarum caerimoniarum multitudo eximie ſuccreuit hoc ſeculo, ſuperſtitionis et ignauiae malignitas auxit, miraculorum et fabularum ſtupor ſuppleuit liberalem mentem, prauae artes et improba clericorum aduerſus ſecus ſentientes, quantumuis integerrime viuerent, ſtudia, Chriſti illam ſalubrem diſciplinam fere oppreſſerunt. Opus eſt autem illa quibusdam exemplis et certis documentis illuſtrare, ne inuidioſius a nobis quaedam dici videantur; afferam igitur ſatis luculenta quaedam. *Chryſoſtomus*, (ſed is quantum praeſtat inferioribus ſacrae rei, ſi placent, miniſtris et ſuaſoribus!) *Homiliam* ad Antioch. quintam, tomo 2. opp. *Montfauc.* edit. a praeſtantia *fimi Iobi* incipit, *ἡ κοπρια, ἡ παντος θρονȣ βασιλικȣ σεμνοτερα* &c. *ἀπο δε τȣ την κοπριαν ἰδειν τȣ* Ιωβ, *πασαν τις δεξεται ὠφελειαν* — — atque, ſine vlla reprehenſione narrat, *δια τȣτο πολλοι νυν μακραν τινα και διαποντιον ἀποδημιαν ϛελλονται ἀπο των περατων της γης* in *Arabiam*, vt *fimum illum* conſpiciant, et terram illam exoſculentur, quae excepit iſtius ſanguinem omni auro pretioſiorem &c. In Homilia de perfecta caritate, *λειψανα* arcae Noachi dicit *ἑως νυν* ſeruari

vari in admonitionem noſtram; contra *genethliacos* ſaepe ſcribit; contra ligamina, auguria; *necromantiam*, et eos, qui animas in daemonas conuerti credebant; contra praeſtigiatores, qui pueros iugulabant, vt animae eius ſeruitio vterentur; contra ſceleſtos mendicos, et marſupiorum ſectores in eccleſiis verſantes. *Daphnen* cum gentilibus Antiocheni chriſtiani adibant; contra faſtum, luxumque, hodie inuſitatum (in nuptiis viri ebrii, meretrices, impudici cantus,) etc. Saepe commemorat ludorum publicorum genera varia; funambulos etiam, et eorum artes, qui faciei contum, conto autem puerum impoſitum geſtabant; qui clauos ferreos acutos, et calceos etiam vorarent; (vid. pluribus *Synopſis* eorum, quae in operibus *Chryſoſtomi* obſeruantur; tomo 13 operum *Chryſoſtomi* per *Montfauc.*) Recte autem vel *Socrates* reprehendit *Chryſoſtomum*, quod ob *Eudoxiae* ſtatuam intemperantius in Auguſtam e cathedra ſacra, quaſi ad ſeditionem excitandam, concionatus eſt, Παλιν Ηρωδιας μαινεται &c. Atque videtur ſimilis vehementia impedimento fuiſſe, quo minus a *Theophili* alex. inſidiis ſatis ſibi cauerit. Idem *Socrates* lib. 7, c. 3. narrat de *Theodoſio*, Synnadenſi ep. qui *Macedonianos* ex vrbe et agris eiecit, και τουτό ἐποιει, ουκ εἰωθος διωκων τη ὀρθοδοξῳ ἐκκλησιᾳ, nec rectae fidei ſtudio, ſed φιλαργυριας παθει δουλευων. Hic *Valeſius* appellat *Auguſtini* ep. 48. ad *Vincentium*, atque libri primi contra *Gaudentium* c. 23, licet *Auguſtinus* fuerit antea in ea ſententia, haereticos a catholicis vexandos non eſſe, ſed omni manſuetudine potius inuitandos, poſtea tamen eum mutaſſe ſententiam, re ipſa edoctum, leges principum aduerſus haereticos latas, ad ipſorum conuerſionem prodeſſe. Nempe nec Chriſtus nec Apoſtoli, nec optimi quique doctrinae miniſtri tale exemplum praeiuerunt; ſed homines auari, improbi, odio in bonos alios et ſuperbiae dediti. Is *Theodoſius*, cum conſilio non ſufficeret, armaſſe manus clericorum ſuorum in *Macedonianos*, nec οἱ της ἐπαρχιας ἀρχοντες ſufficere viderentur, Conſtantino-

tinopolin profectus Praefectorum Praetorio edicta rogauit. Interea *Agapetus* ſuis perſuadet το ὁμοȣσιον, atque in cathedra abſentis, communionem publice collaudat. Reducem *Theodoſium* cum militibus, ab eccleſia repellunt; is itaque, quia nec *Attico* conſtantinop. diſplicebat, epiſcopatu ſuo deiectus fuit. Haec hiſtoria ſua vtilitate ad nos non caret. Cap. 7. narrat de *Cyrillo*, qui *Theophilo* alex. ſucceſſit, ſororis illius filius, oppreſſo *Timotheo*, archid. licet huic *Abundantius*, militum Aegypti dux, faueret; ἀρχικωτερον Θεοφιλȣ ἐπι την ἐπισκοπην παρηλθε. *Ex hoc tempore* ἡ ἐπισκοπη Alex. παρα της ἱερατικης ταξεως καταδυναςευειν των πραγματων ἐλαβε την ἀρχην. *Nouatianorum* Alexandriae eccleſias clauſit, omnia τα ἱερα κειμηλια abſtulit, et *Theopemptum* epiſc. παντων, ὡν εἰχεν ἀφειλετο. Similiter *Romae Innocentius* ep. primus *Nouatianos* eiicere ſuſtinuit, multasque iis eccleſias ademit, cap. 9; (vid. *Sandini* vitas pag. 106.) idem cap. 11. pergit, *Caeleſtinum* rom. ep. *Nouatianis* eccleſias, quas florentiſſimas habuerunt, ademiſſe; ὁ φθονος και τȣτων ἡψατο, της Ρωμαιων ἐπισκοπης ὁμοιως τῃ Αλεξανδρεων περα της ἱερωσυνης ἐπι δυναςειαν ἠδη παλαι προελθȣσης. Sed nec ipſos cum iis conſentientes libere conuentus agere ſiuerunt, ἀλλα παντα λαβοντες ἀυτων, μονον δια την ὁμοφροσυνην ἐπαινȣσιν ἀυτȣς. Aliter autem et benignius epiſcopi conſtantinopolitani egerunt. Recte etiam iſta obſeruat *Socrates*, quae eccleſiae quantumuis orthodoxae, ſi placet, parum humana ſtudia tangunt; his animum adiicere oportet, non vero *orthodoxias* falſa ſpecie nobis imponere. C. 13. *Cyrillus*; qui *Hieracis* adulatoris, (plauſus certe ille in *Cyrilli* concionibus ſolebat excitare) ſedulitate *Oreſtem*, Praefectum Alexandriae, offenderat, Iudaeos autem, populi vi et adiutorio eiecerat, Euangeliorum porrecto codice reuerentiam incutere *Oreſti*, et fauorem ſibi parare fruſtra conatus fuit; inde implacabile bellum; Cap. 14, veniunt quingenti monachi pro *Cyrillo* pugnaturi; *Oreſtem* improba haec turba contumeliis affecit, *Ammonius* autem lapide in

capite vulnerat; populi fauore accidit, vt *Oreſtes* vitam non perdiderit; tormentis immortuus *Ammonius*; cuius corpus *Cyrillus* in eccleſia quadam repoſuit, *Thaumaſium* eum nominans, et martyrem; cap. 15. *Hypatia* fuit *Theonis* philoſ. eruditiſſima filia, *Oreſtis* honeſtiſſime amica, quae *platonicam* ſcholam regebat; eam ſtudio in *Cyrillum Petrus* quidam lector, cum ſceleſtis aliis ad eccleſiam rapiunt, veſtitu detracto, *ὀςρακοις ἀνειλον*, membratim diſcerptum corpus tandem comburunt. Huc pertinet *Theodoſii* conſtitutio, de *parabolanis* alexandrinis, quos Epiſcopi diſpoſitioni ſubduxit, cod. *Theod.* lib. 16. tit. 2. de Epiſcop. et Clericis num. 42. et *Gothofredi* commentarius: hac lege continentur remedia ſeptem, quae alio quoque pro rerum vſu recte traduci poſſunt, quibus quorumdam *corporum*, *pietatis ſpeciem prae ſe ferentium*, ſeditioni, tumultui, occurratur. *Atticum* vero conſtantinop. ep. iure ſuo collaudat *Socrates*; qui *Iohannitas* placare inſtituit, in orationibus Chryſoſtomi memoriam reducens; nicaeenſi presbytero trecentos aureos miſit indigentibus diſtribuendos, ea lege, vt *religionis* diuerſae, (*θρησκεια* meliori graeco verbo dicitur) *rationem non habeat*; nec eos diſcernat, qui *τον ἡμετερον τροπον μη φρονȣσι*. *Laici* poſt Attici mortem ſuis ſtudiis praeualuerunt, vt *Siſinnius* epiſcopus fieret, cap. 26. hominis virtutibus intenti; eum *Neſtorius* excepit. *Siluanus*, troadis ep. ab *Attico* miſſus, cum videret *clericos* ex litigantium controuerſiis quaeſtum captare, *ȣδενα των τȣ κληρȣ δικαςην ἐδιδȣ ποτε*, ſed litigantium acceptis libellis aduocabat *ἑνα των πιςων Λαϊκων, ὁν ᾐδει φιλȣντα τὸ δικαιον*, eique cauſae cognitionem committens litigantes a contentione reuocabat. Rarum ſane exemplum chriſtiani et ingenui epiſcopi. *Proclus* ep. conſtantinop. *αἱρεσιν ȣδεμιαν σκυλλειν αἱρȣμενος, το ἀξιωμα της πρᾳοτητος τῃ ἐκκλησιᾳ φυλαξας ἀπεδιωκε*, cap. 41. *Ioannitis* autem id dedit, vt *Chryſoſtomi* corpus ex *Comanis* in vrbem inferret ſolenni pompa, in eccleſia Apoſtolorum ſepultum; cap. 45. addit *Socrates*, mirari ſe, qui

factum

factum sit, vt inuidiae livor CC annis post mortem *Origenem* excommunicarit, cum Chrysostomus anno 35 post obitum in communionem receptus fuerit. Τοσουτον Προκλος Θεοφιλου τῳ τροπῳ διηνεγκεν; τους σωφρονουντας tamen non latere, quomodo talia fiant. *Praefectum Praetorio* designatum *Thalassium*, *Proclus* episcopum post *Firmum* Caesar. Cappadoc. fecit; vnde de honore Episcopi licet arbitrari.

Theophilus alex. ep. turpissime odio prosecutus est *Petrum* protopresbyt. et *Isidorum*, quod nollet testificari, sororem suam haeredem a quodam scriptum fuisse; et quod *Isidorus* auderet pauperum curam praeferre sumtibus in muros; *Isidorus* communione priuatus ad *Scetenses* monachos abiit; hos iam *Theophilus Origenis* studiorum amatores cum monachis aliis, qui, deum humana in forma fingebant, callide commisit; vitaturos autem has insidias variis calumniis praeuenit; epistolis ad episcopos contra *Origenem* missis, Socrat. 6, 10; de simili foeditate postea agendi locus erit, cap. de *conciliis*. Continuata fuit haec infausta inuidia, quae nec *Chrysostomi* exsilio restincta fuit; ob ecclesiam combustam atroces quaestiones habitae per gentilem Praefectum; *Eutropius* lector tormentis fere immortuus; diaconissa, quod nollet cum *Arsacio* communicare, auri pondere mulctata; presbyter, *Tigrius*, flagris caesus et ecaleo impositus.

Nestorii, non vno exilio fracti, lugubrem epistolam ad praefectum *Thebaidis*, exagitare non dubitauit *Euagrius* lib. I, c. 7. adeo vel humanitatis sensum infausta orthodoxia eiecit; tandem linguam eius a vermibus corrosam narrare non piguit. Grauiter tamen *Euagrius* c. XI pergit, nemo gentilium nos derideat, quia posteriores episcopi priores reiiciant, et semper aliquid noui ad fidem adinueniatur; satis bene certe illud admonet: nemo haereticorum dedita opera impie loqui voluit; αλλα μαλλον υπολαμβανων κρεισσον του φθασαντος λεγειν, ει τοδε πρεσβευσειε. Τα μεν συνεκτικα και κυρια πασι κοινως ωμολογειται. De

O
Si-

Simeone, ſtylita, copioſe *Theodoretus*, in *Philotheo*, et *Euagrius* lib. I. c. 13 ſeq. Nouam ille et mortalibus inauditam τριβον adiuenit; ad eum vel *Theodoſius* conſulendi cauſſa, miſit. *Antiocheni*, quia vrbs muris carebat, eius corpus importarunt, vt pro munimento eſſet; *Philippicus*, pretioſas reliquias ad ſe transmitti poſtulauit, παραφυλακης ἑνεκα των ἑῴων ἐκςρατευματων. Eius columna XL cubitorum templo et aliis ſacris aedificiis incluſa; ruſtici circa eam ſolebant ſaltare, et ſtellam per feneſtram discurrentem ſpectare; alii ipſius perſonam ſe vidiſſe dicebant, huc illuc volitantem, barba promiſſa et capite tiara obuoluto; mulieres tamen fas non erat templum ingredi.

Monaſticae et ſolitariae vitae tantum non barbarica experimenta hoc ſeculo effloruerunt, cum alii alios vincere abſtinentiae portentis et miraculis reperiundis ſtuduerunt; eam in rem *Vitas patrum* legi ſufficit; in compendio breuiſſime narrat *Euagrius* lib. I. c. 21. de conuerſatione monachorum *Palaeſtinae*; ex Aegypto enim huc atque inde ſub occidentem ſolem iſta fanatica diſciplina translata fuit; ſuperpoſitiones ieiuniorum crebrae, ſeu ὑπερθεσεις, ὑπερθεσιμοι ἡμεραι plerisque communes; alii in cauernas irrepere, quae nec ſtandi nec cubandi locum faciunt, nempe Hebr. XI, 38 imitati; alii aeſtum et frigus vltro experiuntur; nec cibos vſitatos habent, βοσκοι ideo dicti, *pabulatores*, νεμονται την γην, ὡςε τῳ χρονῳ και θηρειοις συναφομοιεσθαι, Specie corporis immutata, et ſenſu, γνωμη, non vltra conueniente cum hominum ſenſu. Quidam ἐπαν δια της ἀρετης τε ἀπαθεις εἰναι τυχωσιν, iam redeunt in mundum, inſanos ſe ſimulantes, inanem gloriam conculcant, κενοδοξιαν enim *Plato* dixit poſtremam tunicam exuere ſolere animum. Sine ſenſu et affectu edunt, nec locum nec quicquam reueriti, etiam inter cauponas, (*Nicephorus*, lupanar;) lauant publice inter mulieres, quarum nec adſpectu nec tactu inclinantur. Verbo, ἡ ἀρετη τῃ φυσει ἀντενομοθετει. Non adeo inculti erant *clerici*, quibus extranearum mulierum conſortium inter-

dictum

dictum lege iſta 44, lib. 16. cod. theodoſ. tit. 2. contra quas et *Chryſoſtomus* et alii ſolent inuehere. *Coniugatos* tamen adhuc ad ſacerdotium adſumtos fuiſſe hoc aeuo, minus dubitationis habet; quatuor certe leges ſuperſunt in codice *Theodoſ.* de clericorum coniugibus, *Gothofred.* ad legem 44. *Monachorum* autem inſanas contentiones, et atrociſſimas barbaricasque plebis turbas, praecipue *Alexandrinae*, de perſona Chriſti, verboſius commemorare nihil attinet; facile enim de religionis indole ex iſtis documentis ſententiam ferre licet; nec deerit poſtea locus, cum de *conciliis* et *haereſibus* agemus, aliis commemorandis.

CAP. IV.

De eccleſiaſticis diſſidiis et Haereſibus.

Sectio I.

De iis, quae iam ante hoc ſeculum innotuerunt.

Supererant magno numero *Nouatiani*, per plerasque omnes prouincias romanas conuentus ſuos ſeparatos agentes, ſub *epiſcopis* ſuis; quos vel in *Scythia* commemorauit *Socrates* lib. 7, c. 46; quorum laudibus non deeſt hic ſcriptor; *Pauli* praecipue, quem, quod notari meretur, antea λογων ῥωμαϊκων διδασκαλον fuiſſe narrat, cap. 17. Nec *Arianis*, (quorum *hymnis* contra homouſian, ortas turbas narrat *Socrat.* lib. 6, c. 8.) deerat *Conſtantinopoli* ἐυκτηριον, quod *Neſtorius* tandem, quinto poſt ordinationem die, ſuccendi iuſſit, quem *incendiarium* inde etiam a ſuis dictum narrat idem *Socrates* cap. 29, quo loco et *Neſtorii* atrociam aduerſus *Nouatianos* atque *Quartadecimanos* per *Aſiam*, *Lydiam* et *Cariam* commemorauit, (quorum eccleſias et *Chryſoſtomus* abſtulit, lib. 6, 11.) apud *Miletum* autem et *Sardis* δι ἀυτον multos ἐν τῃ γενομενῃ ϛασει interiiſſe. Nec dubitare licet, iſtam atrociam non parum contuliſſe ad iſtam inuidiam, qua tam facile loco ſuo motus

 eſt,

est, paucis ipse carus. *Marcionitae*, *Salaminem* in *Cypro* fere opprimebant sub initium seculi, quos *Chrysostomus*, eorum ope quibus opus erat, reprimere volebat, nisi in exilium eiectus iam fuisset; epistola 221, ad *Constantium* presbyterum; saepe autem *Marcionistas* refellit; quos *Gehennam* negare dicit; nempe *Iudaicam* illam. *Homilia* 40 in 1. ad Corinthios narrat, de *Marcionis* baptismo pro mortuis; *Homilia* autem 3. in ad *Philem.* de colloquio cum quodam *Marcionita* refert, qui bonitatem dei aestimauit, ex eo, si deus peccatorum rationem non repetat. *Homil.* 8. in *Matth.* loquitur de iis, qui μυθον interpretantur incarnationem; haud dubie *Gnosticos* intelligit.

De *Arianis* operae pretium videtur ex eodem scriptore, c. 6. repetere: Post *Dorotheum* arianorum Constantinop. episcopum *Barbas* successit; cuius tempore haec θρησκεια δυο ἐλλογιμους habuit presbyteros, *Timotheum* et *Georgium*; hic quidem τη ἑλληνικη παιδευσει praestabat, *Aristotelis* et *Platonis* cultor; Ψαθυριανος. *Timotheus* autem sacrarum litterarum cognitione, δημοσια τα ἱερα γραμματα ἑρμηνευων, nec *Hebraicae* linguae ignarus. Cum hoc se *Socrates* fatetur collocutum, atque sic scire, quam expeditus esset in respondendo, διαλυων ὁσα ἀσαφη κατα τα θεια ἑυρισκοιτο λογια. *Origenem* autem perpetuo ὡς ἀληθη μαρτυρα appellauit. Hi Arianorum sectam sensim ἐπι το κρειττον μετεθεσαν, multas enim *Arii* blasphemias suis διδασκαλιαις eliminarunt. *Eunomianis* vtrumque ius (donationum et testamenti) ademtum, pluribus legibus; cod. *Theod.* lib. 16. tit. 5. num. 49. 50. num. 58. domus *Eunomianorum* clericorum propriae, fisco addictae, a. 415. n. 60. 61. Recte autem *Fastidiosus*, Arianus, ap. *Fulgentium*, epistola 9, aduersus *Donatistas*, de baptismo sensit. Scimus vero *Arianorum* disciplinam per plerasque occidentis partes diffusam fuisse, per *Gothos* vtrosque, per *Vandalos*, *Herulos*, *Sueuos*; nec nihil ad imperii romani discerpendi opportunitatem contulit

tulit insanum Episcoporum catholicorum in *Arianos* odium, licet ad populum incepta controuersia nihil omnino attineret. *Manichaeos* superfuisse tam ex legibus aduersus eos latis, (quae Donatistas, *Phrygas*, et *Priscillianistas* iungunt saepius,) quam ex historicis aliis monumentis scimus; ob mulierem *Manichaeam Theophilus* alex. *Petro* presbytero suo iratus fuit, *Socrates* lib. 6. c. 9. *Iouiniano* non defuerunt amici, licet iam a. 390 e *mediolanensi* vrbe fugiendum ei fuerit; extra muros Romae conuentus egit; *contusum plumbo* in Insulam *Boam*, Dalmatiae est, deportari iubetur, ad querelam episcoporum, cod. theod. l. c. n. 53. Omnis secta catholicis inimica ab ipso adspectu Romae arceatur, nisi intra 20 dies ad communionem redeant, n. 62. longa autem serie nomina 23. haereticorum, (quibus tamen piissima sanctio n. 60. noluit foedari) recensentur n. 65.

Donatistarum secta satis adhuc ab initio seculi florebat; Catholicis eo minus aequa, quod romani imperii ista maiestas sensim collabi videbatur. *Anastasius* rom. ep. paulo ante mortem scripserat ad *Aurelium* carthag. vt de haereticorum et *Donatistarum* insidiis, catholici non dissimularent; (aliter, haud scio, an astute, *Augustinus*, ad *Marcellinum* ep. 59, cum quosdam presbyteros *Donatistae* occidissent;) itaque 401. concil. Afric. carthag. statuit, leniter et pacifice agere; etiam in honoribus suis suscipere donatistas (clericos); post plura et concilia, et negotia, cum nec legibus *Honorii* res componi posset, tandem celeberrima illa *collatio* carthaginiensis, quam catholici praecipue postularant, (die 3. c. 55. 85. et 110.) *Marcellino* praeside, instituta, anno 411; cuius historiam *Franc. Balduinus*, Ictus, scripsit, a du *Pinio* editioni *Optati* adiectam, pag. 343 seqq. Ad Historiam facile *Witsii* opera, in miscel. sacris (qui tomo 1. pag. 636. fatetur, magno se taedio *acta collationis* legisse;) atque *Ittigii* historia *donatismi* vti licet, quae libro de haeresibus seculi apostol. adiecta est. Post collationem seueriores *Honorii* leges non defuerunt;

runt; cod. theod. Tit. de haeret. L. 52. *Illustres*, poenae nomine auri pondo L. fisco inferant; *Spectabiles*, XL, *Senatores*, XXX. *Clarissimi*, XX. Sacerdotales, XXX. *Principales*, XX. Decuriones, V. *Negotiatores*, V. *Plebeii*, V. *Circumcelliones*, X. quos illata damna non correxerint, facultatum omnium publicatio sequetur. *Servos*, dominorum admonitio, (castigatio) *Colonos*, verberum *crebrior ictus à praua religione reuocabit*, clerici autem ministrique eorum de Africano solo, quod polluerunt, in exilium mittantur. Simillima est lex 54, anno 414, haud paulo seuerior. Nec sic tamen oppressi fuerunt; *Vandali* enim cum *Africam* occupassent, legum superiorum vis omnis exspirabat; sub finem certe seculi 6ti *Gregorius* M. Epistolis suis non raro *Donatistas* in *Africa* oppugnat.

Sunt tamen *in ista collatione* non pauca adhuc notatu digna; praecipue hoc, quod *Catholici* ad vnitatem *ecclesiae Donatistas* vehementius reuocant; nam, si contra ciuilem societatem et legum praeceptiones fuerunt multa a *Donatistis* (a *Circumcellionibus* proprie,) admissa, recte ciuili potestate illa et puniebantur et emendabantur; ad *ecclesiam* autem Catholicorum i. e. *Romanorum*, quo iure et nomine compellendi essent, non patet. Nam facile intelligimus *Romani* episcopi praecipue dominium eximie debilitatum et periclitatum fuisse, si tanto numero *Donatistae* cum ceteris episcopis nulla plane communione iungerentur. Itaque *Imperatori soli* suberant *Donatistae*. *Honorio* autem, imbelli principi, facile talia suggeri poterant a Romanis episcopis. Videntur igitur *Donatistae* praecipue nouum illud *Romanae* ecclesiae in ceteras et *Africae* et occidentales dominium, auersati fuisse, atque *forenses fasces*, iactantiamque, quam tribunalia sibi vindicant, cap. XX. et cap. XXXI. *forensem vsum* iurgandi inter Episcopos seruari non oportere — vt non praestigiis iuris, sed testamento N. et V. causa possit audiri. 35, nihil de iuris lege praescribi, vbi agitur de fide. 53, Vti mandato, non est

eſt eccleſiaſticae conſuetudinis, ſed forenſis ludi. De *eccleſia* quorundam hominum cauſa diſtinguenda, cap. 55. catholici ſuggerunt; in eccleſia permixti mali &c. eccleſiam corruptione malorum non poſſe inquinari - - Cap. 164. in prouincia Numidiae catholici aut non habent aut raros epiſcopos; multas imagines erigunt, vt numeroſi eſſe videantur. Illud certum eſt, ex vtraque parte epiſcopos fere pares et per vrbes *duo* exſtitiſſe, vtriusque partis vnum. *Auguſtinus* c. 20. die 3: eccleſia eſt *omnibus nota*, in monte; et cap. 101. vbi Chriſtum inuenimus, ibi et ſponſam eius, ſeu eccleſiam. *Gaudentius* autem ep. *catholicum*, non ad prouincias vult referri, ſed quod eſt ſacramentis plenum, perfectum, immaculatum — cap. 131. catholici ſunt petitores. cap. 138. Video mendacium tegi (á catholicis,) quod debet publicari. — *Auguſtinus* c. 162. ſecreta nobis committuntur negotiorum, poteſt fieri, vt ad Epiſcoporum interceſſionem multa pertineant; haec prodenda non ſunt, ne proditores inueniamur. Cap. 187. Auguſtin. - vt ſciant populi, in qua eccleſia *Chriſtianae ſalutis viam* requirant. Nempe, inepta ſubeſt ſententia, extra eccleſiam (Romanam, maiorem,) non eſt ſalus. Cap. 258. *Donatiſtae* haud paulo melius parabolam de zizaniis expoſuerunt: *ager*, in quo triticum et zizania, *eſt mundus*, non *eccleſia;* de piſcibus malis autem in vno rete, dicitur in *latentes reos;* itaque ignorati et latentes mali, dei iudicio patent. *Prophetae* etiam, non communicarunt cum iis, quos voce ſua condemnabant. *Iudam* Chriſtus ſibi, non autem hominibus, cognitum, pertulit. Rom. 1, veritatem in iniquitate detinent, de *gentilibus* apoſtolus dixit; *baptismum* a quibuscunque datum prodeſſe, *decretis* patrum noſtrorum martyrum, compendio breuitatis, excluditur. Quod *moribus* non corporibus dicunt ſeparari debere homines, non ſufficit; etiam corporibus, iubent teſtimonia legalia. - Quis ignorat, eos ab ipſo exordio commentitiis *precibus* in noſtram necem cunctis huius *ſeculi principibus* ſupplicaſſe, atque *ad*

 ſuam

ſuam communionem contra dei praecepta minis et proſcriptionibus coarctaſſe? (Haec cauſſae arx; quo iure coguntur *donatiſtae*, vt ſubſint Romanae eccleſiae?) Inde multa ſatis tragica narrantur, ſanguinem multum fuſum fuiſſe &c. *Auguſtinus* cap, 265. Ego poſſem oſtendere, illum veriorem eſſe intellectum, *mundum* (agrum) eſſe eccleſiam; nam Ioh. 3, venit vt *ſaluetur mundus*; ſcimus autem dominum non ſaluare, *niſi eccleſiam*. (Eximia facultatula!) cap. 266. *Emeritus* obiicit: *mundus* te non cognouit – vt reus fiat totus *mundus* &c. ergo non eſt eccleſia. Cap. 272. Auguſt. mundi nomen in malo et in bono; e. g. Ioh. 17, vt credat *mundus*; non autem credere *malorum* eſt. (Obſeruemus *Auguſtini* ingenium.) Cap. 274. quis audeat contra dominum dicere, mundus eſt eccleſia, cum dixerit, ager ille, eſt mundus? Homo dictus eſt *mundus*, e. c. *mundum* reconcilians ſibi; non belluas. Fatetur et hoc Auguſtinus cap. 281. Sed hic finit iſta *collectio* geſtorum; *Auguſtinus* autem cetera narrat, libro 3. breuiculi collationis *donatiſtarum*; nec operae pretium non eſt haec legiſſe. Superſunt enim non pauca, quae diligentius requiſiuiſſe iuuerit; *Witſius*, aliique viri docti, *Auguſtini* auctoritate et opinandi de *Donatiſtis* vulgata conſuetudine fere duci ſolent, et non animaduertere cauſſae genuinam indolem. Fas autem non eſt, taedio legendi ſuccumbere; ſi quis de cauſſa cognoſcere et ſtatuere velit. De *prophetis* reſpondet, eos aliud ſibi templum non conſtituiſſe. *Circumcelliones* comitantibus *clericis* crudelia multa perpetraſſe, narrat *Auguſtinus*; calce et aceto humanos oculos perſecuti ſunt; ſanctos codices in ignem miſerunt. Cap. 13. de hiſtoria *traditorum*, ex epiſtola *Menſurii* ad *Secundum*, *Tigiſitanum*, primatem *Numidiae*, haec ſuperioribus ſeculo 4. addi videtur operae pretium. Scribit *Menſurius*, dimiſiſſe ſe tantum *nouorum reproba ſcripta haereticorum*; quae cum abſtuliſſent perſecutores, nihil ab illo amplius poſtulaſſe; quidam *vltro dicebant*, ſe habere ſcripturas, quas

non

non traderent; ab eis honorandis prohibuit chriſtianos; quidam *facinoroſi* arguebantur et *fiſci debitores*, qui occaſione perſecutionis vel carere vellent *oneroſa multis debitis vita*, vel purgare ſe putarent, et abluere ſua facinora, vel certe *acquirere pecuniam*, et in *cuſtodia deliciis perfrui* de *obſequio* Chriſtianorum &c. Donatiſtae *cirtenſe concilium* pro falſo haberi volunt, cap. 17. *Melchiades* ep. rom. litteras *Maxentii* et Praefecti Praetorio ad Praef. vrbis, impetrauit, pro reddendis iis, quae fuerant in perſecutione ablata. Arbitramur hac nos Epitome ad hiſtoriae, vt habuit, cauſſam intelligendam, haud paulo plus attuliſſe, quam doctorum virorum ſtudiis factum eſt; licet de aliorum laudibus detractum nolimus. Ius fas autem eſt, hiſtoriam diligentius excutere.

Sectio II.

De haereſibus et diſſidiis, quae hoc demum ſeculo innotuerunt.

I. Origenianae lites.

Floruerat inter monachos *Aegyptios* praecipue *Origenis* diſciplina, *aſceticae* vitae maxime conueniens; qui et *Anthropomorphitarum* errorem, hac ingenii ſui conſuetudine facile reiiciebant, quem alii, *allegoriis* infenſi et litterae, quaſi haud paulo probiores interpretes, adhaerentes, fouere videbantur; niſi inuidiae cauſſa Origeniſtae ſolebant *Anthropomorphitas* nominare omnes, qui ab *allegorico* et practico interpretandi genere abhorrebant. *Theophilus* alex., ab anno 385. epiſcopus, qui antea ipſe *Origenis* libris non parum aduerſus *Anthropomorphitus* profecerat, *Epiphanio* adeo aliisque, qui ab *Origene* alieni erant, aduerſus, (*Socrat.* 6, 10.) poſtea in contrariam ſententiam ipſe iuit; forte ex eo tempore, quo *Ioannes Chryſoſtomus*, ab inuito, conſtantinopoleos epiſcopus ordinandus fuerat, (idem cap. 2;) *Origenem* enim,

vt eruditi omnes solebant, *Ioannes* amabat; *monasticae* autem *vitae* ita fauebat, (*Basilii* etiam, monasticae vitae adiutoris amicus,) vt eam *Theodoro*, (Mopsuest. postea ep.) et *Maximo* (Seleuc. in Isaur. ep.) condiscipulis suaserit, sub *Diodoro*, (postea *Tarsens.* ep.) et *Carterio*, suscipiendam. *Monachorum* igitur honor eximie succreverat, qui cum integritate vitae eruditionis etiam studium coniungebant, Episcopis autem in vrbibus non suberant, atque vel ob hanc vitam, quae a splendore et fastu episcoporum aberat, plerisque placebant. Ipse certe Chrysostomus ep. seueris et rigidis moribus, cum *Clericos* suos emendare vellet, plerosque offendit, licet populo carus. *Theophilus* igitur antea publice in *anthropomorphitas* inuehebat; monachorum autem imperita plebs *Alexandriam* concurrit, mortem minitans ὡς ἀσεβȣντι, itaque eos placauit hac oratione: ὅτως ὑμας εἰδον, ὡς προσωπον Θȣ. Postulant iam, vt *Origenis*, qui contra sentiebat, libros condemnaret. *Socr.* 6, 7, qui addit, sepultam fuisse istam quaestionem, nisi odium in *Fratres longos*, (quatuor monasteriorum praesides) Theophilus concepisset, qui monasticae vitae integritatem societati Episcopi auari et improbi praeferebant. Hos vt monachis inuisos redderet, contra suam ipsius sententiam, missis ad monachos epistolis hortatur, vt a *Dioscoro* et fratribus auerterentur, qui deum negarent corporeum, *Origenis* sectatores, Itaque facile bellum excitauit funestum; fratres autem e *Nitria* vix fuga elabuntur Constantinopolin, quam vrbem et *Isidorus* alex. presbyter, adierat, auxilium contra episcopi vim quaesitum. *Theophilus* epistolis paschalibus in *Origenem* publice inuehitur, ab anno 401, (*Origenistas* simul omnes *a communione ecclesiae* alienos pronuntiat;) missisque epistolis etiam alios episcopos in societatem odii adsciscit; *Marcellae* autem, quam *Hieronymus* adeo collaudat, studio nec *Anastasius* ep. rom. condemnationi deest, qui et ad *Iohannem* Hieros. de ea re scripsit. *Hieronymus* non parum per *Pammachium* et *Marcellam* Romae promouit, contra

contra *Rufinum*, et *Ioh.* Hierosolym. quem *Epiphanius* etiam Epistola sua vellicauerat; contra *Iohannem Hieronymus* praecipue corporis resurrectionem defendit. *Epiphanium* facile induxit *Theophilus*, vt in synodo *Origenis* libros damnaret, legique vetaret; iam idem fecit, atque quidam alii; attulit etiam *Epiphanius* synodalem hanc contra libros *Origenis* sententiam Constantinopolin; refugit *Iohannis* societatem, collectis autem aliis episcopis, istam sententiam praelegit, a qua tamen *Theotimus*, Tomorum episcopus, publice abhorruit. Hic *Socrates* lib. 6, 13 bene adiicit, οἱ ἐυτελεις και ἀφ᾽ ἑαυτων μη δυναμενοι φαινεσθαι, ἐκ τȣ ψεγειν τȣς ἑαυτων κρειττονας, δεικνυσθαι βȣλονται, quam sententiam opus est vt menti omnino inscriptam seruent, quotiquique liberaliter historiae sacrae et rei ecclesiasticae dare volunt operam. Τετρακτυς κακολογων in *Origenem*, *Methodius*, in Lycia, *Eustathius*, antioch. *Apollinaris*, et *Theophilus* alex. Rei malae conscius *Epiphanius*, cum fuisset admonitus a Chrysostomo, eo non viso, discessit; is tamen paulo post aduersus mulieres dixit vehementius, in Augustam solebant interpretari, quia erant, qui dicerent, *Eudoxiam Epiphanio* fauisse contra seuerum Episcopum; ita tandem, quod perficere non potuit *Theophilus*, ab *Arcadio* arcessitus, etsi concilio 403. aduersus Iohannem praefuit, cum tumultus plebis intercessisset: anno 404, synodo 36. episcoporum (29. aegyptii,) ad *Quercum* sententia perlata fuit; iam in exilium profectus Chrysostomus, triennio post, obiit. *Ioannitae* autem ita pertinaces fuerunt, (*Socr.* 6, 18, incendii auctores dicit,) vt vix constitutionibus *Arcadii*, cui *Eudoxia* imperitabat, constitut. 37. de Episcopis et Clericis, et quarta, de his qui super relig. potuerint reprimi. Obscura sunt primordia huius *Origenianae* controuersiae, et vix monstro carent; de *Theophilo* alex. obseruamus, *Socratem* l. 6, c. 2 narrare: episcopum callidum, cum *Theodosius* 388. contra *Maximum*, Tyrannum, bellum gereret, misisse *Isidorum* presbyterum cum muneribus;

(διττας

(*διστας αυτῳ επιςολας εγχειρισας, εντειλαμενος προσενεγκειν και τα δωρα και τα γραμματα τῳ νικησαντι.*) His tam callidis mandatis munitus *Isidorus Romae τη νικη εφεδρευεν, αλλ᾽ ουκ εις μακραν το γενομενον ελαθεν, Lector* enim, qui eum comitabatur, Epistolas clam surripuit; itaque aufugit *Isidorus*. Tales homines christianam virtutem ita amant, vt *Origenem* et eius amatores in infamiam adducant; ipse enim hic *Theophilus* Paschali epistola *prima* (olim *secunda,*) ex *Hieronymi* interpretatione scribere potuit: imperatorum (*Alexandri Mammeae* matris) laude sustollitur, (*Origenes*) et scripturarum sensum aliter, quam se habet veritas, edisserens, gloriatur in confusione sua &c. Vtra placet *οικονομια*? *Erasmi* ista sunt verba, in Epistola ad *Eckium*: plus me docet christianae philosophiae vnica *Origenis* pagina, quam decem *Augustini*.

II. Pelagiana caussa.

Sine inuidia atque infamia inde a pluribus annis *ascetica* disciplina viguerat, per *Aegyptum*, *Palaestinam*, *Orientem*, *Cappadociam* &c.; nec defuerunt, qui Episcoporum plerorumque et clericorum vitam carnalem et ab ingenua virtute remotam disciplinam sententiis exemplisque reprehenderent, *Aerius*, *Messaliani*, *Euagrius*, *περι απαθειας*, atque alii *ascetae* plures. Supererant hic ibi *Origenis* amatores, integerrimae vitae omnes viri, atque vel *Alexandriae Didymus* scholam theologicam regebat; cuius per sex annos *Rufinus* fuit auditor. *Alexandrina* autem illa schola inde a *Clemente* et *Origene* a *stoicorum* eximia morali doctrina tam non abhorrebat, vt ad christianam virtutem non pauca transferri solerent; adeo nullius, quam quis cognosceret, veritatis taedebat, modo virtutis studium a plurimis capesseretur, et vulgata inter homines vitia atque peccata emendarentur, mentis ipso exercitio continuo. Breuibus: religionis iustum sensum hi praeceptores alebant et ad alios confirmabant. Sed religionis,

per

per vrbes ecclesiasticae ministri suis sacris ministeriis praecipuam vim tribuebant; istis igitur ne decederet illud, quod asceticis exercitiis et doctrinis accedebat, iam dabant operam, repertis variis praesidiis et sacramentis; hinc fere ista omnis de *gratia* controuersia orta est. *Origenis* enim stante disciplina, et libera requirendi de sententiis salubribus facultate: difficiles illae praeceptiones, quibus *Afri* tantum adsueti erant, vix autem *Romani*, de peccato originali, de gratia, quae per sacramenta et benedictionem episcoporum impertitur, locum inuenire non poterant. Nam vel mediocri scriptionum *Hilarii*, pictau. vsu, facile illud constat, *Hilarium* per omnia cum *Pelagii* doctrina conuenire, non raro autem haud paulo durius eum loqui; nempe *Hilarius Origenis* libros diligenter legerat, qui *clericorum* illis externis ministeriis iusto plura non tribuit. Incipit autem lugubris omnis vis historiae a *Theophilo*, alex. qui in *paschalibus* epistolis *Origenem* publice in infamiam adduxit; has epistolas *Hieronymus* latine transtulit et Romam ad *Pammachium* misit, vt *Anastasio* traderentur; ne idem non faceret, quod fecerat *Theophilus;* quem inter et *Hieronymum* epistolarum fuit commercium. *Rufinus Hieronymo* suis inuectiuis non pepercit, nec hic illi apologiis. *Iohannes*, Hierosol. cum *Rufino* fecit, *Rufino*, *Pelagius*, *Brito*, monachus, familiariter vsus est, qui ante vrbis excidium, (ante 410.) edidit istos in *Paulum* breues commentarios, scholam enim *Romae* habuit; accessit *Caelestius*, in vtriusque disciplinam. Post captam vrbem secessit *Rufinus* in *Siciliam*, paulo post mortuus; isti autem *Syracusas*, inde in *Africam* profecti sunt, ad collationem *carthagin.* 411. *Pelagius Hierosolymam* abiit, *Caelestius* remansit; vbi 412. de *traduce peccati*, in concilio, quaestionem adhuc esse, fassus est, *Rufinum* auctorem peregrinum, nominans. Prouocauit ad suum, romanum, episcopum, *Caelestius*, hic anathemate reiectus; nempe videbatur docere: infantum baptisma non necessarium esse; licet confirmaret, infantes semper

dixi

dixi egere baptismo, et debere baptizari, (licet non ob traductum peccatum.) Fragmenta tantum huius concilii supersunt, apud *Augustin.* lib. 2. de peccat. origin. c. 2. Delator *Caelestii* fuit *Paulinus* diaconus *Ambrosii*; cuius libello istas 6. accusationes contentas fuisse narrat *Augustinus*, lib. de gestis *Pelagii* c. 11. Adam *mortalem* factum; eius peccatum illum solum laesit, non genus humanum; lex sic mittit ad regnum, vt Euangelium. Ante aduentum Christi fuerunt homines sine peccato. Infantes nuper nati, sunt in illo statu, in quo Adam ante praeuaricationem. Nec per mortem vel praeuaricationem Adae omne genus humanum moritur, nec per resurrectionem Christi omne genus hominum resurgit. Addit *Orosius:* hominem posse esse sine peccato, et mandata dei facile custodire, si velit. Fautores *Caelestio* non deerant; atque vel *Marcellinus* V. C. istarum quaestionum solutionem ab *Augustino* petiit, qui *tres* ad Marcellinum libros edidit, de peccatorum meritis et remissione; in *tertio* ad *Pelagii* commentarium in *Paulum* respondet. Ediderat et *Hieronymus* epistolam istam ad *Ctesiphontem*; *Pelagius* autem, qui *Hierosolymae* versabatur, non sine *Iohannis.* episc. Hieros. auctoritate, commentarios *Hieronymi*, (ad quem *Paulus* et *Eutropius*, gallic. epp. de haeresibus consulturi venerant,) in epistolam ad *Ephesios* carpserat. *Augustinus*, miserat *Orosium* in *Palaestinam*; qui accusatorem egit *Pelagii*, *Caelestii* clade et hunc inuoluturus; laudibus *Augustini* hic non pepercit; *Pelagii* etiam epistolam ad *Demetriadem*, impugnauit, quae cum *Symbolo* fidei ad *Innocentium*, nobis superest. Quae autem scimus de quaestione *Hierosolymis* habita, ex apologia *Orosii* deriuantur; de qua non solum *Carmelitae* quidam auctores, sed et *Iansenius* non dubitarunt ferre sententiam, quod sit supposita; multa ex *Augustino* infarta sunt; res narrat *Augustin.* libro de gestis *Pelagii* c. 14 seqq. Interea *Lazarus* et *Eros*, gallicani episcopi sede sua eiecti, (quos *Zosimus* rom. ep. publice condem-

nat; *Conftantini*, tyranni, alter amicus in *Honorium* parum fidelis;) nec Romae adiuti, in *Palaeftinam* fecedunt, et *Eulogio* Caefar. libellum contra *Pelag.* et *Caeleftium* offerunt, qua auctoritate, incertum. Fas fit in obfcuritate illa obferuare, vix monftro carere, quod ex *Hifpania Orofius*, ex *Gallia Paulus* et *Eutropius*, ad *Auguftinum*, *Eros* et *Lazarus* in *Palaeftinam*, proficifcuntur, et in vna hac cauffa omnes confentiunt; *Iulianus* praeterea narrat, libro 4. operis imperf. c. 87, fcripfiffe *Auguftinum Alexandriam*, de *Hieronymi* libris, dialogis nempe; *Orofius* autem *Hieronymi* amicis attulit *Auguftini* epiftolam ad *Hilarium* in *Sicilia*; tantum non ex compofito; *Romae* enim nondum auctoritatem nacta erat noua haec difciplina, ibi potius nuper *Pelagius* fcholam rexerat, atque ipfe *Auguftini* formulae, (*da* deus, *quod iubes*, et jube quod vis,) contradixerat, cum hanc formulam epifcopus aliquis commemoraret. Hic epifcopus videtur ex *Africa* Romam veniffe, atque inde reuerfus *Auguftino* illa retuliffe. Inde Initium litis; fas enim non videbatur, *Laicum* reprehendere Epifcopi formulas precum.

Iam *Diofpoli*, f. Lyddae, 14 epifcopi in fynodo conuenerunt; *Pelagius* arceffitus, et quaeftiones feu errores XXXI recitati, quos *Auguftinus* feruauit, *Pelagiumque* dicit expofitionibus commodis iudices fefelliffe; epiftola illa ad *Hilarium* et hic *Pelagio* oppofita fuit. Sub ipfam fynodum *Lucianus* presbyter per fomnium reuelatas reliquias S. *Stephani* protomartyris. *Ioanni* epifc. Hierof. narrauit; cuius generis fuperftitionem variam et *Auguftinus* commendauit; quod *Pelagius* facere non folebat. *Pelagii* quidam vehementiores amici facibus et gladiis in *Hieronymitas* vix pepercerunt. *Theodorus*, iam *Mopfueftiae* ep. contra *Hieronymum* fcripfit; *Photius* cod. 177. (*Baumgarten* Polem. Vol. 3. p. 324, excerpta ex *Photio*) iftas fententias recitat: ftatuunt (antipelagiani) hominem natura peccare non voluntate, fcil. ea, quam poft peccatum adeptus fit; infantes non a peccato immunes,

cum

cum peccatrix natura propagetur. Ex fragmentis *Theodori* plura *Norisius* refert in histor. pelag. lib. I. c. 9. Adamum *mortalem* creatum; et sic, *morte morieris*, mortis ipsam experientiam comminatur. *Orosius* retulit secum *Stephani* reliquias in *Africam*, (de quorum miraculis *Ennodius* Vzalensis librum scripsit, Tomo X. Augustin. operum append.) *Augustinus*, indignatus *Palaestinenses* tam lenes fuisse, *Orosium* ad *Aurelium* mittit, primatem; qui in concilio prouinciae proconsul. 68 episcoporum errores, nominibus tacitis, anathemate percusserunt; nec aliud in *Mileuitano Numidarum* concilio 61 episcoporum factum; *Synodicam* vtramque ad *Innocentium* scripsit Augustinus, ex qua liceat repetere: sequitur ex *Pelagii* disputationibus sacrilegis, vt nec orare debeamus, ne intremus in tentationem — contradicitur etiam *benedictionibus nostris*, *Harduin.* tom. I. p. 2015 (1215.) Altera p. 1221 seq. Quam inepte locis SS. vtantur, hic ostendere non opus est. Cum scribant, p. 1224, arbitramur, *auctoritati* sanctitatis tuae – facilius eos cessuros esse; atque in Epistola quinque epp. Africanorum ad *Innocentium* dicant, audiuimus, esse in vrbe Roma, *vbi ille diu vixit*, nonnullos, qui diuersis causis ei faueant: facile patet, *Romae* eiusmodi scrupulis neminem adhuc offensum fuisse, ac *Africani* hic offenduntur. Respondit *Innocentius* a. 417; *Harduin.* tom. I. p. 1025. cui id placebat, quod sine sede Apostolica non ausi fuerint, hanc rem peragere; ceterum ita scribit, vt facile appareat, eum africana disciplina ipsum nondum imbutum satis fuisse. – Homo sua in aeternum libertate deceptus huic ruinae suae iacuisset oppressus, nisi eum postea Christi, per suam gratiam, releuasset aduentus. Qui per nouae regenerationis purificationem, *praeteritum omne vitium* sui baptismatis lauacro *purgauit*, et eius confirmans statum, quo rectius stabiliusque procederet, tamen suam gratiam in posterum non denegauit. Nam quamuis hominem *redemisset* a praeteritis ille peccatis, tamen sciens, iterum posse peccare, ad

repa-

reparationem sibi – multa seruauit, *quotidiana praestans illi remedia;* quibus nisi freti, confisique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Et in epistola ad *Mileuitanum* concilium: quid acerbius in dominum fingere potuerunt, quam cum adiutoria diuina cassarent, *caussamque quotidianae precationis* auferrent &c. Pergit: quod praedicant, paruulos aeternae vitae praemiis, absque baptismatis gratia, posse donari, perfatuum est, Ioh. 6, nisi manducauerint carnem filii hominis &c. In epistola ad quinque episcopos, librum *Pelagii,* (quem *Timasius* et *Iacobus*, monachi, Episcoporum opera correcti, tradiderant, cum epistola quinque epp. transmissum,) dicit continere multa blasphema, nihil, quod placeret. *Innocentius* igitur damnauit istam haeresin, vt fuerat descripta; anathema dixit *Pelagio* et Caelestio.

Mortuo *Innocentio*, mense Martio huius anni, *Pelagius* Epistolam apologeticam et fidei confessionem s. Symbolum, (satis bonum, contra Manichaeos,) *Romam* misit, cum *Prayli*, hieros. ep. commendatitiis; *Caelestius* autem ipse *Romam* profectus est, ad veteres amicos, et *Sixtum*, presbyterum; fidei etiam libellum *Zosimo* ep. exhibuit; in quo tamen *peccati traducem* firmare noluit, quia peccatum non cum homine nascitur; non enim naturae delictum, sed *voluntatis* esse demonstratur. Nempe ad *fidem* nondum illa sententia publice addita fuerat, licet *Innocentius* (*Hard.* tom. 1. p. 1032) ad veram fidem *Africanorum* opinandi modum temere retulerit. Post *Pelagii* litteras *Zosimus* iam in Africanos patres non parum inuectus est; dolens, quod viri catholica sentientes haereseos damnati fuissent. Tales, tam absolutae fidei viros, infamari potuisse? Vbi *Lazarus?* Vbi *Eros?* Erubescenda facta - - vbi illi adolescentes, *Timasius* et *Iacobus?* (*Erotem*, *arelatensium* tumultu eiectum, quia Tyr. *Constantium*, vitae prospecturum, presbyterum ordinauerat, mirum non est a *romanis* episcopis cum *Lazaro*, plane omni auxilio destitutos fuisse; hi enim *Honorio* fidem seruabant. Illud autem

 mirum

mirum est, contra canones, his malae notae clericis catholicos episcopos in hac causa accusatorum ius et facultatem impertiisse.) Ceterum inde ab *Augustino Romani* iam dant omnem operam, vt *Zosimi* iudicium ita explicent, vt huic caussae praesidium non praestet. Non parum autem *Pelagii* pars auxit; nec tamen seculare ministerium catholicis defuit; *Prosper* certe in Chronico *Confessoris* honore auget *Constantium*, vicarium vrbis, qui *Pelagianorum* factione mala multa pertulerit, ad a. 418. Vt paucis dicamus, *Norisii* verbis optime: anno 418. pelagiana haeresis in toto orbe catholico damnata; *Augustinus* praecipue, et Africani ceteri, ea fulmina procuderunt, quae a Romano praesule validiori brachio nouorum Gigantum superbiam deiecere. *Zosimus* enim *Africanorum* graui responso motus, tandem rem aliter se habere intellexit, contrariam sententiam pronuntiauit; * africani 214 episcopi, canones VII. contra Haeresin ediderunt; nec *Augustalia* edicta defuerunt per *Italiam*, *Gallias* et *Orientem* a Praefectis praetorio promulgata, hoc anno 418; quae tamen in codice *Theodosiano* non habentur; in manuscriptis etiam differunt. Copiosius iam huic historiae operam nos dare non licet; repetenda illa partim ex *Vsserii* antiq. Britann. *Vossii* histor. pelag. et *Norisii*, qui post *Vossium* scripsit, etiam *Wallii* historia baptismi infantum, latinae editionis; partim ex introductione ad histor. dogmat. tomo 3. polemicae theolog. *Baumgartenianae* a nobis addita; Hic enim libere dixi sententiam, vt historia et res ipsa secum fert. Nam ista *gratia* minime est *dei gratia*, quae vim et violentiam in homines decernit. Creuit iam fere in immensum haec controuersia, tam inepta et a christiana omni mente aliena, quam quae maxime; tot quaestiunculis et spinis implicita, vt satis euolui nec ab eruditioribus queant ea, quae *Augustinus* sensim noua semper atque inaudita, (de auxilio *quo*, de particularitate gratiae, et praedestinatione,) reperit, postquam a *Donatistis* tantum laudis reportarat. Liceat autem ista adhuc addere; 1) nec ab hac

cauſa, vt nec ab iſta omni *Donatiſtarum*, abſuiſſe *palatina* conſilia et ſtudia, quae ſub *Honorio* varie nutabant; *Iuliani* hiſtoricas phraſes deſcripſi, in *polem. Baumgart.* tom. 3. p. 298. nota 496. Multa et clariſſima quod non ſuperſunt documenta, delicatae cauſſae debetur. *Africa* epiſcoporum continuis negotiis non minus, quam aliae prouinciae, reipublicae ſtatum firmum perdidit. 2) *Latina translatio*, cum *Africani* et alii *latini*, codices graecos non conſulerent, prima rudimenta nouae diſciplinae peperit; illud, *in quo* pro ἐφ᾽ ὧ, et opinio de *traduce*, latinis facile placuit, licet *graecis*, (graece apprime intellexit *Pelagius*,) parum placeret. Conceptus de *anima*, de *peccato* (*Pelagius* actum infantibus negauit,) non idem fuit aut ſatis definitus. *Adiutor*, *adiutorium*, in pſalmis inepte a latinis fuit allatum; χαριν *Pelagius* latius ſumſit, *Africani* tam ſtricte, vt baptismo carentibus, dei omnem gratiam ſalutemque negarint. *Pelagius* autem naturae corruptionem noluit improbae vitae ὀχημα praebere, nec gratiae adiutorium a ſolis epiſcopis iam demum perdiſcere, aut ab eorum caerimoniis variis ſuspendere. Illud quidem aliquis non mirari non poſſit, cum *Pelagius* ſcriptura ſacra ſtudioſiſſime ad ſuos ipſe vſus ſit, cumque ipſe et omnes baptizati, in baptismo et confirmatione Spiritum ſanctum accipere a baptizatore iuberentur: tamen cum *Pelagio* ſic actum fuiſſe, ac ſi humanis tantum et naturalibus ſuis viribus chriſtianae pietatis exercitium et ſuſciperet, et aliis ſimiliter ſuſcipiendum ſuaderet, internaeque commotionis, cuius deus auctor ſit, locum et modum plane tolleret; quod quidem nemo chriſtianus confingere auſus fuerit. Ceterum, aequius nos decet interpretari hanc cauſſam, ne auguſtum nomen gratiae diuinae improbiſſima vita tamen ſatis catholice conſecrari videatur; in homines huius vitae, quam vel *Auguſtinus* vituperare in *Pelagio* non potuit, mitior poterat et debebat ſententia ferri, quam vt fiſco addictis bonis exilio mulctarentur. Hoc igitur ſit gratiae diuinae auxilium recte vindicare?

Semipelagianorum haeresis.

Cassianus, Scytha, (an ex *Sceti?*) qui e *Chrysostomi* clericis fuit, cum *Germano* a *Clero* constantinopol. post *Chrysostomi* exilium, ad *Innocentium* ep. rom. missus, *Romae* aliquamdiu haesit, haud dubie *Pelagio* non ignotus. Ex *Italia* in *Galliam* secessit, et apud *Massiliam*, vbi tutior videbatur, coenobio exstructo fama et laude multorum non caruit. *Augustinum* adeo non amavit, vt in libris de institutis monachorum Aegypti, ad *Castorem*, aptensem episc. (libro 12, c. 13 seq.) non obscure eum tetigerit, istis sententiis, cum de gratia dicat, eam *verborum iactantia*, *vaniloqua disputatione*, *syllogismis dialecticis*, longe minus confirmari, quam Aegyptiorum monachorum exemplis. Nec clare contra *Pelagium* vllam sententiam hic scripsit, potius contra *Africanorum* mentem loquitur, legem, esse gratiam; deum praesto esse, *a nobis* occasione bonae voluntatis ipsi oblata, ad haec conferenda, quae petimus; petitionem nostram non esse condignam, nisi misericordia dei id, quod petimus, dederit, ibidem c. 14. In *collationibus*, quas post damnationem *Pelagii* scripsit, tam non est *Augustinianus*, vt initium boni iam deo tribuat, iam nobis; e. c. Quod Iesus Matth. 9 transiit ante caecos, diuinae prouidentiae et dignationis est *gratia;* quod vociferantur, miserere nostri, fidei ipsorum et credulitatis est opus. *Collat.* 13, c. 9. etiam per naturae bonum, quod beneficio creatoris indultum est, nonnumquam *bonarum* voluntatum prodire principia, (quae tamen sine deo ad consummationem non perueniunt,) Apostolus testis est, Rom. 9. velle adiacet mihi &c. Florebant interea insula in *Lerinensi* per monasteria plura eruditi multi viri, *Honoratus*, postea arelat. ep. *Faustus*, Reiensis, *Eucherius*, lugd. *Hilarius*, arel. *Maximus*, abbas, *Lupus*, Trecensis cum fratre Vincentio, (*commonitorii* hic auctor fertur,) aliique, qui hanc eandem disciplinam secuti sunt post *Cassianum*; *Hilarium* Augustiniani

volunt

volunt africanae familiae vindicare, cum de *praedestinatione Cassianum* defenderit; sed distinguendus est alius *Hilarius*, qui in Africa ipse fuit. Sed verbosiorem me hic esse, iam vix fas est, cum luculenter hanc caussam tractauerim, in polemic. *Baumgart.* volum. 3. p. 303 seq. obseruatis potioribus rei momentis. Illa *Augustini* inepta καινοφωνια, de irresistibili seu *inuicta* gratia, quae detur reluctantibus; *praedestinatione*, seu *electione* paucorum ad salutem, &c. nuce cassa nemo nunc emerit, cum deus ingenuae cognitionis adiumenta tam multa nobis prouiderit; his qui maluerit impedimenta et mysteria ignota vltro opponere, suo ingenio ille obsequatur; sed terriculamentis istis et nouis de gratia diuisionibus, seu strepitibus vocabulorum latinorum, bonam mentem porro circumagi et quasi piaculo inuolui, ius fas non est. Facillima et luculenta, vti decet, est Apostolica de gratia dei et fauore in nos homines, disciplina; Spiritus Sancti certo et benefico ministerio homines doctrinae salubris cognitione emendantur; quis autem istos verborum lusus, ὀξυμωρα perpetua, atque sententiae inuolucra, quorum fuit auctor *Augustinus*, experimento atque vsu suo confirmari intelligat? Vtinam habeamus christianos bonis operibus studiosos iisque diuites, miti et benigna mente in alios, in deum verecundo et probo studio; in Christum, tantae salutis auctorem, animo grato: vtrum salubris illa emendatio contigerit per *praedestinationem*, per gratiae singularis tot gradus, interpretari licuerit, vt quisque optime intelligere sibi videatur. *Anathemata* autem dici, et quidem ab iis, qui temere negant Christi ἀπολυτρωσιν ad omnes homines pertingere, tam non sit ex Christi imitatione, quam quod maxime.

III. Nestoriana caussa.

Inuenustissima iam sequitur *Nestoriana* controuersia; iam enim fere in consuetudinem Episcoporum venerat, haeresibus venandis operam dare, atque auctoritatem suam in alios confirmare, deiectorum peregrinorum episcoporum

 exem-

exemplis. Origo ineptiffimae difputationis non tam *Neftorio* debetur, quam temporis malignitati, quae religionis externae adiumenta aut fundamenta noua femper adinuenit, fancitis per epifcopos fimilibus decretis, vt Imperatores folebant leges ferre. *Alexandrinus* et *Romanus* epifcopus iam a *Nicaeno* concilio amiciffimi et coniunctiffimi; odium in fedem conftantinop. non parum videtur aluiffe *Arianorum*, qui vrbem per 40. annos tenuerant, potentia; vt hi fuperiori feculo in *alexandrinam* fedem, imperatorum numine abufi, multa fecerant parum aequa: fic *Athanafiana* cauffa coniunxit vtriusque fedis epifcopos aduerfus *Conftantinopolitanam*. *Petrus*, alex. qui *Romae* aliquamdiu vixit, *Maximum* ep. conftantinop. per fuos epifcopos ordinarat; fuerant perpetua odia inter *Honorium* atque *Arcadium*; nec deerant *Arianorum* nomina inter Palatinos proceres; *Theophilus* iam in *Chryfoftomum* potentiae experimentum ceperat. Iam, cum *Sifinnio* 427. mortuo *Theodofius*, δια τȣς κενοσπȣδαςας neminem ex ἐπιχωϱιοις clericis ad epifcopatum eueheret, fed *Neftorium*, (vt antea *Chryfoftomus* inde venerat,) *Antiochia* arcefferet, qui et ipfe inter monachos *Syriae* (in monafterio S. *Euprepii*) fuerat, e *Diodori* etiam, tarfenfis, difcipulis, (nec enim eruditione caruit *Neftorius*): facile ifta in monachorum eruditionem odia recruduerunt; praefertim cum ipfe *Neftorius* in prima concione minis in haereticos publice non parceret. Recte *Socrates* notat, το κȣφον της διανοιας, και το θυμικον και κενοδοξον prudentioribus difplicuiffe; *Arianis* ecclefiam ftatim ademit; et Macedonianos, vt το ὁμοȣσιον acciperent, et ipfe perpulit et πϱοσταξει fua per *Hellefpontum* effecit; occifus tandem ibi, per indignationem *Macedonianorum*, fuit *Antonius* epifcopus. Sed fenfim ipfe haerefeos nomini opportunitatem aduerfariis obtulit, cum *Anaftafius*, peramatus ei presbyter, pro concione contra *Mariae* encomium, θεοτοκος, ftudiofius dixiffet. Noluit presbytero deeffe *Patriarcha*, συνεχως πεϱι τȣτȣ ἐδιδασκε, φιλονεικοτεϱον

ϱον ζητησεις ποιȣμενος. Non male *Socrates* comparat incertas lites, ὥσπεϱ ἐν νυκτομαχια, νυν μεν ταυτα ἐλεγον, νυν δε τα ἑτεϱα. Plerique putabant, *Nestorium, Pauli*, Samos. aut *Photini* dogma inuehere, (quod negaret θεοτοκον; ita res omnino videbatur). Sed parum recte sententiam fert *Socrates*, quod imperitum indoctumque dicit *Nestorium*, qui non potuerit θεοτοκος concoquere, cum 1 Ioh. 4, exstiterit in vetustis exemplis, ὁ λυει τον Ιησȣν, sic et interpretes vetustos monere, ὡς τινες εἰεν ϱαδιȣϱγησαντες την ἐπιϛολην, humanitas τη θεοτητι συνανειληπται, και ȣκετι εἰσι δυο, αλλα ἑν. Hic in *Monophysitarum* opinionem fere labitur ipse *Socrates*; de isto vocabulo autem provocat ad *Eusebii* de vita *Constantini* III, 43, alii ad alios. (*Alexander* alex. in epistola; *Dionysius*, alex. *Origenes*; si quidem haec vera sunt, facile tamen intelligimus, vnde venerit; quia plerique *alexandrini*, λογον loco animae, corpori dederunt, et *physicam* coniunctionem, ad constituendum ἑν informarunt.) Itaque minime verum est, *Nestorium* hoc ignorasse, quod *alexandrini* quidam sic locuti fuerint: sed noluit istam ἐννοιαν apud suos locum porro inuenire; semper λογω tribuit ὑποϛασιν propriam, eum ἐνȣσιον, ἐνυποϛατον appellans, quod *Manichaei* et *Montanistae* non faciunt, vt *Socrates*, addit. Iam vero vis omnis praecipuae accusationis est illa, *Nestorium* esse *Pauli*, Samos. sectatorem; vid. διαμαϱτυϱια, a *Cyrillo* contra *Nestorium*, edita, Tom. I. concil. *Harduini* p. 1271. Idem in epistola ad *Nestorium* p. 1274 seq. tantum de *corpore* loquitur, numquam de anima. Respondet *Nestorius*: γεννησις και παθος non pertinet ad θεοτητα, sed ανθϱωποτητα. Nam Matth. 1, dicitur liber γενεσεως Iesu, et, Mater *Iesu* dicitur, numquam Mater *Dei*. In sacra caena: hoc est corpus meum, non vero θεοτης μȣ. Συνημμενη est τη φυσει της θεοτητος σαϱξ. Propria carnis si ad λογον referantur, *Apollinaris* aut *Arii* est error, (qui animam et corpus non habent, sed tandum corpus). *Cyrillus*, in ep. Synodica pag. 1283. *Har-*

P 4 *duini*,

duini, narrat: Nos *simul cum synodo*, quae apud *magnam* (quasi noua illa, Constantinopolis, *parua* sit) *Romam* conuenit, sub *Caelestino*, te iam tertio conuenimus. —— Nisi fidem nostram suscipis, non habebis sortem et locum nobiscum; quos tu *deposuisti*, nos recepimus. Iam longam fidei confessionem adiecit *Cyrillus*; — ἑνωθεις κατα φυσιν, fecit sibi λογος tale domicilium, sicut anima in corpore - vnione naturali, ἑνωσει φυσικη. Nomen συναφειας deprecamur, quia ἑνωσιν non satis exprimit. — ἀυτος ὁ ἐκ θεϐ πατρος γεννηθεις υἱος, και (ἀυτος) θεος μονηγενης – σαρκι πεπονθεν – gratia dei pro omnibus gustauit mortem (deus) διδϐς ἀυτῳ (deo, patri) το ἰδιον σωμα - sic in sacra coena ζωποιον carnem (cui λογος inest viuus,) percipimus. Cum enim deus sit natura sua, ζωη, carnem suam dixit ζωοποιον, ἐπειδη γεγονεν ἐν προς την ἑαυτϐ σαρκα. - Si loquendi modos, homini congruentes, pati nolit, quis eum coegit hominem fieri? Ὁ καθεις ἑαυτον (λογος ipse) ἐις ἑκϐσιον κενωσιν, quare παραιτοιτο τϐς τη κενωσει πρεποντας λογϐς; (Hic *Cyrillus* de *exinanitione* plane aliter loquitur et confingit, quam postea alii et inde nos solemus; et recte *Nestorius* ei contradixit, de subiecto *quo*, quod tantum manet humana τϐ λὸγϐ iam natura, seu homo). Aliquoties dicit, Christus deo patri obtulit σωμα ἰδιον. - Ideo natus est θεος ἑνωθεις σαρκι, vt benediceret initium nostrae ὑπαρξεως, et maledictio, παντος τϐ γενϐς αρα, πεμπϐσα προς θανατον τα ἐκ γης ἡμων σωματα, cessaret - (parum venuste ista *Cyrillus*.) Iam et anathematismos addit, quibus vult *Nestorium* subscribere; (de iis *Iohannes*, antioch. ad *Firmum*, *Caesar*. cappadoc. episcopum sic sentit, vt dicat, esse *Apollinaris* ipsam haeresin, corpus adsumtum esse eiusdem cum verbo naturae;) Alia *Cyrilli* Synodica, *Constantinopolin* missa, *Harduini* pag. 1295. satis graviter incipit: serius tandem ad hoc peruenimus, vt curam habeamus vestrae omnium, *salutis*, (ista formula consiliis omnibus solet aptari; quid enim impedimenti exsistebat,

quo

quo minus σωτηρια contingeret, si *Nestorius* Χριστοτοκον dicebat Mariam, quam alii Θεοτοκον)? - nisi anathematizauerit suas nouitates *Nestorius* per istas inducias, quas *Caelestinus* ei praefixit. - - Idem *Cyrillus* in epistola Synodali ad monachos Constantinopoleos: si se doceri patiatur, et anathematizauerit ἐγγραφως ea, quae docuit - si minus, alienus est ab episcoporum et doctorum dignitate. *Nestorius* autem XII alios anathematismos *Cyrillo* opposuit; idem ad *Caelestinum* scripserat, sed *Cyrillus* facile praeualuit; vehementius igitur Caelestinus scribit: *paramus iam cauterium et ferrum*, abscindenda enim sunt vulnera; nisi statim corrigantur illa. Narrat etiam, tam initio epistolae p. 1300 *Harduini*, quam postea, p. 1306, *Atticum* contra *Pelagianos* consensisse; *Nestorium* autem de his iam benignius quaesiuisse a *Caelestino*, qui ideo ei reponit, medice, cura te ipsum. Καλως πιστευεις περι της κατα γενεσιν ἁμαρτιας, και ἀυτην την φυσιν δεικνυεις εἰναι καταχρεω. - Eadem senti nobiscum, si vis esse nobiscum - haec, quae frater *Cyrillus* praedicat, nobiscum praedica - *nisi intra decimum diem* hoc feceris, scias te ab vniuersalis ecclesiae communione eiectum. *Nestorii* autem epistola pag. 1307. ista continet. *Iulianus* et alii (*Pelagiani*) Imperatorem et nos adierunt; de vera igitur caussa vult pauca scire; addit, esse et Constantinopoli aegros, *Arii* et *Apollinaris* putredinis affinis; *contemperationis confusionem* passim commiscent - deum, verbum patris homousion, quasi *originis initium* de Christotoco virgine sumsisse; carnem, post resurrectionem, *transiisse* in naturam deitatis; deitatem *commortificant* carni. - Virginem christotocon ausi cum modo quodam *deae* tractare, diuine, Theotocon dicere non perhorrescunt, cum Nicaeni patres Mariam virginem tantum dixerint. - *Veram matrem* - oportet esse de eadem essentia, qua ex se natum; ferri tamen potest hoc vocabulum, (Θεοτοκος) - In alia epistola p. 1310. similiter de *Iuliano* et iis, qui se de occidente proiectos dicunt: iurant, calumniam

se sustinuisse. *Caelestini* verbosa epistola sequitur ad clerum et populum Constantinopol. pag. 1212 seq. Estis nostra membra et *viscera de deo nostro* (sic saepe Christum cum aliis appellat,) aliter disputat, quam ipse de se, aut apostolus - intellectum figurae respuit - mouit hanc quaestionem sacrilegam *Paulus Samosatenus* - (est profecto longe alia quaestio) cogitate *Athanasiii* exemplum; hic (*Romae*) renouatus est eius status; in hac sede quietem communionis inuenit, a qua semper catholicis subuenitur. - vicem nostram, propter marina et terrestria spatia sancto fratri *Cyrillo* delegauimus, ne morbus iste longitudinis occasione grassetur. (data a. 430.) Sequitur p. 1320 commonitorium *Cyrilli*, quod *Posidonio* Romam perferendum dedit; in quo ineptissimum est, quod dicit, *Nestorium* fugere nomen ἑνωσιν. *Caelestinus* ad Cyrillum, *Ioannem* Antioch. *Rufum Thessalonic. Iuuenalem Hierosolym.* et *Flauianum*, Philipp. scribit deinde eadem, vt *Cyrillus* adsumta auctoritate *Romana* exsequatur stricte sententiam, vt aut intra X dies condemnet suas praedicationes, docens idem cum Romana et cathol. ecclesia, aut remoueatur. *Ioannes* Antioch. ad *Nestorium* scribit p. 1328 - *occidens*, *Aegyptus* et *Macedonia* definiuit se scindere ab vnitate - suscipe *appellationem* cuius sensum possides, (sed num plebs sic intelligebat!) recordare exemplum *Theodori*, (mopsuesteni), qui, quod dictum ab eo fuerat, sine confusione correxit, ad vtilitatem ecclesiae, (nempe, ad vtilitatem ecclesiae!) - aliter sequetur, nec deum esse, qui oeconomiam pro nobis suscepit, nec τον θεον λογον ἁυτον κενωσαντα in serui formam, (adeo plerique omnes exinanitionem ad λογον, subiectum inhaesionis, referunt;). Respondet ei *Nestorius*, p. 1332, cum huc venimus, inueniebamus 1) qui Mariam tantum θεοτοκον, 2) qui hominis matrem, nominabant; itaque χριστοτοκον, vtramque partem collecturus, dixi. - de consueta vero *Aegyptii praesumtione* non debes admirari, dum habes antiqua huius exempla quam plurima. Epistola monachorum ad Impera-

peratores p. 1336. *Nestorius* negat Mariam θεοτοκον, et Christum φυσει θεον αληθινον (quod est calumnia monachalis,) - populus (nempe, ista mysteria intelligit,) clamauit, imperatorem habemus, episcopum non habemus. Simplex monachus, (his defensoribus egebat res,) in mediam ecclesiam prosiliens voluit *Nestorium* ab ingressu (in altáre) prohibere, (ἠναγκαθη κατα Ζηλον.) hunc *Nestorius* iussit flagris caedi et in exilium eiici; nos monachos flagris, conuitiis et fame vexari iussit; tandem, de *naturali filio* consensit, sed esse etiam *alium filium.* Imperatores interea ad *Cyrillum* Sacram miserunt, p. 1342, quem ob vehementiam turbulentumque ingenium luculenter reprehendunt, et quod alia ad *Eudociam* et imperatorem, alia ad sororem, *Pulcheriam*, scribere ausus fuerit. Sequitur θειον γραμμα, quo ad *concilium Ephesinum* conuocantur episcopi, ad quos et epistola pertinet, quae *Candidianum* domesticorum comitem, quietis et boni ordinis arbitrum commendat. Noluit autem *Cyrillus Ephesi* exspectare *Iohannis* orientaliumque aduentum, licet a LXX episcopis subscripto libello admonitus, nec *Candidiani* contestationem, et imperatoriam auctoritatem est reueritus. Actione prima legitur Epistola *Cyrilli* et responsio *Nestorii*; hic statim omnes intelligunt, *Nestorium* recedere a symbolo *Nicaeno* p. 1349 *Acacius* dixit: Nestorius sic loquitur, ὡς της γραφης την γεννησιν τε και το παθος ȣ της θεοτητος, αλλα της ανθρωποτητος διδασκȣσης. p. 1391 *Fidus* dixit: *Nestorius* ad *Pauli* Samos. sententiam plurimum accedit. Pag. 1395 omnes hi episcopi *exclamauerunt:* quicunque Nestorium non anathematizat, anathema sit. P. 1398, *Theodotus*, Ancyranus, dixit: audiui hic, eum dicentem: bimestrem et trimestrem deum dicere fas non est; sicut et in epistola scripserat, την γαλακτοτροφιαν de λογῳ, (quasi subiecto *quo*,) dicere fas non esse. (Nempe isti episcopi mysterii titulo ista omnia non solum ipsi dicebant, quod licebat; sed omnes omnino Christianos similiter opinari et loqui, compellebant.) Pag. 1399

ex *Petri*, alex. episc. libro περι θεοτητος excerptum recitatur, ὁ θεος λογος μετα σȣ, γενομενος ἐν μητρα. Ex *Athanasio*, *Iulio*, *Felice*, rom. epp. *Theophilo*, *Cypriano*, *Ambrosio*, *Gregor.* Nazianz. *Basilio*, Caesar. *Gregorio*, Nysseno, (*Attico*, et *Amphilochio*;) Nempe omnes subiectum *quo* exinanitionis ipsum λογον θεον statuebant, itaque quidam dicebant, λογος nascitur ex Maria, lactatur, fasciis inuoluitur; dicere accuratius forte poterant; λογος carnem adsumsit, quae λογȣ iam σαρξ a Maria vtero gestata, lactata, &c. fuit. Haec caro λογȣ dicitur filius dei, missus, natus &c. Sed iam horum scriptorum auctoritate *Nestorius* condemnatur. Eius nunc sententiae p. 1409. recitantur, e quaternione 17, εἰς δογμα; scriptura cum de ortu ex Maria, morte &c. loquitur, *numquam nomen dei* ponit, sed *Christi*, *filii*, *domini*, quae nomina sunt των φυσεων των δυο σημαντικα - Maria ἐγεννησε την ἀνθρωποτητα, quae est filius, δια τον συνημμενον υἱον. Ex p. 1412. intelligimus, *Nestorium* pro concione loquentem, etiam applausum meruisse, ὑποπτευω τον κροτον, (dixerat, δι' ἧς, Μαριας προηλθεν ὁ λογος) non dixi, *genitus* est. - Surge et accipe *puerum* et matrem *eius* (non *dei*, dixit angelus, Matth. 1.) Rom. 9, 5. *Nestorius* p. 1414. exponit: τη τȣ θεȣ συναφεια θεολογει το φαινομενον, de Christo, homine, valet ista sententia - ἀχωριστος τȣ φαινομενȣ θεος, χωριζω τας φυσεις, ἑνω την προσκυνησιν, (ob subiecti in vtraque natura vnitatem; - p. 1416, ȣ καθ' ἑαυτο θεος est το πλασθεν, το κτισθεν, το ταφεν - p. 1418 seq. video populum pietatis feruorem habere, sed circa θεογνωσιας dogma ignoratione labi; ratio est in doctoribus, qui tempore carent - p. 1422 sequitur sententia depositionis: dominus noster Iesus Christus, quem blasphemiis suis impetiuit, definit, Nestorium non esse amplius episcopum; subscriptiones plures quam CC; accesserunt enim absentium nomina. Fuerunt autem L Aegyptii, 40 Asiani, sub *Cyrillo* et *Memnone*, et 12 *Messaliani*, p. 1541. Orientales

les *tres* tantum ex qualibet prouincia fuerunt, p. 1536. Cum iſta omnia acta eſſent ante, quam *Ioh.* Antiochenus cum ſuis veniſſet, (quem *Cyrillus* in epiſtola ad quosdam cleric. Conſtantinop. dedito conſilio innuit tardaſſe, quia fuerit *Neſtorius* Antiochiâ translatus): *Neſtorius* atque epiſcopi, qui cum ipſo erant XI, aut plures, ad Imperatores perſcripſerunt, non parum queſti de turbis, et praecipue *Memnone*, epheſ. metropol. Ante orientalium aduentum *Neſtorius* intereſſe concilio non pleno noluit. *Synodus* autem et ad AA. et ad clerum conſtantinopol. ſcripſit, quid geſtum ſit, p. 1445, vbi eſt *Rhegini*, conſtantienſ. Cypri ep. homilia, in *Neſtorium*, cecidit de coelo lucifer etc. o ſtultior mari et morte! mare dorſa domino ſubſtrauit; mors Lazarum reſtituit - - Iam *Candidianus*, *Ioh. Antioch.* cum aliis *Neſtorii* cauſſam ipſi, ſeparatim tractarunt; comes narrat, iſtos epiſcopos non ſine ignominia eieciſſe miſſos a *Neſtorio* et comitem ipſum; praecones publici ebuccinarunt depoſitionem *Neſtorii;* ſine vllo examine et iudicio; (*Neſtorio* abſente,) auguſtales litteras contemnentes etc. *Memnon* eccleſias nobis clauſit; agreſtium plebem congregauit; haeretice ſenſit *Cyrillus*, (in anathematismis) cum *Ario*, *Apollinare*, *Eunomio*, (σαρκωθηναι, non ἐνανθρωπησαι τον λογον,) - itaque *Cyrillus* et *Memnon* deponuntur, p. 1454, per epiſcopos 43, quos inter 14 metropolitani. Epiſtolae ad iſtam Synodum, ad Imperatores, et *Conſtantinopolin* plures; quibus poſtulatur, vt anathematizentur *Cyrilli* capita. In ſecunda concilii *Epheſini* actione aliae litterae *Caeleſtini* afferuntur, *latine* primum lectae, deinde graece translatae. Satis inepte rhetoricatur *Caeleſtinus:* ſi Chriſtus eſt in medio 2 aut 3, multo magis in tanta ſanctorum multitudine; (omiſit, ſi ſunt *in nomine meo* congregati;) Actor. 20, 28 hic citatur, eccleſiam *dei;* vtramque lectionem miſcet p. 1471 *Arcadius*, legatus romanus. Ad reliquias *Iohannis* apoſtoli prouocat, quae *Epheſi* ſint. Lectam epiſtolam excipit exclamatio: *nouo Paulo*, Caeleſtino; *nouo Paulo*, Cyrillo; etc. De *Petro*, ſeu romano

ep.

ep. fidei columna, ecclesiae capite, p. 1471. 1478 legatorum *romanorum* leguntur fortes sententiae; sed hic ferebantur facile, licet contra canones Nicaenos. Post longum citationum ordinem, excommunicatio in *Iohannem*, Antioch. et omnes socios proditur, p. 1500; epistola ad *Caelestinum* ea, quae contra *Pelagium*, *Caelestium*, *Iulianum*, *Orientium* etc. decreta a Caelestino fuerunt, rata habentur. Pag. 1515 in actione sexta occurrit *symbolum*, incerti auctoris, de quo *Charisius* questus fuerat apud Synodum, esse presbyteros, qui illud in *Lydia* commendent redituris ab haeresi Quartadecimanorum. Citatur de Spiritu S. 1 Cor. 2, 12, ad efficiendum, Spiritum S. Κατ' ȣσιαν esse ex deo patre; de *vno* filio tam clara testimonia, vt calumnia sit, si qui *duos* a *Nestorianis* creditos fuisse dicant; sic autem describitur incarnatio: λογος ἄνθρωπον ειληφε τελειον, - πλασθεντα virtute Spiritus S. γενομενον ὑπο νομον etc. (*Cyrillus* autem et alii dicebant, λογον a Maria natum, sub legem factum etc.) Subscriptio: ego N. τεσσαρεσκαιδεκατιτης - adiurans S. trinitatem et pietatem et victoriam των αἰωνιων Αυγȣςων. Rescripto imperatorum p. 1538 vetantur episcopi domum redire aut admitti, nisi ab vniuersa synodo omnia tractata fuerint. Epistola *Antiocheni* ad imperatorem; qua dicit: si multitudine opus esset, se etiam multos adducere potuisse, non similes τῳ ἀμαθει των θειων πληθει *Asianorum* et *Aegyptiorum*; narrat porro: cum voluissent orientales in ecclesia S. *Ioannis* orare, istos occlusisse templum; e suis quosdam vulneratos, lapidibus autem et fustibus longo interuallo in fugam se coniectos fuisse. Sic *Memnon* praeparauerat. Tandem Imperator Constantinopolin caussam auocauit, vbi *Irenaeus* comes res Orientalium contra *Aegyptios* egit satis diligenter, nec sine fructu; nisi *Cyrilli* Syncellus, medicus, aduenisset. Pag. 1551 exstat Imperatorum rescriptum ad concilium: (quod latine tantum superest,) quia dissensio adhuc permanet: reuerti ad propria concessimus episcopis; *Cyrillum* autem et *Memnonem* vobis

vobis non connumeramus, ab episcopatu alienos; (restituuntur rescripto ad Synodum, p. 1615.). In epistola ad *Scholasticum*, *Eunuchum*, *Nestorius* negat, se a nomimine ipso θεοτοκον abhorruisse; cum ipso nullum colloquium habitum, priuatos quosdem sermones, exercitii caussa habitos, arripi; si res ordine conficiatur, se lubenter in monasterium rediturum; quod et factum est p. 1631; *Maximiano* in eius locum suffecto; *Nestorii* omnia bona ecclesiae constantinop. addicta, p. 1670. In *sacra*, quam *Ioannes*, comes sacrorum ad concilium afferebat, etiam *Nestorii* exauctoratio approbatur; vix tamen comes eo venire potuit, vt praelegeretur: *Nestorium* in custodiam dedit *Candidiano* comiti; *Cyrillum*, *Iacobo* comiti, praeposito quartae scholae; *Memnon*, qui vix tandem comparuit, a *scutariis* nobilibus et *palatinis* custoditus fuit; (epistola *Ioannis*, comitis sacrensis ad AA.) *Acacius* Beroensis ep. ita fere suaserat, *Cyrillum* vix abesse ab *Apollinario*; sequitur epistola *Ioannis* et orientalium ad *Theodosium*, in qua confessio fidei; contra *Cyrillum*, cui nec epistola ad *Antiochenum* clerum parcit, p. 1559. Missi *septem* episcopi ab orientalibus *Constantinopolin*, iussu imperatoris. *Prima* petitio *Chalcedone* missa, (nec enim permittebatur parti alterutri ingressus in vrbem, ob monachorum seditiones, p. 1568.) p. 1564, latine exstat; in qua de artibus et praestigiis *Hierosolymitani* subindicant, per *Phoenicem* secundam et *Arabiam*; *secunda*, p. 1565. ne interea ordinationes fierent; *tertia*, queruntur ibi sic se retineri. Epistola *Theodoreti* p. 1568. concionasse hos episcopos e suggestu prope tectum, plebe lubenter audiente; sed clericos et monachos lapides conieciſſe in eos, qui cum his episcopis erant. *Orientalium* legatorum epistola ad *Rufum*, p. 1573: της ἐνοικȣσης θεοτητος οἰκειȣμενης μεν τα παθη, ὡς ἰδιȣ σωματος, ȣ̓δεν δε πασχȣσης εἰς την ἰδιαν φυσιν, *Cyrillus* autem dicit: μια φυσις γεγονε θεοτητος τε και ἀνθρωποτητος. Cum *Arianis* sentit, qui λογον statuunt παθητον, vnde con-

fusio

fusio naturarum exsistit, vt λογω tribuatur, *deus meus*, quare me deseruisti! *Ariani* publice dicunt, iam tandem et nostros cum ipsis sentire. – *Cyrillus* cum suis eos in communionem recipit, qui fuerunt ab aliis excommunicati; eos, qui idem sentiunt cum *Caelestio* et *Pelagio*, *Euchitae* sunt, seu Enthusiastae, - Epistola legatorum orientalium ad suos Ephesi, pag. 1579: videntes, *Cyrillianos* tyrannide, fraudibus, adulatione et *donis omnia decepisse* - poterit Aegyptius omnes excoecare *muneribus suis*, sic, vt ad thronum redeat, iste innocens (*Nestorius*) vix ad mansionem dimittatur.

Postquam *Epheso* discesserant, *Anazarbi*, est metropolis *Ciliciae* secundae, episcopi quidam *synodo* alia confirmarunt *Cyrilli* depositionem; omnes illos eiecturi, qui capitula eius scelesta non respuant. Ex *epistolis catholicorum* multa ad historiam faciunt, et τεχνασματα ἀποσχιςων attingunt. Pag. 1586. narrant quidam: Constantinopoli Nestorianos nauigia et vias occupasse, vt catholicis facultas defuerit mittendi epistolam suam; vix per mendicum, qui eam in arundine inclusit, allata est. Iam *Dalmatius*, (48. annos reclusus, voce caelesti vix nunc e cella extrusus,) aliique omnes archimandritae, monachorum cateruis stipati, hymnos et psalmos cantantes, ad regiam contendunt. Imperatoris responsum plebi tradituri ad ecclesiam S. *Mocii* omnes cum plebe pergunt, cum cereis psallentium &c. *Dalmatius* dixit imperatori: sex mille episcopos mauis audire, aut vnum hominem improbum? - *Memnonis* epistola narrat: suos episcopos, ad *Ioannem* missos, plagas accepisse, quas in sancta Synodo ostenderint, (in medio positum fuerat euangelium,) p. 1595. Actio *septima* prodit p. 1618. suggestionem episcoporum *Cypri*; qui queruntur de vi et iniuria, ab *Antiocheno* ipsis illata; *Troilum* ep. ab antiocheno clero multa passum, *Theodorum* autem ep. multas plagas, quas nec *flagriones* homines ferre deceat; subornatum iam esse *Dionysium*, vtriusque exercitus ducem, vt *Theodoro*, praesidi *Cypri* scri-

scriberet: ne pateretur in locum mortui episcopi alium ibi ordinari; sed a synodo Ephesina rem perfici exspectet; concilium antiquum ius *Cypro* conseruari iubet; sex *canones Ephesini*, ad hoc concilium confirmandum pertinent; coniunguntur, *Caelestius* et *Nestorius*. Pag. 1627. definitio Synodi contra Euchitas; schedula synodica prolata fuit, et vt solida sint, quae *Alexandriae* (de iis) acta sunt - - placuit librum illorum, *Asceticon*, p. 176. anathematizari. — *Tertia pars* Concilii complectitur epistolas de rebus post concilium, quae latine tantum exstant; historica monumenta multa. Tandem p. 1683. mandatum Imperatoris ad *Iohannem*, de incunda cum Aegyptio concordia; quam vt precibus iuuaret suis *Simeon stylita*, imperator rogat, p. 1686: promouente rem *Paulo*, *Emiseno* ep. communio episcoporum *Antioch. Alexandr. Romani*, et Constantinop. restituta fuit. *Alexandriae* Homiliis *Pauli* publice plebs applaudebat, quasi orthodoxias locuples testis. Inter *homilias Ephesi* habitas, *Theodoti*, Ancyrani, ista eminet varia loquacitate; 2 Cor. 8, quis fuit diues? Deus, non pauper ille ex pauperibus parentibus natus; deus pauper factus est, p. 1650. Stella magorum, fuit angelica virtus. — Cur passionem indignam dicis deo? Cur mortem? noli alapam deo exprobrare, per quam a peccatis hominem liberauit. – Ne λογισμῳ quidem διιϛαμενος θεος και ἀνθρωπος. Inter homilias *Ephesinas* eminet et illa *Theodoti*. p. 1662. Harduini: Iudaei non tantum φυσιν ὁρωμενην καθηλωσαν, ἀλλ᾽ εἰς τον ἐν αὐτῃ θεον ἠγαγον τα τολμηματα, (quisnam sensus?) hoc exemplo illustratur. Ponatur, κεισθω, imperatorem φθεγγεσθαι λογον, eumque chartae inscribi; (quam σακραν nominant *Italorum* lingua) iam hostis regis eam lacerat: dic mihi, τι ἐρραγη; charta tantum, an λογος regis, licet ἀπαθης? Vides igitur, πως το ἀπαθες δεχεται παθος, ἐπειδαν φυσει κοινωνησῃ παθητικῃ &c. Tanti momenti videbatur ista, vel sedulitate molesta, explicare, vt ius fas haberetur, homines cetera iustos et pios contumelia et iniuriis

afficere, nisi istam sedulam disciplinam omnino exoscularentur. Iam tamen, cum imperatorum mandata vrgerent, ipse *Cyrillus* negat, operae pretium esse repetere dissensionis caussas; pacem praeferendam, in epistola ad *Iohannem*, antioch.; ὁτι περιττη παντελως και ουκ ευαφορμος ἡ των εκκλησιων διχοστασια γεγονε, iam satis certo scimus, cum attulit Paulus tuam istam confessionem. - δυο φυσεων ἑνωσις (*Nestorius* συναφειαν maluit dicere, quid tandem sceleris aut flagitii?) γεγονε, διο ἑνα Χριστον, ἑνα ὑιον, ἑνα κυριον dicimus, (sic et *Nestorius* dicebat.) - τας δε περι του κυριου φωνας, in Euangelistis et Apostolorum scriptis, scimus Theologos *alias quidem* κοινοποιουντας, ὡς ὑφ' ἑνος προσωπου, τας δε διαιρουντας, ὡς επι δυο φυσεων, pag. 1704. - *Athanasii* epistolam ad *Epictetum* quidam deprauatam ediderunt. Tandem pag. 1715. Lex AA: graeca et latina perlata: - - vt *Nestorii* sequaces *Simonianorum* nomine appellentur - ne quis libros *Nestorii* habeat aut legat - bonorum amissione - aliter multandus. Exstat in cod. *Theodos.* lib. 16. tit. V. n. 66. In Edicto Praefectorum illiberalis illa formula legitur: τι ψυχης και τιμης προτιμοτερον &c. Nempe ad animae salutem facit, *Nestorii* sententiam anathematizare, et aliam descriptionem sermonibus aliquem, ad populum, celebrare; et populi plausum exspectare aut adiuuare; quibus *Cyrillum* aliis antecedere videmus! Tales tandem formulae abiiciendae sunt. Addimus, plura petenda esse ex *Mario Mercatore*, quem *Garnerius* edidit, 1673. Parisiis; ex *Liberati breuiario*; *Facundo*, Hermianensi. *Lupi* scholiis ad concil. *Ephesinum*; Nat. *Alexander* autem *dogmatica* congessit, vix vlli rei vtilia. *Saligius*, de *Eutychianismo*, ante *Eutychem*.

Etsi inter graecos multos episcopos presbyterosque iam illa sententia satis valebat, quae in *Nestorio* culpam inueniebat, ne summa turpitudo in *Ephesinum* concilium caderet: non defuerunt tamen aliorum contraria iudicia. *Edessenae* certe scholae eius temporis magistri persistebant in

amore

amore *Nestorii*, *Diodori*, *Theodori*, licet edessenus ep. *Rabbula*, nestorianos omnes longe iam vehementius odisset et vexaret, quam antea *Cyrillum*. *Ibas*, presbyter et ep. edessenus, epistola illa ad *Marin*, Persam, luculenter contra *Cyrillum* scripsit, et, ob capitula XII, et ob praeceps contra *Nestorium* iudicium, et contra tyrannum, (Rabulam); de communione tandem *Iohannis* ant. et *Cyrilli* narrat: *Aegyptium* cessisse. (Hic Actor. XX, 28 excitat, *dominus*, qui curam ecclesiae gerit, quam *suo sanguine* redemit; *Cyrilliani* autem ibi θεȣ exhibent). *Theodori* etiam graecos libros Syriace transtulit, aliis vsus adiutoribus; itaque solemni tandem cultu *nestoriani* memoriam trium sanctorum celebrant, feria sexta post dominicam quartam Epiph. *Barsumas*, per Rabulam eiectus, nisib. episc. ab 435. multum contulit, ad fauorem caussae; regis persarum *Pherozis* auctoritate tandem vsus; si vera sunt, quae ab *Assemanio* recitantur, parum fidos ciues esse persuasit, qui teneant fidem graecorum seu Romanorum; conciliis etiam in suam rem non defuit. Ex *nisibena* schola, cuius auctor *Barsumas*, fuit Nestorianismus late propagatus. Inde fere continua odia et improba studia *Romanorum* seu Graecorum in Chaldaeos et *Persas*; *Zenonis* imper. iussu, *Cyrus* post *Ibam*, Edessae ep. scholam *Persarum* euertit, 489. Tandem post *Acacium*, aepisc. *Seleuciae*, qui 496. obiit satis orthodoxus, *Babaeus*, (hic vxorem et filios habuit,) istam fidem fere exstinxit, confirmato *Nestorianismo*, in *Synodo* a. 499. quae apud Nestorianos adhuc exstat; lege lata, vt omnes *Catholici* (primates,) vxores ducerent, et Clerici, mortua vxore, aliam ducerent. Ista ex *Assemani* bibliotheca orientali tom. IV. excerpsimus; breuibus adhuc annotamus, haberi apud *Syros* alios *anathematismos Nestorii* in *Cyrillum*, quam apud Graecos leguntur, *Assemanii* tom. 3. parte 2. p. 199 seqq. De omni caussa, etsi imperitiores fere soleant vulgatae opinioni adhaerere, et haeresin *Nestorianam* sibi fingere, non desunt tamen graues viri et probi, inde a *Luthero* ipso, qui *Cyrillo*

longe magis, quam *Nestorio*, irati sunt. Θεοτοκον enim, licet subinde quidam dixerint superiores auctores, cur tandem quasi publica lege lata volunt et iubent ab omnibus Christianis dici? Ceterum *Nestorius* hac in caussa peccauit minus; vtilitatis autem et boni fructus nec ad religionem christianam, nec ad rem publicam aliquid ex hac controversia redundauit; impedimenti vero et tantum non ludibrii turpitudinisque non parum prouenit. Quis enim vmquam Apostolus praecepit, Mariam Θεοτοκον dicendam a nobis esse? Si mysterium est, cur audent definire descriptionis ipsum modum? Eum aut omnes ignorant, quia Apostoli non descripserunt: aut omnes de eo liberali mentis pietate requirunt, ὀ κατακυριευοντες των ἀλλων. Ad populum autem parum promota est vera religio istis in Mariam studiis.

IV. De Eutychianismo.

Quam parum diuinae originis salubritatisque hoc in genere quaestionum insit, rei parum prosperi successus facile probauerint. Non composita fuerat ista quaestio; Imperatorum mandato vix species pacis externae locum habuit, de animorum pia et liberali consensione nemo vmquam sibi persuaserit. Noua iam atque superiori haud paulo infaustior controuersia orta est, cum nondum vigenti effluxissent anni. *Constantinopoli* et haec fabula primum agi coepit, haud scio an non similiter *alexandrinis* studiis; vt *Nestoriani* erroris quasi magnitudo eo melius pateat. *Theodosii* in *Nestorianos* odium facile patet, ex ista lege anni 435, qua *Simonianorum* postea nomine iubentur venire; nempe *Aegyptiaca* pecunia aulae proceres corrupit, vt rem maximi momenti videretur *Cyrillus* peregisse. Itaque et *Eusebius* doryl. de *Eutyche*, act. 7. constantinopoli: ego pauper sum, *ille diues*, minatur mihi *Oasin*, (sicut Nestorio.) Quid autem clarius isto alio rescripto *Theodosii*, tom. 1. *Harduini*, p. 1720, quo, *Porphyrii* libri igni adiudicantur; *Nestoriani*, si clerici

sint,

ſint, eiiciuntur eccleſiis; ſi laici, anathematizantur; atque omnia ſcripta, quae non conueniunt — cum *Cyrilli* ſcriptis, comburi iubentur; *Irenaeus* tandem, poſt ſecundas nuptias, Tyriorum nunc epiſcopus ordinatus, deiicitur. Edictum Praefectorum prae ſe fert annum *Diocletianeum* 164, Chriſti 448. Idem hic *Irenaeus* in Epheſina ληςρικη depoſitus fuit, de qua *Euagrius* clare ſcribit, lib. I, X, τεχνασαντος Χρυσαφιε, *Dioſcorum*, alex. praeſidem datum fuiſſe. Sic et in *Leonis* ep. ad *Iulianum* tom. 2. Harduini p. 12. exſtat: *Eutychem* Neſtorianae haereſeos nomine lacerare alios; in ληςρικη *Iulianus* p. 230. chalced. dicit, Eutychem *Neſtorii* impietatibus ſe oppoſuiſſe; ſic et p. 231. In epiſtola *Eudoxiae* p. 38. ad *Theodoſium*, *Flauianus* propter inimicitias *Alexandrini* ep. dicitur expulſus; hic illud non eſt improbabile, quod *Arabes* produnt: *Dioſcorum* offenſum, quod *Flauianus*, ipſo non rogato, *Eutychen* deiecerit. In epiſtola *Theodoſii* ad *Dioſcorum*, qua Synodus indicebatur, *Theodoretus* iubetur abeſſe a Synodo, niſi vniuerſae ſynodo placeat, eum arceſſere; et pag. 80. imperator ad *Dioſcorum*: *Theodoretum*, quia contraria ſtatuit iis, quae *Cyrillus* perſcripſit, noluimus Synodo intereſſe. Eo ingreſſo (Chalcedone) clamant *Aegyptii*, *Illyriciani* et *Palaeſtini*: ἐλεησατε, πιςις ἀπολλυται, magiſtrum *Neſtorii* foras. Ceteri clamarunt: Manichaeos inimicos Flauiani foras! Dioſcorus: cur Cyrillus eiicitur? Orientales et ceteri clamarunt: *Dioſcorum*, homicidam, foras. Aegyptii: multos annos *Auguſtae*, (nempe per *Chryſaphii*, cubicularii, fauorem Dioſcorus adiutus fuit.) Orientales: Homicidas foras! Aegyptii: Auguſta Neſtorium eiecit; *Theodoretum* non ſuſcipimus. Aſſidenti acclamarunt orientales: dignus, dignus. Aegyptii: non eſt Epiſcopus; impugnatorem dei, Iudaeum, foras! — Sed piget iſtam barbariem calamo repetere, quae crudis vociferationibus ſpectatur. Ex compoſito omnia acta fuiſſe, vel *Theodoſii* ſacra ad *Dioſcorum*, vt *Barſumam*, (alium ab

ab isto Nestoriano,) nomine omnium orientalium archimandritarum adsumat, et ad *Iuuenalem*, Hierosol. p. 75. (inter acta concil. chalcedonensis ista cuncta habentur, quae illud praecesserunt.) Fingebatur enim, ceteros archimandritas per orientem similiter in certamine aduersus Nestorianos versari. Itaque dubitare non licet, esse sedulo compositam fabulam, quam *Eutyches* in *alexandrinae* sedis honorem egit; *Cyrillus* enim non raro eum in modum scripserat, vnam esse naturam incarnatam; *Flauiano* autem cur minus faueret *Chrysaphius*, qui muneribus placare aut redimere hominem impotentem nolebat, caussa non deerat.

Etsi autem subobscura est *Eutychis* Aegyptiorumque sententia, non desunt tamen clariora quaedam documenta; e. c. in *chalced.* concilio, cum diceret *Basilius* ep. adoro dominum, deum verbum, post incarnationem in duabus *φυσεσι γνωριζομενον*, clamant *Aegyptii*, *τον αμεριστον ουδεις χωριζετω.* *Basilius:* anathema *διαιρουντι τας φυσεις μετα την ἑνωσιν*, sed et anathema *τῳ μη γνωριζοντι το ἰδιαζον των φυσεων.* *Aegyptii:* *ὡς ἐγεννηθη, ουτως ἐπαθε* — *τον ἑνα Κυριον δυο ουδεις λεγει.* Hic facile patet, Aegyptios *physicae* vnioni nimium deditos fuisse; *Basilius:* post vnionem est in duabus *φυσεσι*, altera *προαιωνιος*, alteram ex Matre *ἡνωσεν ἑαυτῳ καθ' ὑποστασιν*, atque sic filius dei dicitur filius hominis. Hic aliquis in medium prorupit, hac voce ecclesiam turbatam; aegyptii et Monachi clamarunt: qui dicit 2. naturas, eum in duo diuidite; nestorianus est. *Eutyches* Constantinopoli: ante adunationem, *ἑνωσιν*, *ἐκ δυο φυσεων*, sed post eam, *μια φυσις*; monuit Eusebius, addendum esse, *σεσαρκωμενην*, *ἐνανθρωπησασαν*, vt *Cyrillus* solebat; sic certe recitatur in concil. *chalced.* actione I. p. 127, *ου δει νοειν* (hoc verbum anceps est,) *δυο φυσεις, ἀλλα μιαν του λογου σεσαρκωμενην.* Constantinopoli *Eusebius:* ex duabus naturis confitemur Christum esse post *ἐνανθρωπησιν*, *ἐν μιᾳ ὑποστασει και ἑνι προσωπῳ*, vnum Christum, vnum filium.

filium. (Non dixit ἐν μια φυσει ἐιναι τον λογον, quae fuit Aegyptiorum ſententia.) *Dioſcorus* in Chalcedon: ideo damnatus eſt *Flauianus*, quia poſt ενωσιν dixit duas φυσεις, ego vero habeo teſtimonia *Athanaſii*, *Gregorii*, *Cyrilli*, in multis locis, quod non oportet dicere poſt ἑνωσιν duas naturas, ſed vnam λογȣ σεσαρκωμενην. (Nempe λογος dicitur σαρξ ἐγενετο, λογȣ igitur vna φυσις σεσαρκωμενη eſt ipſa λογȣ φυσις carne induta, *vna* omnino fuit incarnata, ſeu carnem induit. Res redit ad nomen φυσις, de quo et poſtea ſuo loco quaedam recitabimus. *Aegyptii* ἐνεργειαν et *vim agendi* vnam deriuarunt a λογω, carni ſeu humanitati non tribuerunt continuatam et propriam ἐνεργειαν, quod fecit tamen *Neſtorius*, hi autem putabant ἑνωσει iſtam vnam ſuperaſſe.) Atque hic nón ſine veri ſpecie *Dioſcorus* p. 131. dicit, *ego cum patribus eiicior*. Mirum non eſt, alio tempore alios homines alio modo haec informaſſe; ſed inde patet, locum non habere abſolutam aliquam talium quaeſtionum definitionem, quae ingeniis cunctis ſimiliter conueniat. Pag. 135. Conſtantinopoli: confiteor δυο γεννησεις, ἐκ θειας και ἐκ σαρκος, ἑνα και τον ἀυτον υἱον, δυο γεννησεις ἐν ἑνι προσωπω. (Hic *generatio*, vnum nomen, diuerſiſſimis rebus aptatur.) Pag. 138. ibidem: patres Nicaeni non a ſemet ipſis locuti ſunt, *ſed quod Spiritus S. dictauit*; etiam *Cyrillus ex Spiritu S.* locutus eſt; (iſta formula ſaepius redit; parum recte; aliter diſcrimen ipſius SS. et horum ſcriptorum nullum.) *Euſtathius* chalcedone: *hominem* non adſumſit, ſed homo factus eſt, carnem autem adſumſit, (nempe, negat propriam hominis ἐνεργειαν, intelligendi, volendi). *Eutyches* p. 142. excuſat ſe morbo, qui ipſum lecto adfixum non ſinat concilio Flauiani intereſſe; *Euſebium* doryl. iam dudum inimicum ſuum λοιδοριας και ὑβρεως χαριν hanc accuſationem inſtituere; ſubſcribere ſe concilio Nicaeno et Epheſino, et interpretationibus eorum; ſi vero contigerit παρ ἀυτων ἐν τισι λεξεσιν ἡ διασφαλθεν ἡ διαπλανηθεν, τȣτο μηδε διαβαλ-

λειν μηδε καταδεχεσθαι, μονας δε τας γραφας ἐρευναν, ὡς βεβαιωτερας ἐσας της των πατερων ἐκθεσεως. — *ἐκ δυο φυσεων ἑνωθεισων καθ' ὑπςασιν* (*Cyrillus* dixerat *φυσιν*, adeo haec hic eadem; sic p. 306. *Cyrillus*: *ἐν δε τῃ φυσει* (singularis) *λογε και της ἀνθρωποτητος*, latine, in *persoua* verbi et humanitatis; redditum est.) *γεγεννησθαι* dominum nostrum; *θειαι γραφαι ἀμεινονες της των πατερων διδασκαλιας.* Istae formulae satis bono ingenio sunt, sed vix alio nomine prolatae, quam quia *Ephesini* concilii auctoritate non *Nestorius* solum sed et *Cyrillus* atque aegyptiaca disciplina premebatur. *Eusebium* vero *Dorylaeensem* ideo non omnino probamus, (quem monachi in Epistola ad *λῃςρικην* subinnuunt a *Flauiano* ad perficiendam *ἐπιβελην* adhibitum fuisse,) cuius Zelum contra *Eutychem* aegrotantem ipse *Flauianus* p. 150. sic describit, *και αὐτο το πυρ ψυχρον αὐτῳ φαινεται, δια τον ζηλον, τον ὑπερ της ἐυσεβειας*, rogaui eum: noli, remitte aliquid &c. Negauit etiam *Eusebius* p. 153, sufficere, si iam Eutyches consentiat, propter necessitatem; p. 155. rogat *Eutyches*: in qua scriptura iacent duae *φυσεις*: quis patrum exposuit *τον θεον λογον* habere duas naturas? Respondent: *πε κειται το ὁμοεσιον, ποια γραφη λεγει*; quemadmodum *ὁμοεσιον* non exstat in scriptura, sed a patribus expositum est, ita et de duabus naturis patres exposuerunt. Actione VII. Constantinop. exclamant, multos annos imperatori pio, *τῳ ἀρχιερει βασιλει*, vt postea pag. 490, *Pontifici* imperatori. *Eutyches*: *φυσιολογειν* deum meum et dominum non audeo; sed *ὁμοεσιον ἡμιν το σωμα το κυριε ἑως σημερον ἐκ ἐιπον*, sed Mariam, *ἐξ ἡς ἐσαρκωθη ὁ θεος ἡμων.* — *σωμα θεε* confiteor, attende; non dixi *σωμα ἀνθρωπε* (qui in sua *φυσει* exsistit,) *το τε θεε σωμα, ἀνθρωπινον* (sine subiecta *φυσει*) dico *σωμα.* — post *ἑνωσιν, μιαν φυσιν* confiteor. Episcopi: oportet te clare dicere et anathematizare omne, quod contrarium est lectis dogmatibus. *Eutyches*: quoniam dicitis, dico, et sequor patres; in

scripturis

ſcripturis autem manifeſte non inuenio, nec patres dixerunt *omnes*, (licet quidam); ego patres non anathematizo. Epiſcopi: anathema ipſi &c. ſequitur depoſitio, — per omnia repertus iam eſt aegrotare την κακοδοξιαν *Valentini* et *Apollinarii* — decreuimus lacrymantes, (mira pietas) per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum *ab eo blasphematum*, (ea mente non fuiſſe videtur *Eutyches*,) eiicere eum ex communione; cum eo ſi qui colloquentur, ſciant ſimiliter ſe excommunicari. *Eutyches* ſupplici libello imperatorem adiit, cui imperator ſubſcripſit; et magnus *Silentiarius* dixit, p. 211, ante ſynodum iam damnationem *Eutychis* ipſi oſtenſam fuiſſe.

Itaque *Epheſi*, ſub *Dioſcoro* alexandrino, *Eutychis* cauſa rurſus acta; ibi, ſi vera ſunt iſta hiſtoriae documenta, in *chalcedon.* concilio ſeruata, per vim apertam cuncta gerebantur. Irruebant (p. 214.) in eccleſiam milites cum armis, inſtabant monachi cum Barſuma, et *parabolani* et multitudo alia magna. — Ingreſſi comites, introduxerunt proconſulem, *cum catenis;* ſic territi epiſcopi, ſubſcripſerunt damnationi *Flauiani* et reſtitutus fuit *Eutyches*. Itaque mutauit ſententiam, quam Conſtantinopoli dixerat, *Seleucus*, p. 215, anathematizans eos, qui in δυο φυσεις, ἢ δυο ὑποστασεις, ἢ δυο προσωπα poſt incarnationem diuidunt dominum, (Conſtantinopolitani quidem 2. φυσεις ſed numquam 2. ὑποστασεις dixerunt; Aegyptii igitur aliter nomine vſi;). In *ſecunda* Actione *Chalced.* exſtat celeberrima illa *Leonis* ad *Flauianum* epiſtola. — Aſſumſit formam ſerui, ſine ſorde peccati; quia *exinanitio* illa, qua ſe inuiſibilis viſibilem praebuit, et creator vnus voluit eſſe mortalium, inclinatio fuit miſerationis. Nam quia gloriabatur diabolus — deum quoque, exigente *iuſtitiae ratione*, erga hominem propriam mutaſſe ſententiam: opus fuit ſecreti diſpenſatione conſilii, vt deus, cuius voluntas non poteſt ſua benignitate priuari, primam erga nos pietatis ſuae diſpoſitionem ſacramento occultiore compleret, et homo

diabolicae iniquitatis versutia actus in culpam, contra dei propositum, non periret. — Descendit igitur de *throno caelesti*, a paterna gloria non recedens — *impassibilis* deus (contra Aegyptii loquebantur,) homo passibilis esse dignatus est. — Sicut deus (hic filius dei,) non mutatur *miseratione*, (quae homini huic competit,) ita homo non consumitur dignitate (λογȣ, filii,) Agit enim vtraque forma cum alterius communione, quod proprium est; verbo operante, quod verbi est, (miracula) et carne exsequente, quod carnis est, (iniuriis succumbens;). — Cum ad baptisma veniret, ne lateret, quod sub carnis velamine diuinitas tegeretur, vox patris de caelo dixit — quem, sicut hominem, (ignorauit enim diabolus deum subesse,) diabolica tentat astutia, eidem sicut deo angelica famulantur officia. — Sicut non eiusdem naturae est, flere amicum mortuum, miserationis affectu, et eumdem excitare rediuiuum; aut clauis confixum esse et paradisi portas latroni aperire: ita non est eiusdem naturae dicere, *ego, et pater vnum sumus;* et dicere *pater maior me est.* Propter hanc *vnitatem personae* in vtraque natura intelligendam, et filius hominis legitur descendisse de caelo, cum filius dei carnem assumserit. Pag. 298. excitat 1 Ioh. 5, a versu 4-8, omisso autem *septimo.* Inter testimonia huic epistolae adiecta, p. 306. *Augustinus:* nostrum est *credere*, illius scire; assumtus homo cum totum *susceperit* quod est dei, non est *aliud quid* nisi *quod* deus; non tamen quia incarnatus esse dicitur et *mixtus*, imminutam fuisse substantiam eius putandum est. Nouit *miscere se* ipsum *deus* sine sui corruptione — quemadmodum nouit, seipsum totum *infudit*, vt nihil ipsi imminutionis accederet — Actio *tertia* chalced. citatio *Dioscori.* Eum narrant p. 316. de se ipso sic dixisse: κατα της ἐμȣ θεοσεβειας libellos dederunt. In libello *Theodori*, diac. alexandr. p. 324. dicitur: *Dioscorus* ἀει τα Ὠριγενȣς φρονων, blasphemiis in sanctam trinitatem non pepercit; libellus *Ischyrionis* diac. p. 326, similia exprobrat, et

quod

quod frumentum caro vendiderit, quod Imperatores ecclesiis Libyae, ob ariditatem, donant, *προς το την ἀναιμακτον θυσιαν ἐπιτελειθαι*. Cum *Peristeria ὑπερ της ἑαυτης ψυχης*, *animae suae caussa*, testamento auri vim monasteriis tribui iusserit: ille *ἀντι ἐλεημοσυνης* scortis et theatricis distribuit, *ὡςε μηδε την ἐυωδιαν, την ἀπο της θυσιας της λαμπρας την μνημην Περιςεριας ἀνενεχθηναι προς τον θεον.* Libellus *Athanasii* presbyteri alex. p. 332. multo plura in *Dioscorum* atrocia continet, quod multam pecuniam exegerit, praecipue a *Cyrilli* sororibus 85. pondo auri; *Sophronius* p. 335. narrat: *Dioscorum*, *των θειων λαυρατων*, (sacra *laureata* cum in ciuitatem Alex. introiissent,) *ἐπ' ἐυτυχια οἰκεμενης εἰσερχομενων*, pecunias sparsit, vt ea depelleret; ipse enim aegyptiacae dioecesi imperare volebat. Iam Depositio *Dioscori*; *Actio quarta*; recipitur *Leonis* Epistola; Aegyptii autem eam non receperunt, nec anathematizarunt *Eutychem*, caussati, ex nicaeno iure se Archiepiscopi suae dioeceseos sententiam sequi; noui igitur Aepiscopi a sententia se pendere. Ex libello *Archimandritarum* p. 423 seqq. scimus, eos ab imperatore praesidium aduersus episcopus petiisse, qui et respondit, non opus esse, vt ante in Synodo appareant, quam ipse intersit; nec aliud agendum, quam confirmandam fidem *Nicaenam*; p. 430. alio libello Faustus et presbyteri rogant *Marcianum*, vt eiiciantur monachi *de spelunca*, vbi *οἱ θηριωδεις* habitant, et quotidie Christum blasphemant; *Dorotheus*, ex istorum monachorum numero archimandrita, rogatus, vtrum dicat corpus Saluatoris esse nobis *ὁμοεσιον*, respondet: in nomine patris, filii et Spirit. S. baptizati sumus, confitentes Christum, qui incarnatus est de Maria. — Hunc *ἐκ της τριαδος ἐιναι λεγομεν* — confitemur, *τον παθοντα ἐκ της τριαδος ἐιναι* — *εἰς το βαπτισμα πιςευω*, epistolae autem non subscribo. — Actio *quinta*; clamores multi, vt definitioni Synodi subscribatur; aliter *Synodus* inter *occidentales* habenda, p. 450. Post symbolum Nicen. et Constan-

tino-

tinopol. p. 454. confirmatur tradita a patribus CL. doctrina de ὄσια Spiritus S. item *Cyrilli* epistolae ad *Nestorium* et orientales, atque *Leonis* — statuunt, vnum eumdemque Christum, filium, dominum, in duabus naturis ἀσυγχυτως, ἀτρεπτως, ἀδιαιρετως, ἀχωριστως γνωριζομενον, της των φυσεων διαφορας minime ἀνῃρημενης δια την ἑνωσιν, vtraque natura concurrente εἰς ἑν προσωπον και μιαν ὑποστασιν — qui aliam fidem componere audent, si clerici, gradu deiiciuntur; si monachi aut laici, anathematizantur. Pag. 490, *Chalcedon* honoris causa *metropoleos* priuilegia habebit, salua tamen *Nicomediae* dignitate. Actio *octaua*; *Theodoretus* cogitur anathematizare publice *Nestorium* et amantes eum; cum nollet, clamant, foras haereticum; igitur dixit; iam omnes clamant, dignus est sua sede. Actio *nona*, *Ibas* episcopus edessenus, recipitur; actione X, aliae caussae, quae *Ibam* attingunt; dicit se per *Eutychen* in infamiam adductum, per carceres viginti et plures; pars concilii *berytensis*, et *Antiochenae* recitata; in libello quatuor presbyterorum *Edessenorum*, (quos anno 448. excommunicarat; hi autem eum apud *Domnum* accusauerunt; Synodum tamen vitantes Constantinopolin adierunt) satis atrocia contra *Ibam* continentur p. 518. auri copiam, captiuis redimendis destinatam eius frater retinuit; calicem etiam gemmatum; de ordinationibus accipit; vinum ad sacrificium altaris *populo distribuendum*, aut nullum datum, aut paucum, aut ita prauum et lutosum, —— quibus sanctum corpus fuerat distributum - - innuebat vt intrarent, ὡς του αἱματος μη εὑρισκομενου, cum illi interea haberent et biberent vinum admirabile; monuimus episcopum, sed contemsit. — *Daniel*, Ibae fratris filius, episcopus amicam habuit, *Challoam*, quae multum argenti corrasit ex ecclesiastico; ad huius amicae praedia ligna ablata, quae in *sylua* ecclesiae edessenae caedebantur. Dixit aliquando, ού φθονω Χριστω γενομενω θεω, ἐφ᾽ ὁσον γαρ αὐτος ἐγενετο, Κἀγω ἐγενομην, p. 522; (nempe κατα προκοπην θεος ἐξ ἀνθρωπου.)

πϐ,) ista tamen reiecta aut composita fuerunt, quasi non satis probata. *Maximus*, qui in ληϛρικη Ephesi episcopus Antioch. constitutus est, a *Leone* in communionem acceptus, manet episcopus, cetera eius synodi omnia non valent. Certi autem sumtus *Domno*, qui fuerat episc. statuuntur, p. 543. (mansit tamen et *Anatolius*, constantinop. ep. ex *Dioscori* diacono et apocrisiario factus, in locum *Flauiani*, qui frustra ad apostolicam sedem et *ad omnes episcopos* illarum partium libellum miserat); *Actio* XI. caussa *Bassiani* et *Stephani*, epp. Ephesi, p. 546; ille querebatur, sibi vi detractum pallium episcopale, *Stephanum* autem suffectum; hic autem, *Bassianum* cum gladiis et arenariis olim intrusum dixit, nec a *Leone*, *Flauiano* agnitum, tamen a *Proclo* Alexandrino, et Antiocheno, *Bassianus* agnitus fuerat; tandem *Actione* XII. vterque repudiatur; retinent tamen nomen episcopi et certos reditus, p. 556. *Cassianus*, presbyter, questus est, p. 557. *Stephanus* hic et alius dederunt mihi euangelium, et coniurauerunt me, μη προδϐναι αυτον – – istum incluserunt, me autem δια λακτισματον ἐπισινη ἐποιησαν – semimortuum in domum meam portarunt, et phlebetomarunt me —; Act. XIII, caussa episcopi *Nicomediensis*, qui contra *nicaenum* queritur, quod in *Bithynia*, ecclesiam *Basilinopolin* sibi vindicet. Actio XIV. *Sabinianus* ep. queritur, se a *Dioscoro* Perrhenorum ecclesia eiectum, introducto *Athanasio*, quem Antiochena synodus sub *Domno* eiecerat, quia a Metropolitano suo Hierapolitano ter citatus non comparuerat; et ipse libellum repudii dederat. Actio XV, canones XXVII continet; c. 2, si quis ep. per pecunias fecerit ordinationem, et *gratiam*, την απρατον χαριν, sub pretium redegerit; (notemus *gratiam* dici ordinationes; hoc videtur ad *Pelagianam* caussam non facere nihil;) c. 3. ne clerici ob turpia lucra conductores fiant, per domos discurrant et auaritia, ϐσιων χειρισμϐς ἀναδεχομενοι. c. 4. ne sine episcopi venia monachi monasteria et oratoria aedificent; vt sint episcopo subiecti. c. 6. ne ἀπολυτως ordinetur quisquam; c. 8,

cleric

clerici in *πτωχειοις* et monasteriis episcopo subiecti sint. c. 9. ne clericus ad saecularia iudicia recurrat, neglecto episcopo. c. 11, pauperibus dentur *pacificae*; honoratioribus, *συςατικαι*. 12. ne prouincia per impetrationem *πραγματικων βασιλικων* inter duos *metropolitanos* porro diuidatur. 14, cum in quibusdam *ἐπαρχιαις lectoribus* et *psalmistis* concedatur *γαμειν*, non licet eos *ἑτεροδοξον γυναικα λαβειν*. 15, diaconissa, non ante annos XL ordinetur, *χειροτονεισθαι*: si tamen postea nupserit, *ὑβρισασα την τȣ θεȣ χαριν* (*gratiam* hanc obseruabimus,) anathema sit cum coniuge suo. 16, similiter de virgine et monachis; si nuptiis iungantur, anathema; episcopus tamen potest facere in eis humanitatem. 17. *τας κατ' ἑκαςην ἐκκλησιαν ἀγροικικας παροικιας, ἠ ἐγχωριȣς μενειν ἀπαρασαλευτως παρα τοις ἐπισκοποις*, maxime si iam 30 *annos teneant*; si qua ciuitas per auctoritatem imperialem renouetur, sequatur ciuiles ordinationes etiam ecclesiastica. 18, ne clerici aut monachi coniurationes ineant contra episcopum. 19, vt bis per annum episcopi sub metropolitano conueniant. 22, non licere clericis post mortem episcopi *διαρπαζειν τα διαφεροντα αὐτῳ πραγματα*. 23. *Εκδικος*, defensor constantinop. ecclesiae eos clericos aut monachos, qui in vrbe fuerint sine caussa, moneat; si nolint, eiiciat vrbe, vt domum redeant. 24, Monasteria maneant; non fiant ex iis secularia habitacula. 26, omnes ecclesiae, quae episcopum habent, habeant etiam oeconomum. 29, de priuilegiis Constantinopoleos; vt secundum post Romam teneat locum; metropolitani *Ponticae*, *Asianae*, *Thracicae* dioec. et episcopi harum dioecesium, qui sunt inter barbaros, Constantinopoli ordinentur. Sed *romani* legati non consenserunt huic canoni. *Arabica* paraphrasis canonum hic ibi est haud parum luculentior. *Tertia pars* continet alia ad concilium spectantia, p. 645. seq. Inter testimonia patrum p. 653. *Flauianus* Antioch. *ἀνθρωπινη φυσις συναπτεται* (verbum *Nestorii*) *θεοτητι, μενȣσης ἐφ' ἑαυτης ἑκατερας*. *Chrysostomus*: *τῃ ἑνωσει και τῃ συναφειᾳ ἐν*

(melius

(melius εἱς alii) ἐϛιν ὁ θεος λογος και ἡ σαρξ. Idem p. 654. ſicut pugnantium duorum vtrasque manus extendens ἑκατερωθεν λαβων συναψειεν, ſic et Chriſtus fecit, την παλαιαν τῃ καινῃ συναπτων, θειαν φυσιν τῃ ανθρωπινῃ. In relatione Synodi ad *Leonem*, p. 658. S. *Euphemia* tamquam propriam confeſſionem, fidei definitionem ſuſcipiens, δεξαμενη τον ὁρον a nobis ſuo ſponſo per Imperatorem et Auguſtam obtulit. Haud ſcio an huc pertineat fabula, (apud *Glycam*, *Zonaram* etc.) *Anatolium*, cum diſſidia non ceſſarent etiam poſt concilium, cum Eutychianis in eo conueniſſe, vt vtramque ſententiam in vrna *Euphemiae* ponerent, exſpectaturi eius auctoritatem; repertam inde fuiſſe *in manu Euphemiae* chalcedonenſem ſententiam, *Eutychianam* vero ſub pedibus eius etc. Pag. 661 ſeq. edictum imperatorum, ne diſputationes amplius inſtituantur de fide, aut tumultus excitetur; quia vnus et alter tanta ſecreta, (τοσȣτον μυϛηριον graece dicitur,) non potuerit ſcire; tot autem numero ſacerdotes poſt multas preces, niſi dei auctoritate, καθαπερ πιϛευτεον εϛι, peruenire ad veritatis indaginem minime potuerint. (Sed parum profectum eſt his legibus et ominibus, vt continuis potius turbis iſta controuerſia agitata fuerit.) Auguſtorum epiſtola ad alex. monachos: *Eutyches* Apollinarii doctrinas fouebat — et alii quidam, libros Apollinaris plebi diſperſerunt, nomina ſanctorum patrum eis attitulantes; p. 666, epiſtola Imperatoris contra *Theodoſium*, monophyſitam, qui in palaeſtina turbas ingentes excitauit; (et p. 681 antichriſti praecurſor, cauſatus ſynodum nicaenam conuelli) alia, contra Monachos *Aeliae* - - qui relictis monaſteriis ea auſi eſtis, quae vltimo ſupplicio digna ſunt — huius cauſſae λεπτοτητα vos aſſequi non poteſtis — coegiſtis alios, gladiis, tormentis, vobis conſentire, Synodum anathematizare et *Leonem*; p. 677 confirmatio Synodi, contra *Eutychianos* monachos; teſtamentorum facultas et ius adimitur, nullum cleri gradum habeant; loca eorum confiscantur. Sequitur p. 690 codex *encyclicus* Epiſtolarum, pro defenſione concilii Chalcedo-

cedo-

cedonensis, quibus historia, rerum post hoc concilium gestarum, illustratur. *Euagrius* autem libro 2, c. 18 Epitomen ex actis concilii dedit. Coniunximus breuiter omnem *publicam* caussam, vt concilio *Constantinopolitano*, *Ephesino*, (quod *Theodosius* tutatus est, quoad vixit,) et *Chalcedonensi* continetur; acta autem cuncta iam in Concilii *Chalced.* actis exstant. *De ingenio* atque indole conciliorum postea paucis agemus; licet facile pateat iam ex istis rebus gestis, auctoritatem et vim omnem statutorum concilii semper pependisse a *potestate externa*, siue haec iuste siue iniuste interuenerit, pro varietate consiliorum palatinorum. Pauca adhuc ex codice isto *encyclico* hic annotabimus. Epist. I. cleri alex: ad *Leonem* augustum: a *Proterio*, (qui *Dioscori* in locum successit,) et omni aegyptiaco concilio, etiam imperiali motu, 4 aut 5 episcopi in exsilium missi, cum *Timotheo*, presbytero ex paucis monachis; expectans mortem *Marciani Timotheus*, irruit cum plebis multitudine in ecclesiam, a 2 episcopis damnatis se inthronizari fecit; (sic et pag. 756.) *Proterius* ad baptisterium fugit, in quo loco et barbaris timor fuit, etiam nescientibus *gratiam* (nomen hoc notamus) emanantem. Sed et hic occiderunt *Proterium* crudeliter cum aliis sex, et corpus membratim disruptum per ciuitatem *depompatum*, (hoc nomine vtitur translatio Epistolae XXXI. p. 750.) tandem igni tradunt; quem antea mediatorem dei et hominum putauerunt, (sacrificii nomine) et quidem, tempore paschae, ep. 3, p. 693; quo etiam daemones passione territi conquiescunt. Imperator ad omnium prouinciarum episcopos (concilia igitur per prouincias e. g. *Ancyrae* p. 762.) misit, rogans sententias, quid de concilio *Chalcedonensi* et *Timotheo* statuant? Ita clare p. 717. sancire dignati estis per vniuersos prouinciarum episcopos, vt manifestum fiat, quam voluntatem habemus de glorioso concilio *Chalcedonensi*. Plerique omnes *retineri* volunt Chalcedonense; pauci, e. g. p. 699. relinquunt in medio, vtrum *alio iam concilio* opus sit. (sic et p. 736 episcopus *Rhodi*). Episcopi *Europae*

p. 706:

p. 706: *Proterium* in ordine martyrum ponimus, et eius *interceſſionibus miſericordem et propitium deum nobis fieri* poſtulamus, (nempe de Chriſti hac prouincia fere nemo adhuc luculenter ſatis expoſuerat) p. 719. eccleſia, quam *ſaluator* proprio ſanguine liberauit, (Actor. 20.) *Timotheani* prae ſe ferebant, ſe *Nicaenum* retinere, cui per alia et chalced. fuerit detractum, p. 726. 727. grauiter addunt Epiſcopi *Piſidiae:* Turpe ſatis et nimis indignum eſt, vt diuulgetur, nunc generali concilio opus eſſe; — vt inſignis pompa concilii occaſio multis contemtus ſacrae fidei et detractionis exſiſtit; frequentiâ vero (conciliorum) indiſcrete loquentium paganorum, aut infidelium, et praecipue haereticorum, plurimi ſimplicium trahuntur ad lapſum — cur hoc capitulum eligunt, qui hactenus, quod ſapiunt, tam neſciunt, *vt pro ſua fide frequenter egeant conuenire?* Epiſcopi *Armeniae* ſecundae ſatis craſſe p. 745. *In carne* (is qui ſemper eſt) *apparuit*, (1 Tim. 3, 16. tangunt;) — ſanguine et carne participatus proxime nobis, vniens et compaginans *in vnum* diuinae naturae, peccatricem noſtram naturam. Caro enim et oſſa deum oſtenderunt; et *deus* in carne et oſſibus manifeſtatus eſt; (hic 1 Tim. 3, 16. aliter ſupplent,) vt a vitâ, mortalitas noſtra abſorpta — adoramus Chriſtum, qui et diſpenſatiue pro noſtra ſalute ſuſcepit carnem paſſionis, et diuinae nobis impaſſibilitatis (i. e. immortalitatis,) iura donauit. Pag. 750, *Proterio* nec poſt mortem *ſacrificii oblationem* fieri permiſerunt; p. 754, quantum credendum eſt, tunc paganos atque Iudaeos taliter conſpicientes, noſtra myſteria deriſiſſe! pag. 756. chalcedonenſis concilii dicuntur DCXXX. patres fuiſſe; in epiſtola autem concilii ad *Leonem* p. 656, ſi Chriſtus vult eſſe cum 2. et 3. congregatis in nomine eius, quanto magis cum πεντακοσιοις εἰκοσι DXX. P. 764. in epiſtola veteris *Epiri:* pater et filius et Spir. S. in aeterna trinitate eſt; vnius principatus virtus, qui eſt ſuper omnia benedictus, in ſecula deus. (*Rom.* 9. eſt in margine.) Epiſtola *Varadati*, ſeu Baradati,

pag. 769. missus a patre, vt renouaret omnem carnem in carne sua et resurgere nos faciat a morte in carne sua, et omnia in eo nobis ostendit. Nam et protoplastus ab eius patre factus est, et propterea, postquam periit, in filii vita quaesitus — misit deus Spiritum sanctum suum *ad* Mariam, *in corpore*, quod ille, diabolus, deceperat, in quo etiam seducebat inimicus; vt per eum deuinceretur. *Corpus* enim domini nostri omnem carnem viuificauit. – Longa allegoria ex Isaiae 6, cur angelus per ferrum carbonem de altari tulit – ita et Iohannes in similitudinem artificis (fabri ferramentarii) tenuit baptizando in aqua dominum, ad similitudinem ignis; et tunc *datum* est sanctis sacerdotibus dei *tenere corpus sanctum* filii dei (in sacra coena,) et non vruntur communicantes hominibus cibum aeternum. — Dicunt sufficere concil. nicaenum, et nolunt consentire chalcedonensi; exprobret eis diuinitas vestra per sapientiam Apostolorum; qui, dum congregati essent in Ierusalem, praeter Paulum, *omnes simul librum actuum* conscripserunt, propter fidem domini nostri, et permanet in ecclesiis, quod conscripserunt. Et *post multos annos* venerunt ex iis in magnam *Antiochiam*, et venit simul beatus Paulus ad eos, et *arguit* beatum Petrum coram omni ecclesia, Galat. 2. cet. Tandem illud non videtur negligendum ex Epistola ad Archimandritas *Aeliae* pag. 670. 671. Vos intelligere non potestis λεπτοτητα huius caussae; nos sequimur patrum doctrinas. Την φυσιν νοȣμεν αληθειαν – καθως και ὁ αγιωτατος παυλος, την φυσιν αληθειαν νοων, in epistola ad Galatas docet, tunc deum ignorantes εδȣλευσατε τοις φυσει μη ȣσι θεοις. Ex his clarum est, ὁτι φυσις αληθεια est (exsistens aliquid.)

In *Tabula* subiecta notabimus potiora *nomina*, quae porro per hoc seculum siue hanc siue istam partem nobilitasse videntur. Breuiter hic addimus, non defuisse per secuta tempora, acres *Chalcedonensis* concilii aduersarios, (quos *Monophysitas* dicunt,) per *Aegyptum*, et *Syriam* prae-

praecipue; a *Coptis* per *Aethiopiam*, e Syria per *Armeniam* ſimilis doctrinae exemplum propagatum fuit. *Iacobitarum* nomine et *Copti* et *Syri* ſolent comprehendi, a *Iacobo* quodam ſeriori, *Baradaeo*, ſeu *Zanzalo*; olim et *Seueriani*, *Timotheani*; *Theodoſiani*, ab iſto turbarum per *Palaeſtinam* auctore, dicebantur. Nec inter *Monophyſitas*, vt fit, defuerunt variae ſententiae. Seueriores, *Acephali*, in Aegypto orti, *Henoticum*, Zenonis imperatoris, vanum diſſidii remedium, non admiſeruet, quia concilii *Leonisque* auctoritatem ſeruatum iret; alii, (*Xenaias* ſeu *Philoxenus*, *Mabugi* ep. *Seuerus* &c.) non reiecerunt quidem *Henoticum*, ſed a concilio abhorruerunt. *Acephali* in tres ſectas diuiſi fuerunt, (*Aſſemani* tom. 2. diſſertatio de Monophyſitis) *Anthropomorphitae*; *Barſanuphii* epiſcopi, et *Eſaiae* ep. ordinationem tutantes. De *corpore* Chriſti porro nouae ſententiae ſubortae; quae cauſſa tamen ſeculo VI. praecipue erupit. Adeo verum profeſſus eſt *Gregorius Nazianzenus*, cuius ſententiam *Melanchthon* repetiit: ἔχει μεν ὅτως, εἰ δει τ' ἀληθες γραφειν· ὥςε με παντα συλλογον, concilium omne, φευγειν των ἐπισκοπων· ὅτι μηδε μιας συνοδȣ τελος εἰδον χρηςον, μηδε λυσιν κακων μαλλον ἐσχηκειαν, ἢ προσθηκην, αἱ γαρ φιλονεικιαι και φιλαρχιαι λογȣ κρειττονες.

V. De *Priſcillianiſtis*, qui e ſuperiori ſeculo ſupererant.

Sub iſta tempora, quo *Pelagianam*, *Neſtorianam* et *Monophyſitarum* haereſin iſti Epiſcopi, qui *catholicorum* nomine vtuntur, ingentibus ſtudiis laboribusque publicis exagitant: alieni ab iſta omni ſedulitate non pauci chriſtiani religioni dabant minus publicae operam priuatam, ſuo iure ea in re vſi, ſed iſto iure non diu vſuri; adeo publica illa, religionis et priuata iura ſolebant commiſceri. Fatetur *Leo*, ep. romanus, ob bellorum tumultus leges contra *Haereticos* vim nullam habuiſſe, atque ideo haereſin

 facile

facile succreuisse, epistola 93. *Baronius* ad annum 447 de *Priscillianistis* in Hispania, *Turibii*, asturicensis episcopi diligentia, repertis, multa narrat; epistolam *Turibii* ad *Idacium* et *Ceponium* episcopos inseruit, in qua *Turibius* ista scribit: - pro vniuscuiusque studio et voluntate praua dogmata, velut quibusdam hydrinis capitibus repullulare cognosco. - Ne sanctitas vestra ignoret, quae mala, quantaeque blasphemiae *apocryphis* his libris, quos hi nostri vernaculi haeretici *ad vicem* SS. Euangeliorum legunt, continentur - illa patefaciam, quae in plurimorum fide esse cognoui, quae cum a multis *publico paene magisterio doceantur* - si aliquis catholicorum insistat, continuo inficias eunt. Quod ne vltra faciant, ex apocryphis scripturis, quas canonicis libris velut secretas et arcanas praeferunt, - et ex his, quas legunt traditionibus, dictisque auctorum suorum - alia vnde prolata sint nescio; nisi forte vbi scriptum est, (per cauillationes illas, per quas loqui SS. Apostolos mentiuntur,) aliquid interius indicatur &c. Ex *actibus*, qui S. *Thomae* dicuntur; dicit, eum non baptizare per aquam, sed per oleum solum - specialiter actus S. *Andreae*, vel illos S. *Ioannis*, quos *Leucius* conscripsit, vel S. *Thomae*, et his similia, ex quibus suam haeresin *Manichaei* et *Priscillianistae* confirmare nituntur; maxime ex blasphemissimo illo libro, qui vocatur *Memoria Apostolorum*, in quo, ad magnam peruersitatis suae auctoritatem *doctrinam domini* mentiuntur, qui totam destruit legem V. T. et omnia, quae S. *Moysi* diuinitus reuelata sunt &c. Ista ex *Ambrosii Morales* historia hispanica lib. 11, 26. descripsit *Baronius*; *Morales* autem ex regia bibliotheca monasterii S. *Laurentii* habuit; desunt autem capitula XVII. dogmatum Priscillianistarum per titulos digesta, de quibus *Turibius* loquitur. Legatum de hac caussa Romam misit *Turibius* (qui *Dictynnium* antecessorem habuit, *Priscillianistam* et ipsum episcopum; qui tamen ad catholicos se contulit. Ex *Leonis* epistola 93. liceat iam ista repetere, quae ad dogmati-

cum

cum locum pertinent. Neceſſitati cuncta tribuunt, hominem XII. ſignis attribuentes; I. de trinitate ſentiunt, vnam eſſe perſonam. II. De proceſſionibus virtutum quarumdam ex deo, quas habere coeperit; III. *Vnigenitum* ideo dici, quia ſolus natus ſit ex virgine. IV. In natali Domini ieiunant ſicut et die dominico. V. Animam hominis diuinae aſſerunt ſubſtantiae. VI. Quod diabolus numquam fuerit bonus, ſed eum ex malo et tenebris emerſiſſe, quia nullum ſui habeat auctorem, ſed omnis mali ipſe ſit principium et ſubſtantia - ſicut aduerſarii naturam in eo arguunt, in quo ſponte delinquunt. VII. Nuptias damnant - ideo coniugalem copulam deteſtantur (i. e. ſacerdotum benedictionem non quaerunt,) quia non eſt ibi libertas turpitudinis, vbi et pudor matrimonii ſeruatur et ſpes ſobolis. VIII. Plasmationem humanorum corporum diaboli eſſe, et ſemina conceptionum daemonum opera in vteris figurari. IX. Filios promiſſionis ex mulieribus quidem natos ſed ex ſpiritu S. conceptos. X. Animas fuiſſe iam in corpore et in caeleſti habitatione peccaſſe, atque ab hoc ad inferiora delapſas, incidiſſe in diuerſae qualitatis principes, et per aërias et ſidereas poteſtates in corpora eſſe incluſas. XI. Fatalibus ſtellis et animas hominum et corpora adſtringi. XII. Sub aliis poteſtatibus partes animae, ſub aliis corporis membra deſcribunt; qualitates interiorum praeſulum in patriarcharum nominibus ſtatuunt, quibus e diuerſo ſigna ſiderea opponunt, quorum virtuti corpora ſubiiciantur. XIII. Quod omne corpus ſcripturarum ſub Patriarcharum nominibus accipiendum ſit; quia illae duodecim virtutes, quae reformationem hominis interioris operantur, in horum vocabulis indicentur (i. e. *allegorias* ſecuti ſunt, τϱοπολογιας, in libris Moſis explicandis); ſine qua ſcientia nullam animam poſſe aſſequi, vt in eam ſubſtantiam, de qua prodiit, reformetur. XIV. Quod ſub Poteſtate ſiderum atque ſignorum, pro terrena qualitate, teneatur corpus, et ideo multa in ſanctis libris, *quae ad exteriorem hominem pertinent*, reperiri; vt in

ipsis scripturis inter diuinam terrenamque naturam quaedam sibi repugnet aduersitas, et aliud sit, quod sibi vindicent animae praesules, aliud quod corporis conditores — omnia paene diuina eloquia sensuum nefandorum immissione violarunt. XV. Multos corruptissimos eorum codices, qui *canonici* titulantur, inuenimus - curandum ergo est, *vt falsati codices* et a sincera veritate discordes, in nullo vsu lectionis habeantur. *Apocryphae* autem scripturae, quae sub Apostolorum nominibus multarum habent seminarium falsitatum, interdicendae, auferendae, cremandae. Quamuis enim sint in illis quaedam, quae speciem videntur habere pietatis, numquam tamen vacuae sunt venenis. Vnde si quis Episcoporum vel apocrypha haberi per domos, non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices *in ecclesia permiserit legi*, qui Priscilliani adulterina emendatione sunt corrupti, haereticum se nouerit. XVI. Iusta querimonia, quod *Dictynii* tractatus, quos secundum *Priscilliani* dogma scripsit, a multis cum veneratione legerentur; cum reparationem eius potius amare debeant, quam lapsum; non sit illis liberum, sub velamine nominis christiani decretorum imperialium statuta declinare, et legum seueritatem effugere, dum se nostros mentiuntur. - V. T. recipiendo corrumpunt, quod Manichaei abdicando impugnant. In execrabilibus *mysteriis* illorum, vnum nefas est, vna obscaenitas, similis turpitudo. - Quam non sit ferendum, si tam prophanis erroribus etiam sacerdotum quorumdam corda consentiunt - cum his, qui sollicitius agunt, consentire detrectent, et nolint anathematizare, ostendunt, se non de numero fratrum esse, sed de parte hostium. ' XVII. Miror cuiusquam catholici intelligentiam laborare, tamquam incertum sit, an, *descendente ad inferna* Christo, caro eius requieuerit in sepulcro — vere et mortua et sepulta est; corruptionem non subiit, quia celeriter viuificata, reditu animae resurrexit. — Habeatur igitur inter vos *Episcopale concilium* et ad eum locum, qui omnibus opportunus sit, vicinarum prouinciarum

rum conueniant sacerdotes — nisi *generale concilium*, *Galliciae* saltim conueniant sacerdotes, *prouinciali* conventu. — In concilio *Toletano* primo apud *Isidorum* fictum habentur alia de *Priscillianistis*, sed historiam parum iuuant; vid. tamen *Innocentii* epist. 23. De *Maximo* episcopo, Manichaeo, *Bonifacii* Epistola 2, agit; plures *Manichaeos* in vrbe *Roma Leo* detegit; Epistola 2.

Ex istis momentis facile patet, 1) exstitisse adhuc familias numero non exiguas eorum Christianorum, qui a publica Episcoporum ista lege et consuetudine non omnino aberant, etsi a vulgata et ieiuna fidei formula non parum alieni: 2) *Priscilliani* dici discipulos, qui et variis libris, quos catholici iam *apocryphos* dicebant, vtebantur, et scriptionibus nouis non defuerunt, vt *Dictynnius*. 3) Interpretatione SS. hominem *externum* et *internum* distinxerunt, sicut *Gnostici* olim ψυχην et πνευμα. Admistas fuisse tales glossas ipsis codicibus. 4) Hic quaedam haud dubie per inuidiam describi et confingi, sicut iam olim de *Gnosticis* cunctis solebant alii dira et atrocia omnia prodere. *Vnitas* enim ecclesiae, non sine iniuria, solebat ita obtineri, vt libera internae religionis facultas non permitteretur.

De *Praedestinatianis*, cum *Augustini* strenui sectatores ab aliis sic solerent describi, non opus est copiosius requirere.

C A P. V.

De Conciliorum Indole et canonibus notatu dignis.

Non catalogum et numerum hic inibimus conciliorum, quibus in tabula erit suus locus; sed ipsam indolem conuentuum ecclesiasticorum paulo diligentius repetere instituimus. Nec inanem atque parum frugiferam impendemus operam, refellendo *Baronio*, *Thomassino*, aliisque *biblio-*

thecae pontificiae maximae matriculariis, qui conciliorum ſummam auctoritatem atque originem a *romano* epiſcopo ſatis humiliter et illiberaliter repetere ſuſtinebant, de qua re hodie, in iſta litterarum luce, vix requirere audent, quoti quique ſapere didicerunt. Ineptiſſimae enim iſtae *diſſertationes*, *in concilia generalia* et *particularia*, tomo ſingulari comprehenſae, authore *Ludovico Thomaſſino*, (Lucae 1737 fol.) vix aliquid produnt, licet e variis ſcriptoribus multa hic ſcriptor congeſſerit, quod vel legi a liberali homine ſine indignatione perditae omnis operae queat. De *Synodo ad Quercum*, quae *Chryſoſtomum* damnauit, cum agit, *diſſertatione ſeptima*, ineptiſſime romano *Innocentio* multum tribuit incertae et vanae laudis, cum a perpetuo fratrum Auguſtorum diſſidio longe facilius repetatur, quod *Honorius* Chryſoſtomum videbatur adiuuare, *Arcadius* autem parum obſecutus fuerit; nec opus eſt longa diſſertatione, cum ſciamus *Theophilum* alexandrinum hac in cauſſa *palatinis* miniſteriis confiſum, Romani confratris conſiliis non dediſſe operam; *Chryſoſtomum* autem de ſua calamitate imbelles querelas et ad alios et ad *romanum* epiſcopum, ad omnes certe in *alexandrinum* ſubiratos, miſiſſe. Similis ſiue fiducia ſiue ferocia *Dioſcori* alex. poſtea fecit, vt *Flauianus* et *Leo* eo arctius coniungerentur; tandem et ab *alexandrino* et a *conſtantinopolitano* ſeiunctus fuit *romanus* epiſcopus, vnde ſub occidentem ſolem varia potentiae corruentis ſuſtentacula quaeſiuit. Nec meliora ſcripſit *Thomaſſinus* de ſynodo *dioſpolitana*, diſſertat. 8. *Palaeſtinenſes* epiſcopi adeo ignorarunt, *Romanum* epiſcopum eccleſiae caput ſummum eſſe, et ſolum ceteris ſapere diuinius atque incorruptius, vt potius ſententiam tulerint, qua *Pelagius* ſuperbire potuit; quam adeo *Innocentius*, *Auguſtinus* et *Hieronymus* omnino, quaſi iſtis impoſuerit *Pelagius*, ſtudioſe refellunt; nempe, licuit *Innocentio* atque eccleſiae catholicae, ſi *Thomaſſinum* audimus, *aliter et ſincerius exponere* ſcripta *Pelagii*, quam ipſe exponeret; licet ſoleat, ex vulgata ſententia, ſuorum

ſuorum verborum haberi quilibet optimus interpres. *Generales* Synodos imperatorum auctoritate conuocatas fuiſſe, hiſtoria ita prodit, vt ſollicitam operam, quam *Thomaſſinus* impendit, ad euehendam *romani* epiſcopi auctoritatem, omnem perdiderit; fatendum enim ei fuit: praeſidebat etiam ſuo quodam modo et iure imperator, ſed ea praeſidendi praerogatiua longe diſpar et decolor a Pontificia. Valuit, fatetur idem, poteſtas principis, in numero, loco, tempore, ordine praeſcribendo; (nempe *Comites* adeo addidit, qui Epiſcoporum turbas compeſcerent,) ſi praeterea princeps quid moliretur, eam *iniuriam* (vanum nomen,) vel non ſilebant Epiſcopi, vel *diſpenſatiue* ſilebant; (nempe *Cyrillus* et *Memnon* in carcer diſpenſatiue conceſſerunt.) Ius *confirmandi* Synodos non imminet, non dominatur eccleſiae, ſponſae Chriſti, ſed inuigilat, obſequitur. Satis vane et illiberaliter iſta dicuntur; ſcimus enim, de ſponſa Chriſti ineptiſſime hic confingi, cum ipſe Chriſtus et Apoſtoli romano magiſtratui paruerint, quod ad ſtatum omnem externum attinet. Itaque et chriſtiani Auguſti, vt viſum fuit reipublicae conuenire, facile paſſi ſunt *Arianos*, *Neſtorianos*, *Monophyſitas* vti ſimilibus iuribus; qui pati noluerunt, ad ruinam imperii non parum contulerunt iſta imprudentia. Nec multum abſunt a rebellionis commendatione, quae *Thomaſſinus* collaudat, Num. 22, diſſert. decimae: monachos et plebem cum cereis et pſalmis, (eccleſiaſticorum parabolanorum arma iſta ſunt,) imperatorem adiiſſe, ſi quid canonibus inimicum vel excidere vel extorqueri ſibi ſiuerit; animoſe aduerſus ipſum imperatorem inſurrexiſſe epiſcopos, obuia martyrio (ſi placet ineptum nomen) pectora obiectaſſe. Num 24, exemplo λησρικης patere, temperandam potius eſſe principum in Synodus poteſtatem quam exaggerandam – – Nempe prudentiores principes tandem iſtam omnem tumultuum et turbarum publicarum originem ſenſim amputarunt; inde demum tranquilla respublica effloruit, poſtquam Synodorum coercuerunt impotentem potentiam. Fatetur autem vel inuitus *Thomaſſi-*

 nus,

nus, *Ephesinae* synodi auctoritatem satis vacillasse, usque ad *Chalcedonensem*; de *Cyrillo* plurium exstitisse et suspiciones et querelas, ex odio et fastu eum egisse contra *Nestorium*; (*Isidor*. Pelus. libro I. epist. 310. multi eorum, qui *Ephesi* coacti fuerunt, te κωμῳδουσι, ὡς την οἰκιαν ἀμυνομενον ἐχθραν, ἀλλ' οὐ τα Ιησου χριστου ὀρθοδοξως ζητουντα, *Theophili*, dicunt, ex sorore nepos est, illius imitatur γνωμην, sicut ille aperto furore vsus est in Chrysostomum etc. Grauiter eadem epistola 370 repetit et *Cyrillo* ipsi opponit; *Facundus* Hermianensis similiter de *Gennadio*, constantinop. (*Anatolii* successore,) refert, eum *Cyrillo* grauiter infensum fuisse, et ob odia et ob dogmata insana; nec *Liberati* narratio est contemnenda.) *Thomassinus* tamen audet eam legem ferre, N. 44, vbi in ecclesia agitatur aliquid nouae quaestionis, contemnatur semper paucitas dissonantium, sola superet numerositas epp. et auctoritas sedium. Istud enim est πολιτευμα Apostolorum, atque sponsae Christi? (Vid. *Parkeri* de Polit. eccles. lib. 2, c. 35, ibi contrarium ex *Panormitano*, *Gersonio* etc. traditur.) Ceterum vt conciliorum auctoritatem aduersus confictas *adpellationes* ad romanam sedem, facile perspiciamus, eximie facit *Gerbasii* liber, de antiquis et maioribus episcoporum caussis *Leodii* 1678, 4. cap. 45 seq. de caussa *Nestorii*; depositione *Cyrilli* et *Memnonis*, c. 46. de *Eutychete*, c. 48. de *Flauiani* et *Eusebii*, dorylaeensis depositione, c. 49. de *Theodoreto*, c. 50 - 51. Idem liber appellationum *africanarum* et aliarum imagines diligenter detersit.

Facile porro intelligimus, conciliorum omnem rationem imitari fori publici instar, de qua re iam *Donatistae* in collatione querebantur; *ter* citantur; (*Chrysostomus quater*; actiones *Synodi* ad *Quercum* 13 recenset *Photius* c. 59. Multa *Origenistarum* odio conficta fuerunt.) *accusator* instat; *exceptor* non deest, notariorum in acta referentium eadem prouincia, ac in foro; theatrorum tandem clamor et inuenustus strepitus non abest. In *chalcedonensibus*

ſibus enim actis, vt plura exempla non colligamus, quantum clamorum inconditorum occùrrit! Populi faecem et colluuiem, tantum non furibundam audire et videre licet, Epiſcoporum grauitatem et pietatis prudentiaeque ingenuum modum fruſtra requirimus. Iudices ipſi admonent, actione I. p. 74, *αἱ ἐκβοησεις αἱ δημοτικαι ουτε ἐπισκοποις πρεπουσιν*, nec partes iuuant; ſed ſtatim nouus clamor interpellat, *δι᾽ ἐυσεβειαν κραζομεν*, propter pietatem clamamus, propter orthodoxam fidem. *Notariis* autem in Epheſina *ληστρικη* vis illata; venerunt notarii *Dioſcori*, deleuerunt iſtorum *τας δελτους*, et tantum non iſtorum digitos fregerunt, *θελοντες λαβειν και τα καλαμαρια ἀυτων*, p. 94. Fidem actorum vtrumque accuſant non raro. Subſcriptiones, ſine iudicio et proprio arbitrio; ſubſcripſi ſicut omnes patres noſtri, p. 134, ſi vero eſt aliud, (ſentiendum, ſcribendum) dicite mihi, (ſcribam et aliud.) *Epheſi*: tolle, incende Euſebium, iſte viuus ardeat, (ergo ab iſta *ληστρικη* duxerunt poſtea comburendi haereticos conſuetudinem catholici,) iſte in duo diuidatur. Nec mitiores catholici, p. 166, chalcedone: iſta nemo dixit; Aegyptii dixerunt, Iſta *Pharaonis* ſunt, (ne abeſſet ingenii ſpecies,) voces noſtras Imperatori; multos annos Auguſtae; multos annos ſenatui! - - aut definitio perſiſtat, aut imus, multi anni imperatoribus. Qui contradicunt, Neſtoriani ſunt - qui contradicunt, Eutychiani ſunt. Praeſente autem *Marciano*: haec fides patrum, Apoſtolorum, orthodoxorum; haec fides orbem terrae *ἐσωσεν*! Marciano nouo Conſtantino, (ignorabant, Arianum fuiſſe;) nouo Paulo, nouo Dauid! annos Dauid imperatori - Vos eſtis pax orbis! pio vitam Domine! Chriſtus, quem honoras, ipſe te cuſtodiet - perpetua memoria nouo Conſtantino! Quae ex genere orthodoxo eſt, deus eam cuſtodiat! Cuſtodem fidei, deus cuſtodiat; pia, orthodoxa, contraria haereticis, deus eam cuſtodiat! omnes tu haereticos fugaſti! - Pulcheria, noua Helena! fidem tu oſtendiſti! - - Poſt tam inſignem *βομβον* tandem imperator periodum aliam effatur! iam denuo clamores;

res;

res: digna veſtro imperio! - digne fide, digne Chriſto, (nempe olim Romani et graeci ſimiliter Iuliano acclamaſſent, digne Ioue, digne diis!) propter haec pacificatus orbis! Caeleſtis rex, terrenum cuſtodi! Haec oratio *Paſtorum*, (agreſtium ſatis,) - Poſt aliam, breuem, periodum, porro: multos annos imperatori! m. a. Auguſtae! Chriſtum amantis imperatoris multi anni, - eccleſias tu erexiſti! orthodoxam fidem tu confirmaſti! Auguſtae - - Trinitas hos tres damnauit! (Neſtorium Eutychem Dioſcorum) trinitas hos tres eiecit! - poſt lectionem aliquot capitulorum, nouae acclamationes - - victor bellorum, doctor fidei! multos annos Auguſtae! - imperium veſtrum per ſeculum ſit. Imperator paucis verbis: Chalcedon honorem metropoleos habebit, ad honorem *Euphemiae*. Omnes clamarunt: iuſtum iudicium imperatoris! digni ſancta martyre! vnum paſcha orbi terrarum! Circumuentiones epiſcoporum vos cohibetis! Sancta trinitas te conſeruet. Rogamus: dimitte nos! Sed nondum annuit: ſic actio *ſexta* demum finit. Ceterum ex *Petri* de *Marca* diſſertatione ſeu exercitatione de *Conſtantinopolitani patriarchatus inſtitutione* pag. 119 ſeq. inter *diſſertationes poſtumas* 1669. 12. non pauca repetenda ſunt, ad illuſtrationem hiſtoriae eccleſiaſticae huius temporis.

Ex canonibus obſeruata.

Concil. tolet 1. ſub initium ſeculi *Harduin.* tom. I. p. 990 ſeq. *Coniugia* clericorum circumſcribit; *ſubdiaconus*, qui ſecundam vxorem poſt mortem duxerit, inter oſtiarios vel lectores habetur, ita tamen, vt Euangelium et *Apoſtolum non legat.* Clericus, ſi intra ciuitatem fuerit, vel in loco, in quo eccleſia eſt, et ad *ſacrificium quotidianum* non acceſſerit, clericus non habeatur. 6. *Puella dei* familiaritatem non habeat cum *confeſſore* aut cum quolibet *laico.* 7. ſi clericorum vxores peccauerint, ne forte licentiam peccandi plus habeant, (cum magiſtratui non ſubſint?) accipiant mariti earum hanc poteſtatem, praeter ne-

cem,

cem, *custodiendi ac ligandi* in *domo* sua, ad ieiunia salutaria non mortifera cogentes - cum vxoribus autem, quae peccauerint, nec cibum sumant. 9. nulla professa vel vidua, absente episcopo vel presbytero, in domo sua antiphonas cum *confessore* vel seruo suo faciat; *lucernarium* vero, nisi in ecclesia, non legatur. 13. qui intrant in ecclesiam, et deprehenduntur numquam communicare, admoneantur, (fore) vt ad poenitentiam accedant. 15. si quis laicus abstinetur, ad hunc vel domum eius clericorum vel religiosorum nullus accedat; similiter si clericus abstinetur; si quis cum tali colloqui aut conuiuari deprehensus fuerit, etiam ipse abstineatur, 17. qui pro vxore *concubinam* habet, (vnius coniunctione contentus) manet in communione. 18. Si qua vidua Episcopi, presbyteri, diaconi, maritum acceperit - *Capitula Innocentii* p. 995. cum sit manifestum, in omnem *Italiam*, *Gallias*, *Hispanias*, *Africam* et *Siciliam*, insulasque interiacentes nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos *Petrus* aut eius successores constituerunt sacerdotes. 1. *Pacem* non licet ante confecta mysteria imperare. 2. Prius oblationes sunt commendandae, et tunc eorum nomina recitanda, quorum sunt oblationes; superfluum enim est, cuius *hostiam* nec dum *deo offeras*, eius ante nomen insinuare. 3. Infantes tantum ab episcopis *consignantur*; hoc enim solis pontificibus debetur, vt consignent (frontem oleo) et Spiritum sanctum tradant. 5. De fermento, quod die dominico per titulos (in vrbe) mittimus; per parochias id fieri non opus est; nam non longe portanda sunt sacramenta. 7. Sacerdotis est, vt attendat ad *confessionem* poenitentis; quinta feria ante Pascha remittit omnibus romana ecclesia; (presbyterum poenitentiarium iam superiori seculo *Nectarius* constantinopoli abiecit. *Socrates* 5, 19. *Sozom.* 7, 19. *Valesius* videtur non attendisse, recte *Sozomenum* tradere, per occidentem durare istam consuetudinem; Capitulo 8 enim dicitur hic: episcopos occupationibus aliis impeditos ad omnes aegros venire ipsos non posse; Ergo presbyter.)

Pag.

Pag. 1000. 2. si quis et post peccatorum remissionem (i. post baptismum, *tolet.* 1. c. 8.) cingulum sumserit, ad clericatum non admittitur. 4. Vt *mulierem* (quae *virgo* non sit) clericus non ducat vxorem: non viduam, nec eiectam, Leuit. 21. p. 1003. Incontinentes, (qui filios generabant) presbyteri et diaconi, honore ecclesiastico priuantur. - Nam non praeterit dies, qua vel a sacrificiis diuinis vel a baptismatis officio vacent. Forma a *Siricio* missa (ad *Himerium*, Tarraconensem, c. 7.) seruetur. 2. poenitentibus - saltim morituris detur communio, quasi viaticum, - vt a *perpetuo exilio vindicentur.* 4 - viri liberius vxores adulteras apud sacerdotes deferre consueuerunt. 7. qui libri recipiantur in canone SS, *breuis* annexus ostendit. - iudicum, regnorum libri 4, Ruth; libri 16 prophetarum; Salomonis 5. Psalterium; *Historiarum* (singularium) *Iob*, *Tobiae*, *Esther*, *Iudith*, *Maccab.* 2. *Esdrae* 2. *Paralip.* 2. N. T. actus ante Apocalypsin ponuntur. Cetera autem, sub nomine *Matthiae* etc. P. 1006. 3. de *laicis*, quos canones ordinare prohibeant; qui militauerit, causas egerit, administrauerit; *curialis*; p. 1007. et poenitentes. IX Secunda vxor, cum prior ex captiuitate rediit, non est legitima. (licet *Leo* p. 1770.) XIIII. de *antiochena* ecclesia. XVIII. ad *Antiochenum* Alex. *Cyprii* olim *Ariana* impietate fatigati *nicaenos* canones non receperunt; *Ariani* non possunt in *ordinatione* dare Spiritum S. XX. *Photiniani* in territorio *Laurentii* ep. (Seniensis an Feniensis? putamus, *Ceniensis*, κινη, sub *Ancyra*) conuenticula publice sibi praepararunt; quorum doctrinae auctor, *Marcus*, dudum de vrbe (Roma?) pulsus etc. A *defensoribus ecclesiae* nostrae actum est aduersus eos, quod eos possint expellere, vt, qui Christum negant deum ante secula genitum, cum Iudaeis participium habeant *damnationis.* XXI. qui ante damnationem *Bonosi* ordinati sunt, manent clerici. Pag. 1013, *Paulus* Actor. 19 iussit istos *baptizari*, qui Ioannis baptisma habuerunt. (Sic et *Leo* episcop. p. 1758, baptismum Iohannis aliam habuisse

gra-

gratiam.) *Paulianistae* non baptizant in trinitate. P. 1020, ex *militia* clerici non fiant, quia seuera praecepta sunt executi -- ne deinceps in Hispania sic fiat. P. 1036, qui sororem vxoris suae duxerit vxorem. XI qui auunculi sui vxorem duxerit.

Concil. *carthag.* 6 contra legatum *romanum* obseruant, *Sardicenses* istos canones falso pro *Nicaenis* venditari; non haberi in *Graecis*. P. 1251, de *interuentoribus*. P. 1254, *Augustini* memoriam defendendam. Ibidem incipiunt *Auctoritates* de gratia dei et libero voluntatis arbitrio, quae *Caelestino* olim tribuebantur; p. 1257, praeter eas sanctiones, quibus nos patres docuerunt, exordia et incrementa *ad Christi gratiam* referre, *obsecrationum* quoque *sacerdotalium sacramenta* respiciamus, quae - in toto mundo in omni ecclesia catholica vniformiter celebrantur — -- apud diuinam clementiam humani generis, agunt caussam, et precantur, vt infidelibus *donetur* fides — — quod adeo totum *diuini operis* esse sentitur, vt *efficienti deo*, gratiarum actio - referatur. — Illud etiam non otioso contemplamur intuitu: cum non prius - fontem vitae adeunt, quam exorcismis et exsufflationibus *Clericorum* spiritus ab iis immundus abigitur, vt tunc vere appareat, quomodo princeps huius mundi mittatur foras - vnde omnium studiorum et virtutum, quibus ab initio fidei ad deum tenditur, *deum* fateamur *auctorem*, et non dubitamus, ab ipsius *gratia* (ministeriis clericorum) hominis merita *praeueniri* - P. 1258, *Caelestini* ad Gallos epistola: sacerdotes quidam *amicti pallio* et *lumbos praecincti* credunt se scripturae fidem per litteram completuros — discernendi a ceteris sumus doctrina, *non veste*, conuersatione, non habitu. *Daniel*, episcopus dicitur ordinatus, qui ab omni, quod tenuerat, virginum (in Oriente) monasterio est accusatus, sacrarum virginum incesto pollutus. Pag. 1261, Epistola epp. Africae, quam cum *Leporio* miserunt ad epp. *Galliae*. *Leporius* negans deum hominem factum, ne substantiae diuinae mutatio vel corruptio seque-

retur

retur, nec videns, *quartam* ſe inducere in trinitate perſonam. *Leporius* ipſe ſuperiorem aliquam epiſtolam ſuam ſecundum hanc vult corrigi; de Maria deum natum iam fatetur. Si deus voluit naſci homo, credo quod potuit. — ex tempore ſuſceptae carnis ſic omnia, quae erant dei, transierunt in hominem, vt omnia hominis in deum venirent — illo myſterio, quod ipſe nouit; noſtrum enim eſt credere etc. (Hic *eadem omnia* habentur multis ſententiis, quae in actis concil. *chalcedon*. Tom. 2 *Harduini* pag. 306 recitantur ex *Auguſtini* ſermone, de expoſitione fidei, *graece* etiam; vid. ſupra p. 250.) *Leo* p. 1755 prohibet per *Siciliam*, ne porro in die *Epiphaniae* baptismum impertiant; (quod tamen adhuc in *Patricii* Synodo ſtatuitur, pag. 1795.) ſed per *Paſcha* et *Pentecoſten*. Ex reſponſionibus *Leonis* ad *Ruſticum*, narbonenſem, patet, ingens diſcrimen inter concubinas mulieres, et legitime nuptas. Concil. *Arauſicanum* a. 441, p. 1784 de eo, qui in baptismate *chrismatus* non fuerit, in *confirmatione* ſacerdos commonebitur. Qui ad eccleſiam confugerint, non tradantur. Eccleſiaſtica animaduerſio in eos ſtatuitur, qui mancipia clericorum, pro ſuis ad eccleſiam fugientibns, occuparint; aut qui manumiſſos in eccleſia aut per teſtamentum commendatos eccleſiae in ſeruitutem redigunt. 17. cum capſa et calix offerendus eſt, et admixtione Euchariſtiae conſecrandus. *Euangelia* placuit catechumenis deinceps legi. 26. *diaconae* non *ordinandae*; Concil. *Vaſenſe*, anni 442. Eorum, qui in poenitentia moriuntur, oblatio recipienda, nec *commemoratio* a ſalutaribus ſacris excludenda. Qui *oblationes defunctorum* detinent et eccleſiis tradere demorantur — Ex *Clementis* Epiſtola (ſuppoſitia,) quaedam citantur; (abſunt a Msto. *pariſino*) De *expoſitis*. Ex Synodo *Patricii*, p. 1791, qui crediderit eſſe lamia *in Speculo*, quae interpretatur *ſtriga*: anathema. P. 1796. ſi quis per quatuor Euangelia, teſtatur, antequam communicet: tum ſub iudice relinquatur. Omne negotium *ſubſcriptione Romanorum* confirmandum. Ex

An-

Ancyrano quodam concilio pag. 1798, obſeruari iſta merentur, licet incerti temporis: vt epiſcopi de parochiis ſuis ſortilegos et maleficos expellant — — quaedam ſceleratae mulieres — credunt et profitentur ſe nocturnis horis *cum Diana* paganorum dea vel cum *Herodiade* et innumera multitudine mulierum, *equitare ſuper quasdam* beſtias, et multa terrarum ſpatia intempeſtae noctis ſpatio pertranſire, eiusque iuſſionibus, quaſi dominae obedire — Concil. *Arelat.* 2., anni 452. (ex aliis canones quidam adſumti) canones 56. quos inter c. 23, ſi in epiſcopi territorio infideles aut faculas accendunt, aut arbores, fontes vel ſaxa venerantur, ſi hoc eruere neglexerit, ſacrilegii reum ſe eſſe cognoſcat, dominus autem ordinator — communione priuetur. 49. Si quis a communione fuerit ſuſpenſus — hunc a totius populi colloquio et conuiuio placuit excludi. 54. Tres ab epiſcopis nominentur, de quibus clerici vel ciues vnum ſibi epiſcopum eligant. Concil. *Andegauenſe* anni 455. can. XI. non niſi vnius vxoris (et quidem virginis) mariti diaconi vel presbyteri ordinentur. Concil. *Conſtantinopol.* ſub *Gennadio*, anni 460, contra *Simoniacos* quosdam in *Galatia*; ſubſcripſerunt 80 epp. Concil. *Turonicum* anni 461. p. 794, cum conueniſſent epp. ad feſtiuitatem, qua *Martini receptio* celebratur. Molliunt conſtitutionem *de matrimonio clericorum*; vt ſacerdos vel leuita a filiorum procreatione non deſinens ad altiorem gradum non adſcendat, nec ſacrificium offerre aut plebi miniſtrare praeſumat. Concil. *Veneticum* a. 465. c. 8. Abbatibus ſingulis diuerſas cellas ſeu plura monaſteria habere non licet; (nec) niſi tantum propter hoſtilem incurſum *intra muros* receptacula collocare. 11. *Clerici* nuptiarum etiam vitent conuiuia, et coetus, vbi amatoria cantantur, obſcoeni motus corporum choreis et ſaltibus efferuntur. 12. Nec Iudaeorum conuiuiis interſint. 15. Sacrorum *ordo* et pſallentium vna ſit conſuetudo. 16. *Clerici* ne auguriis ſtudeant, quae *ſortes ſanctorum* vocant, nec ſcripturarum inſpectione, futura promittant. Concil.

Romanum ſub *Hilaro*, L. epp. In eo exclamationes epiſcoporum numerantur, poſt canonem 4. (ad Clericos ſpectant) Exaudi Chriſte! *Hilaro* vita, dictum eſt *ſexies*. Haec docemus; dictum eſt *octies*. Haec ſeruanda ſunt; *quinquies*. Gratias agimus; *decies*. In perpetuum vt ſeruentur, rogamus; XV. Per ſanctum Petrum; *octies* &c. De *Hiſpaniis* ad nos peruenit — quidam Epiſcopatum *haereditarium* putant eſſe compendium; legati aut teſtamenti iure poſſe dimitti. Sub lectionem epiſtolae ex *Hiſpania*, acclamationes multae *Hilaro* factae. In concilio *arelatenſi* anni 475. canones quidam contra *Pelagianam* ſententiam editi fuerunt; in *Lucidi* presbyteri libello pag. 809. exſtat: anathema, qui dicit, ab Adam ad Chriſtum nullos ex gentibus per *primam gratiam*, i. e. per legem naturae in aduentum Chriſti, fuiſſe ſaluatos — (tamen ab originali nexu non abſoluti ſunt, niſi interceſſione ſacri ſanguinis,) Chriſtus pretium mortis pro omnibus obtulit. Inter *Felicis* ep. rom. *tertii* epiſtolas, eminet illa p. 818. ad *Petrum*, Antioch. *Fullonem*, e romano concilio miſſa; in ea iſta ſententia, μια φυσις λογȣ σεσαρκωμενη reiicitur; ſi deus eſt ille mortuus, διαιρετως, diuiſibiliter et ſubſtantialiter; atque Spiritus S. ſimiliter, *tres* igitur dii erunt — in eccleſia auſus es dicere, quod *vnus* increatae trinitatis paſſiones ſubiit; (vid. *Noriſii* hiſtorica diſſertatio, *de vno ex trinitate paſſo*; nos p. 251. iam iſtam propoſitionem obſeruauimus.) Sic *ſoluis* trinitatem — tres deos facies; (nec enim, licet verbum dicas, patrem vis paſſum eſſe;) p. 822, patris ſubſtantiale verbum ac deus per ſanctae virginis *aures* illapſum, conceptionem operatum eſt; (ſatis inuenuſtam phraſin ſeriores ſaepe inuenuſtius repetierunt;) — traditam ab *angelis* (ita fabula, ſub *Proclo*, quam repetit ſtatim *Felix*,) laudationis formam corrupiſti, inſerens illi: *qui crucifixus es pro nobis*. Falſo hic *Felix* ſcribit: *Paulus*, Samoſ. *Photinus* et *Artemas*, *duos dei filios* poſuerunt, vnum ante ſecula, alterum nouiter natum. — In *Manichaei* opinionem adducis Gre

gem

gem Chriſti, qui *Spiritum* S. aſſerit crucifixum. Huc pertinet et p. 835. Epiſtola *Quintiani* ad hunc *Fullonem*, multae ſedulitatis; cum 12. anathematismis, (2: anathema, qui dicit *deum* paſſum carne.) atque aliae plures epiſtolae p. 839 ſeq. quas inter *Acacius*, Conſtantinop. p. 844. ſcribit: Chriſtus 1 Petri 3, 18. 19. in cuſtodiam, i. e. infernum ambulauit; abſcondens enim hamum (ἀγκιςρον, ita plures locuti,) ſuae deitatis intra animam ſancti ſui corporis, ſic inferno occultatus eſt, atque iam ipſius voracem ventrem diſſecuit, et mortuos inde a mundo viuificavit. Epiſtola *Fauſti* p. 848. *Chriſtus* dicitur, quia inunctus eſt ſecundum θνητην σαρκα ἡμων. Ex iſtis epiſtolis ſatis patet, iam demum diligentius auctores de paſſionis *ſubiecto* locutos fuiſſe. Epiſtola 9; narrat, in *Africa* eſſe, qui ſe ad baptismatis *iterationem* dederunt, apud haereticos, (Donatiſtas, an potius *Arianos?*) ſiue lubentes, ſiue violentiae periculis coacti.

In *Africa* interea *Ariani* regnabant; catholici autem hic ibi auſi, contra interdictum *Hunerici*, miſſas in *ſortibus*, κληροις, *Vandalorum* ſ. Arianorum agere; itaque rex omnes *Homouſianos* epiſcopos iuſſit *Carthagine* conuenire, ad rationem fidei reddendam, ſeu pro diſputatione fidei, vt loquitur *Eugenius* epiſc. anno 489. *Eugenii* et catholicorum confeſſio igitur exhibita fuit; incipit de ὁμουσια, filium non eſſe ἐξ ȣκ ὀντων; Hebr. 1, 3. non audierunt vocem *ſubſtantiae*, Ierem. 9, 10. c. 23, 22. et 18. Sapient. 16, 21. Iohan. 10, 30, non ad vnitatem tantum voluntatis, ſed ad vnam ſubſtantiam refertur; non dixit, ego et pater vnum *volumus*. Ioh. 5, 18. et 19. 21. 23. 17, 10. 14, 9. et 1 Matth. 11, 27. &c. fatemur, patrem filium de ſe ipſo, hoc eſt, de eo, quod ipſe eſt, genuiſſe, ſempiterne et ineffabiliter. 1 Ioh. 5, 20 deus verus de deo natus vero. Ieſa. 53, 8 generationem eius quis enarrabit; inenarrabilis eſt ſed non ignorabilis. — *Vnigenitus* — proprietas *generationis*, ob *vteri* vocabulum, Pſalmo 190, 3 ex vtero ante luciferum genui te; ergo ex

S 2 patris

patris ſubſtantia; ſine paſſionis vitio. — Supereſt, vt de Spiritu ſancto dicamus, conſubſtantiuo patri et filio. Geneſ. 1. Ille autem *principium*, Ioh. 8, 25. Pſalm. 33, 6. Matth. 28; 19. 2 Cor. 13, 13. Geneſ 1, 26. *noſtram*. Benedictio Moſis, Numer. 6. Pſalm. 66, 8. Ieſaiae 6, 3. 1 Cor. 12, 4. et vt adhuc luculentius pateat, 1 Ioh. 5, 7. in caelo — et *hi* tres vnum ſunt: Hiob. 33, 4. Pſalm. 103, 30. Poſt creationem, viuificatio fit per patrem, 1 Tim. 6, 13. filium, ego vitam aeternam do; Spiritum, Ioh. 6, 64. Sic *ſcientia* eſt trium pariter; potentia, Actor. 5, 3. Matth. 12, 31. *Praeſentia*, Ezech. 36, 26. Sapient. 1, 7. Pſalm. 138, 7. 1 Cor. 6, 20. Bonitas; Spiritus tuus bonus ducet me. Prophetae dicebant, ſic dicit *dominus*. Chriſtus, *ego* autem dico. Noui prophetae quid clamant? *Spiritus* dicit. *Paulus* miſſum ſe dicit a Patre, a Chriſto; et *miſit* Spiritus, Act. 15. *Paracletum* etiam ſe dixit Chriſtus, quia *alterum* dixit. conſolator et pater. Recapitulemus: Si ſpiritus de patre procedit, ſi liberat, ſi dominus eſt, ſanctificat, creat &c. quis dubitat, quod deus non ſit? 1 Petri 1, 12, in *quem*, (ſic legit) Spiritum S. concupiſcunt angeli *proſpicere*, cum nos non *deſpicere* licet. 1 Cor. 14, 24, quia deus in vobis eſt; eſt autem ſpiritus S. Si ergo cadit infidelis in faciem, adorat deum (Spiritum in vobis) quanto magis fideles. A *Deo* patre olim *homines dei*; a Chriſto, *chriſtiani*; a Spiritu, Spiritales. — Sequitur p. 867, decretum *Hunerici*; iuſſeramus, vt in *ſortibus* Vandalorum *Homouſiani* ſacerdotes non adſumerentur; quod cum videremus fuiſſe neglectum, et plurimos eſſe repertos, *dicentes*, ſe integram fidei regulam retinere, (itaque arianorum populum a ſe conuertendum) iuſſimus — Noſtri epiſcopi poſcebant, vt ὁμοούσιον *ex ſcripturis* diuinis proprie adſtruerent; aut quod a *mille* pontificibus in *Ariminenſi* concilio amputatum eſt, damnarent. Quod nequaquam facere voluerunt, vniuerſa *ad ſeditionem* per ſe concitati populi reuocantes — iuſſimus *eccleſias illorum* claudi, tamdiu, quamdiu nollent ad conflictum peruenire -

ſed

ſed noluerunt facere; adeo in hos eſt iuſtiſſimum, *retorquere leges*, quas inductis ſecum in errorem imperatoribus contigit promulgari — vt eccleſias non liceret habere, — extorres omnibus vrbibus et locis redderentur, nullam baptismatis, diſputandi, ordinandi haberent licentiam, propoſita vindicta in ordinatorem et ordinatos X librarum auri — nec aditus ſupplicandi. Similiter in populos praefati *imperatores* ſaeuientes, ablata omni facultate donandi, teſtandi, capiendi; honoris omni priuilegio exſpoliati; infamiam incurrere. — Deinde *codices* vniuerſos ſacerdotum, quos perſequebantur, *praeceperunt* ignibus tradi; *illuſtres*, *ſenatores*, *populares*, decuriones &c. (de *Donatiſtis* pag. 214.) ſimilia igitur et in *Homouſianos* decernuntur: niſi *ad veram* religionem, quam colimus, intra diem Kalendarum Iuniarum anni octaui regni noſtri, conuerſi fuerint. Datum ſub die VI. calend. Martiar. Sequuntur nomina 466. aut ſedes 475. e quibus *perierunt* numero 88, e tribus prouinciis; permanſerunt numero 478. *Corſica* relegati, numero 46. Hic (vbi ſcribebatur?) relegati, 302. *fugerunt*, numero 28. *paſſus*, num. 1. confeſſor, 1. Nempe intelligimus, intempeſta odia in *Arianos* ſub Imperatorum poteſtate degentes, atque *Africanorum* incertam fidem in regem, iſtam calamitatem ſecum traxiſſe. Vnde autem conſtat, hanc confeſſionem *Eugenii* in *Arianorum* conſpectum in loco concilii legitime propoſitam fuiſſe, cum hic *Hunericus* contrarium narret? Concil. *Romanum* a. 484. epiſcoporum 38, de lapſis *Africanae* eccleſiae recipiendis; capitula 6. — Etiam epiſcopos, presbyteros, diaconos rebaptizatos fuiſſe cognouimus. Inter *decretales* retulit *Harduinus* *Gelaſii* romani epiſtolam 3, in qua *Pelagianae* hiſtoriae aliquid continuatur; (narrat enim, per *Piceni* prouincias Epiſcopos Pelagiani ſenis colloquium ſuo nutriuiſſe conſenſu, p. 891, 92. Idem presbyterum communione priuarat, qui ei nolebat acquieſcere; idem *Auguſtinum* et *Hieronymum* lacerabat.) epiſcopum aliquem pelagianum dixit ex

ranis Apocalypſeos eſſe. *Tria* praecipue momenta notat; 1) paruulos dicit ſine peccato originali, in vteris matrum, creari opere diuino. Sed – primi parentes ſemetipſos paſſibiles et corruptibiles reddiderunt; ea die mortui, qua mortales effecti fuerunt – etiam apud humanas leges extrinſecus accedens ſeruitus *naturaliter* reddit obnoxios; origine generantur obnoxii. – quemadmodum qualitas interior appetendi valeat mutare naturam, diuinae lectionis auctoritate firmatur, Geneſ. 30, ille grex ouium — dum potat, concepit, quod non habuit in natura; hoc figuraliter geſtum, in eccleſiaſticis gregibus ſignificauit futurum; intelligentias deus praeparauit, Pelagianorum praevidens calumnias. — Eramus natura filii irae - Ioh. 3, 36, ira *dei* manet ſuper eum; eſt illa *ira*, (cum tamen, non πιςευειν, ibi ſit actuale peccatum) – paruulus *propriis actibus* nullo reatu tenetur obſtrictus; niſi particeps ſit myſterii Chriſti, non poteſt in vitam peruenire. 2) Pro ſolo peccato originali dicit paruulos non poſſe damnari. — Sed baptizantur in remiſſionem *peccatorum;* ergo, quia *propria* non habent vlla peccata, conſtat eis ſola *originalia* (in plurali?) relaxari. Dicunt, infantes non baptizatos *in regnum* dei non venire, ſed non damnatione puniri. Sed nihil hoc eſt, quia ſine baptismate corpus et ſanguinem Chriſti nec edere valent nec potare; ſine hoc autem vitam in ſe habere non poſſunt. 3) Quod *homo* per liberum arbitrium, quod corrupit ac perdidit, bono ſuffragante naturae, beatus efficiatur. – falſo, cum potius per gratiam (ſacramenti ante mundi principium ſempiterna prouidentia praeparati) recipiat, vt a ſeruitute illa, quam peccando meruerat, miſericorditer abſolutus eſſet — — *Gelaſii* 28 decreta ad epp. *Lucaniae*, *Siciliae;* pro neceſſitate *praeſentium temporum* quaedam relaxanda ſunt. c. 5. baptisma gratis dari; ne paupertate vel indignatione reuocentur. c. 6. in neceſſitate extrema diaconi etiam baptizant, ſine presbytero; quod et laicis conceditur. c. 11. ordinationes presbyterorum et diac. certis diebus fiant; quarti menſis

mensis ieiunio, septimi et decimi et quadragesimalis initii, et mediana quadragesimae, sabbati ieiunio. 12. deuotis deo virginibus, nisi Epiphaniorum die, aut in albis paschalibus, aut in Apostolorum natalitiis, sacrum *velamen* non imponant; nisi forstan, (sicut baptisma) in periculo, ne sine hoc munere de seculo exeant. 13. *viduas* autem *velare* pontificum nullus attentet. c. 15. contra clericorum turpia lucra. 19. ne *daemoniis* irretiti, i. e. *mente perculsi* (sic clare hic explicatur,) fiant clerici. c. 25. quidam oratoria consecrarunt in quocunque nomine defunctorum, nec omnino fidelium. c. 26. feminae adeo sacris altaribus ministrare feruntur. 27. *quatuor* portiones de reditu et oblatione fidelium; 1. pontificis (vt peregrinorum et captiuorum largitor esse possit, p. 905.) 2. clericorum. 3. pauperum. 4. fabricis — In romanorum Episcoporum epistolis multa occurrunt, quae ad *Acacium* constantinop. et historiam *Eutychianam* pertinent; *Gelasius* hic praecipue queritur, *Acacium* non parere romanis epistolis, sed cum *Petro*, alexandrino, in communionem rediisse. *Gelasius Theodoricum* regem *filium* suum nominat, p. 927. S. *Petrus* legitur quaedam per simulationem inter Iudaeos gentilesque fecisse, p. 930, quae merito coapostolus eius arguit - fuit imbecillis adhuc inscitia —— P. 931, Homini Iesu Christo mors illata *reum* fecit diabolum, quia vbi caussa mortis non erat, nec debebatur poena. (sic *multi latini* explicant, Rom. 5, peccatum (hominum) per peccatum (diaboli) euacuauit.) p. 934. Pagani simul reges et pontifices; sed christianus imperator, *pontificis* nomen sibi vltra non imponit, nec pontifex regale fastigium vindicauit; illi pro aeterna vita pontificibus indigent, hi pro temporalium causa rerum imperialibus dispositionibus vtuntur; illi rebus diuinis *non praesident*; a seculari potestate nec ligari nec solui potest pontifex. Concil. *Romanum* a LXX epp. a. 494, in quo distinctio librorum canonicorum ab apocryphis, quam alii *Damaso*, alii *Gelasio* tribuunt; alii sine nomine catalogum citant. - - Salomonis *libri tres*;

Prouerb. Eccleſ. Cantic. (ſequentia, item *Sapientiae* liber vnus, et *eccleſiaſticus*, haud dubie ſerius addita; licet et alibi 5 libri Salomonis citentur.) Ordo prophetarum 16. *Ordo* hiſtoriarum (ſingularium) - *Esdrae* liber vnus - Maccab. lib. *vnus*. Poſt Euangelia *Actus*; *poſt* Ep. ad Hebraeos, *Apocalypſis*; inde canonicae 7. pag. 938 Paulus non ſicut haeretici garriunt, *diuerſo*, ſed vno tempore, eademque die, cum Petro Romae, *agonizans* coronatus eſt. Pag. 939 ſequitur primum exemplum *indicis librorum*, approbatorum: Cypriani; Nazianz. Baſilii, Athanaſiii, Cyrilli, Chryſoſtomi, Theophili, Hilarii, Ambroſii, Auguſtini, Hieronymi, Proſperi, Leonis ad Flav. Opuſcula omnium orthodoxorum patrum, qui in nullo a ſanctae eccleſiae romanae *conſortio deuiarunt*; decretales; geſta martyrum, - ſed in eccleſia romana non leguntur, quia nomina eorum, qui ſcripſerunt, penitus ignorantur, et ab infidelibus ſeu idiotis minus apta - Vitas patrum, Pauli, Antonii, Hilarionis et eremitarum, quas tamen ſcripſit *Hieronymus*; actus b. *Silueſtri*; ſcriptura de inuentione S. *crucis*, et alia, de inuentione capitis S. Ioannis. De *Rufino* ſentimus, quae ſenſit Hier. item *Origenis*, quae Hieronymus non repudiauit; chronica Euſebii; *Oroſium* collaudamus, quia valde *nobis neceſſariam*, aduerſis paganorum calumnias, ordinauit hiſtoriam; Sedulii opus paſchale, Iuuenci. Notitia librorum apocryphorum, qui non recipiuntur, (index *prohibitorius*) *Ariminenſis* Synodus; Clementis libri 8. Actus *Andreae*; Thomae, Petri, Philippi; octo nomina Euangeliorum; (Matthaei hebr., Matthiae, Petri, Iacobi minoris; Barnabae; Thomae, Bartholomaei, Andreae,) Euangelia, quae falſauit *Lucianus*; quae falſauit *Eſitius* (i. e. *Heſychius*, de quibus Hieronymi praefatio ad *Damaſum*; quae diuerſae *recenſiones* fuerunt Euangeliorum; aliae, quam iſta, e qua *latinae translationes* ferebantur) Liber de infantia Saluatoris; liber de natiuitate Saluatoris et de Maria et obſtetrice eius; liber *Paſtoris*; libri, quos Leucius (*Charinus*, *Photii* cod. 114.) fecit, diſcipulus

pulus diaboli; Fundamentum, Theſaurus; de filiabus Adae, ſeu λεπτογενεσεως; centones de Chriſto Virgiliani; Actus Theclae et Pauli; liber Nepotis; lib. prouerbiorum, Sixti (xyſti) nomine; Reuelatio Pauli; Thomae; S. Stephani; tranſitus Mariae; poenitentia Adae; liber Og, nomine gigantis, qui ab haereticis (Manich. γιγαντειος βιβλος,) cum dracone poſt diluuium pugnaſſe fingitur; teſtam. Iobi; poenitentia Origenis; poenitentia Cypriani; poenit. Iamnae et Mambrae; liber, ſortes ſanctorum apoſtolorum; lib. Laus (alii *luſus*, i.e. ſortes?) apoſtolorum; canones apoſtolorum; Phyſiologus, Ambroſii nomine fictus; hiſtoria Euſebii; opuſcula *Tertulliani*, *Lactantii*, *Africani*; Poſtumiani et Galli; Montani, Priſcillae, Maximillae; omnia *Fauſti* Manichaei; Commodiani; Clementis alex. *Taſcii* (antea Caecil. Cypr. approbata) Cypriani; Arnobii, Tychonii; Caſſiani; Victorini, Petab. Fauſti, regenſis; Frumenti Caeci; epiſtola Ieſu ad Abagarum, et Abagari ad Ieſum; paſſio Quirici et Iulitae; Paſſio Georgii; contradictio Salomonis, Phylacteria omnia, non angelorum, vt illi fingunt, ſed daemonum arte, conficta; Haec et omnia his ſimilia, quae Simon, magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Baſilides, Ebion, Paulus Samoſ. Photinus, Bonoſus; Montanus cum ſuis ſequacibus, Apollinaris, Valentinus, Manichaeus, Fauſtus Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Calliſtus, Donatus, Euſtathius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus eclan. Caeleſtius, Maximianus, Priſcillianus, ab Hiſpania; Neſtorius, Maximus cynicus, Lampetius, Dioſcorus, Eutyches, Petrus alex. et antioch. Acacius, conſtantinop. cum conſortibus ſuis - Ex iſto catalogo librorum coniicere licet, quantum opinionum et vaticinationum per iſta vsque tempora locum habuerit! In concilio romano (ſub Gelaſio 2) a. 495 *Miſenus* (qui cum *Vitale* legatus in orientem cum Eutychianis conſenſerant,) ter petitorium obtulit, pro impetrandanda abſolutione; ſub conſpectu dei, et Petri, et *vicarii* eius; - epiſcopi ceteri et presbyteri

ſurgunt et clamant: exaudi Chriſte, Gelaſio vita! decies, p. 944. quod nobis deus dedit, hoc praeſtate, dictum *duodecies* - et ſic ſaepius redit; fac, quod facit *domnus* Petrus, dictum *decies*; - domine Petre ſerua illum! (Miſenum) dictum duodecies - cuius ſedem et annos! dictum ſepties trigeſies - Concilium romanum a. 499 ſub *Symmacho*. pag. 959. initium per *acclamationes*; quae ſub quolibet capitulo repetuntur. Contra ambitum: ne quis Papa incolumi et eo inconſulto, aut ſubſcriptionem pro romano pontificatu commodare, aut pittacia promittere, aut ſacramentum praeſtare tentet, vel de hac cauſſa priuatis in conuenticulis deliberare; ſubſcribunt Epiſcopi numero 73. presbyteri, 67. (tot *titulorum* rom.) *diaconi* Romani, regionis ſeptimae, primae, 5. 2. et quartae, ſeptem numero. Presbyterorum tituli occupant 12 nomina muliebria; *apoſtolorum* titulus quinquies, *Iulii*, et *Aemilianae*, quater; *Laurentii*, *Faſciolae*, *Euſebii*, *Marcelli*, *Sabinae*, *Clementis*, *Veſtinae*, 3. alii bis occurrunt; *Lucinae*, *Anaſtaſiae*, *Suſannae* et aliorum ſemel nominantur; *Pammachii* et *Damaſi* etiam, (quorum aetatem certo ſcimus,) leguntur. Nempe videntur ex pecuniis et bonis illorum, illarumque noui *presbyteri* ſecuta per tempora ad noua oratoria conſtituti fuiſſe; hac ratione memoria ſeruabatur. Iſti romanae vrbis presbyteri et diaconi poſtea *cardinales* ſeu praecipui dici ſolebant.

CAP. VI.

De ſcriptoribus huius ſeculi.

I. *Graeci*, meliores ſcriptores, quorum ſuperſunt quaedam ſcripta.

Victor, antioch. inter commentatores non innominatus, cuius ſuperſunt, etſi *latine* tantum adhuc, in *Marci* Euangel. commentar. inedita alia ſunt; nec in *catenis* raro hoc nomen occurrit; *Seuerianus*, Gabalorum ep. inter Chry-

Chrysostomi aduersarios; in *Hexaemeron* sex λογοι aut βιβλοι, ex pluribus reliqui; alii quidam *sermones* habentur inter *Chrysostomiana;* perierunt plura scripta, quorum in catenis, *Gennadio*, *Gelasio*, et aliis fit mentio; quorumdam etiam fragmenta habentur; *Palladius*, inter *Aegypti* asceetas diu versatus, *Origenis* fautor, in Historia *Lausiaca*, s. de vitis patrum (Aegypti; de quibus *Heraclidis* nomine *Paradisus* agit; quem librum alii *Palladio* admiscuerunt;) ad *Lausum*, cubicularium, multa de se ipse narrat; editiones 2 priores suppleuit *Cotelerius* tom. 2 et 3. monum. longe auctiorem codicem *Vossius* habuit: *dialogus* de vita *Chrysostomi*; hic auctor videtur studiosius confingere, vt diuersus scriptor videretur; non constat, vtrum et auctor sit libri, de gentibus *Indiae* et *Brachmanibus.* *Theodorus*, antioch. seu Hagiopolit. presbyter, Mopsu. ep. inter eruditiores numerandus, vel ob aduersariorum multitudinem; in omne fere V. et N. T. edidit commentarios, e quibus fragmenta non pauca habentur; atque in Vindobonensi bibliotheca commentar. in 12 minores prophetas Mstus superest; scripsit et dogmatica, de incarnatione domini contra *Apollinar.* et *Eunomium*, (humanam animam Christi negantes,); pro *Basilio* contra Eunomium, libros plures quam XX. contra eos, qui statuunt, homines natura peccare, non voluntate; *Photius* cod. 177. de Persarum Magia; ad baptizandos; forte idem, ac codex *mysticus*, seu arcanorum. Symbolum; (concil. Ephes. actio 6.) expositio nicaeni; *epistolae* et *homiliae* multae olim ferebantur. vid. et Marius *Mercator.* Dicuntur apud *Syros* superesse multa. *Ibas* enim, edessenus, aliorum opera adiutus, pleraque in *Syrum* sermonem converterat. Frater eius fuit *Polychronius*, ep. Apam. Expositio in canticum cum Eusebii et Pselli libellis a *Meursio* edita; e comment. in *Iobum* supersunt multa in catena *Patricii Iunii;* fragmenta ex Commentar. in *Ezechiel.* et *Danielem* pauca adhuc innotuerunt. *Nonni*, panopol. in *Iohannis* Euang. graeca paraphrasis superest, non praecipue vtilis; et historiarum

illa-

illarum, quarum Nazianzenus Gregorius meminit in *ϛηλιτευτικοις*, explicatio; libri *διονυσιακων* oſtendunt, paulo ante gentilem adhuc fuiſſe; ſimilis ingenii eſt *Syneſius*, quem ſemigentilem *Theophilus*, ille orthodoxus alex. episcopus, fecit Ptolemaidis epiſcopum; ſuperſunt oratio *de regno*, ad Arcadium; *Dio; Caluitii* encomium; de prouidentia libri 2; de inſomniis, paucae orationes; epiſtolae 155, *hymni*, parum ſobrii; e plerisque omnibus parum ad rem chriſtianam referri poteſt. *Iſidorus*, peluſiota dici ſolitus, inter monachos celeberrimus ob eruditionem, qui *Theophilo* et *Cyrillo* fere ſolus auſus eſt ibi obloqui. Perierunt liber aduerſus *gentes*; oratio contra *fatum*, et quaedam contra *Cyrillum*; ſuperſunt epiſtolarum, ingenuae plerumque indolis, libri 5, vaſtis multorum corporibus longe vtiliores. *Cyrillus* alex. *Theophili* ex fratre nepos; Opera in VI tomos tributa ſtudio *Io. Auberti*, pariſ. 1633. fol. Tom. I. *Glaphyra*, in 5 libros Moſis, quibus myſterium Chriſti euoluit ex Moſe; libris 7 in *geneſin*, per capitula; e. gr. de Cain (quem Iudaeorum patrem vult dici a Chriſto Ioh. 8, 44.) et Abel; de Noe et arca; de nudatione Noe etc. In *Exodum* libri 3. In *Leuitic.* lib. 1. *Numer.* 1. *Deuter.* 1. *De adoratione in ſpiritu et veritate*; ſimilis argumenti; ante *γλαφυρα* ſcripſit; libris 17. loquitur *Palladius* et *Cyrillus*; Iudaeis alexandrinis videtur hoc dediſſe; multum *ἀλληγοριων*, vt mirum ſit *Origeniſtas* per Aegyptum vexari potuiſſe. De epiſtola ad Hebraeos notat, Paulum ſtudioſius, ob Iudaeos, talia perſcripſiſſe. *Rivetus* ſine vlla cauſſa dubitauit de his libris; adeo ſunt Cyrillianae indolis. *Agellii* notae adiectae ſunt, e quibus *variarum* lectionum N. T. recenſio non parum augeri poteſt. Tomus 2. Commentar. in Ieſaiam libris 5. pag. 22. negat, *φυσικον ἐν ἀνθρωπῳ* eſſe *το κακον* - *ει γαρ φυσει το κακον και ἐνυποϛατον ἐϛιν*, ſequeretur - (*Flacianorum* diſciplinam ignorauit;) gladios conuertent in aratra etc. exponit p. 38. de Romanis imperatoribus. Opportunitatem externam religionis Chriſtianae deſcribit, p. 208 ſeq. Saepius dicit,

dicit, Christum ad inferos delatum, veniam peccatorum dedisse vinctis etc. ὑπομεινας ςαυρον, ἀνεβιω ὡς θεος; sic saepius confingit, vt scimus, *Cyrillum* solere ideo *Nestorianismum* exsculpere. p. 903, Paulus scripsit, se τα ἐν νομω παντα habuisse σκυβαλα etc. Speciminis loco ista sufficiunt; vt dubitari nequeat, multa requiri posse ex *Cyrilli* his scriptis, quibus nos adsueti non sumus. *Oudinum* opinamur sine caussa dubitare de hoc commentario. Tomus 3. comment. in XII minores prophetas. Initio admonet, superfluum videri posse, se scribere, cum tam multi scripserint; alius omnino ingenii est haec expositio, licet non abiecti; *Cyrilli* vix fuerit, adeo diuersa est indoles. Spiritualem explicationem seu applicationem saepe adnectit. p. 617 θυεται νοητως ὁ ἀμνος, in altari, per sacerdotes etiam apud *Indos* et *Aethiopes*; verecundius, quam alii de inuentione crucis et clauo in *Constantini* freno loquitur p. 812. Tomus 4. Commentarii in *Iohannis* Euangelium; eius ingenium ipse prodit, vbique εἰς δογματικωτεραν ἐξηγησιν conuerso sermone. Libri 1. capita 10. 1. quod aeternus vnigenitus; 2. in propria hypostasi ὁμοουσιος patri. 3. Deus secundum naturam, nullo modo minor aut dissimilis. 4. contra *Eunomianos*, qui aliud interius et naturale in patre verbum (λογον,) aliud autem in scripturis diuinis, statuunt. 5. filius natura sua creator, non tanquam minister assumtus. 6. filius sec. naturam vita, ideo non creatus. 7. filius naturâ lux, de luce vera. 8. lux vera; igitur non creatura, quae tantum est particeps lucis. 9. Hominis anima ante peccata non exstitit, nec ob praecedentia peccata ἡ σωματωσις. 10. solus secundum naturam filius est ὁ μονογενης. Pag. 19. ego ex patre *exii*, (quod tamen recte iam *Origenes* reiecerat,) trahit ad essentiam. Multi syllogismi et rationum longa series, ex vtraque parte. Pag. 30. *Eunomii* opinio de filio dei describitur. *Cyrillus*: *mysteriis* ingenio nostro altioribus desunt verba etc. Obiectio: ex ὁμοουσιος λογος sequi, vt pater dicatur λογος, quia est ὁμοουσιος λογῳ. Resp. Cyrillus: Adam fuit ὁμοουσιος

σιος filio suo, tamen hoc non sequitur etc. Ad cap. 9. parum venuste respondetur, licet per 24 quaestiones. Lib. 2. c. 1. non per participationem est in filio Spiritus S. sed ἐσιωδῶς et κατα φυσιν. 2. filius non est ἐν τοις γεννητοις. 3. deus et ex deo secundum φυσιν. 4. non per participationem ἐν υἱῳ τα τȣ θεȣ και πατρος ἰδια, sed ἐσιωδῶς et κ. φ. 5. filius, ὁ λογος και θεος, non est in numero adorantium, sed adoratur potius. 6. Non minor, ἠ κατα δυναμιν ἠ καθ' ἐνεργειαν την ἐπι τισιν, est filius patre. 7. των θεοπρεπων ἀξιωματων ἐδεν ὡς ἐκ μετοχης ἠ ἐπακτον in filio est. 8. filius parem habet cum patre honorem et gloriam. P. 123. *diues* cum esset, qua deus, γεγονε homo παντων ἐνδεης p. 125. spiritus (sanctus,) adeo filio innatus et ἐσιωδῶς ἡνωμενος, ὑπαρχων ἐν αὐτω φυσικως, ὡς μηδεν ἑτερον εἰναι νομιζεσθαι παρ αυτον, (sic persona distincta vix seruatur,) Sic per libros XII Euangelium hoc explicat. Tomi V. pars I. Thesaurus de S. et consubst. trinitate. λογοις 35. 1. de genito et ingenito; deum melius patrem vocari, quam ingenitum. 2. ἀγεννητον est σημαντικον ἐσιας; non ἐσια. 3. significat enim, τον θεον μη γεγονεναι. 4. contra eos, qui dicunt, erat, quando non erat filius etc. *Syllogismorum* multa copia, atque sententiarum SS. promiscua multitudo collecta, quae ad rem minus faciunt; e syllogismis autem alii iam alibi habentur, contra *Eunomium*, (tomo 4. in Ioh. etc.) Facile autem credimus, *Thomam*, aquin. qui ex *thesauro* in libro contra Graecos, aduocat romani episcopi eminentiam, falsum esse; licet sciamus, *Cyrillum* cum romano Episcopo eximie fecisse; sic inde a quodam tempore *alexandrini* solebant; *Cyrillus* horum agmen clausit; iam enim res multum conuertebantur. Sequuntur p. 385 *Dialogi* VIIII ad *Herminam*, A et B loquuntur. 1. quod ὁμοȣσιος και συναΐδιος ὁ υἱος τῳ θεῳ και πατρι. 2. ὁτι ἐξ αὐτȣ κατα φυσιν γεννητος. 3. ὁτι θεος ἀληθινος, sicut et pater. 4. non κτισμα nec ποιημα est. 5. τα της θεοτητος ἰδια sunt in filio φυσικως, sicut et in patre. 6. τα

της

της ἀνθρωποτητος ἰδια εἰρημενα περι τȢ υἱȢ, πρεποι ἀν μαλλον τῃ μετα σαρκος οἰκονομιᾳ, και ȣ̓κ ἀυτῃ τῃ φυσει τȢ λογȢ, (vnam enim φυσιν Cyrillus solet innuere), καθ᾽ ὁ νοειται και ἐϛι θεος. 7. de S. spiritu, quod deus sit, et ex deo, κατα φυσιν. 8. de incarnatione, και ὁτι χριϛος εἱς και κυριος. p. 679. *Marcellus* et *Photinus* negant verbum hypostatice subsistere. p. 680. ingens religionis mysterium, τȢτεϛι, χριϛον, ὁς ἐφανερωθη ἐν σαρκι, ἐδικαιωθη etc. et p. 785 *manifestatus* est in carne, cum sit deus *verbum*; iustificatus in spiritu etc. (1 Tim. 3, 16. adeo verum est, θεος non fuisse a Paulo scriptum.) P. 681. concludit: nisi verbum *est* caro, nullus ad nos *passionis* eius *fructus* peruenit; quale enim tergum praebuit etc. p. 691. ideo venit Christus, 1) vt a corruptione, της ἐπεισακτȢ φθορας, terrenum nostrum corpus liberet. 2) animam humanam peccato superiorem redderet, propriae naturae firmitate quasi tinctura quadam, βαφῃ, eam tingens. - in inferno, non deitas, quae inuisibilis est, apparuit; nec εἰς το ψυχης εἰδος ἀυτην, deitatem, μεμορφωσθαι δωσομεν, sed perinde ac iis, qui in carne adhuc versantur, ita etiam ταις εἰς ᾀδȢ ψυχαις διεκηρυξεν, ἰδιον ἐχων φορεμα, την ἑνωθεισαν ἀυτῳ ψυχην. Hoc *mysterium* simplici fide venerandum est; stulta illa interrogatio, quo modo haec fieri possunt, Nicodemo et similibus relinquenda. - Ceterum non sic loquitur, vt contra Nestorium feruentius atque intemperantius solebat; vnam tamen φυσιν semper dicit, ne διπροσωπος sit Christus. P. 701, ἡ τȢ λογȢ φυσις προσλαβȢσα humanitatem, non *est* nuda humanitas, νικωσα δε μαλλον ἰδιᾳ δοξῃ το προσληφθεν, ἐν ἀκλονητῳ σωζεται διαμονῃ της θεοπρεπȢς ἐυκλειας, sic Christum adoramus, non vero hominem, quod non liceret; p. 702, non in hominem fides nostra, sed εἰς θεον, τον φυσει και ἀληθως ἐν προσωπῳ χριϛȢ. Dialog. IX quod vnus sit Christus; contra *Nestorium*, qui recens draco dicitur, p. 716. Num sic natus est ex Maria deus, ὡς της ὑπαρξεως της ἐν ἀυτῃ και ἐξ ἀυτης μετεσχη-

χηκοτος τȣ λογȣ? Abſit, ineffabilis ὑπαρξις vnigeniti non eſt καρπος σαρκος - ſicut ἐγενετο dicitur de vxore Loti, de virga Moſis, facta eſt ſtatua, ſerpens, *naturali* mutatione - ſed p. 715. - verbum demittens ſe ad exinanitionem, pro gaudio ſibi propoſito, dedecus contemnens - voluit vt deus carnem priſtinae dignitati reſtituere - natiuitatem nobis ſimilem ὑπομειναι dicitur, permanens id, quod erat - p. 719. ſicut, cum dicimus, eum factum eſſe maledictionem et peccatum, (non rem ipſam, ἀυτοχρημα,) ita γενεσθαι σαρκα ἀυτον συνεισκρινεται, niſi caro factum eſſet, non poſſemus dicere factum eſſe Chriſtum maledictionem. (clarius haec tomo 6. p. 161.) - - Nonne enim ἐπαρατος ἠν, vt ſolueret την ἀραν? Aduerſarii p. 721. negant, verbum δευτεραν γεννησιν ὑπομειναι, ſufficere quod *ſemel* ex patre *genitum* ſit. Reſp. Igitur inſultant filio, και ȣ̓κ ορθα βεβȣλευσθαι φασιν ἀυτον, τον (λογον) δι' ἡμας κενωσιν ἐθελȣσιον ὑπομειναντα. Sic euacuatur magnum pietatis myſterium - p. 723, quia vero *corpus* γεγονε illius, qui peccare neſcit, ταυτη τοι και μαλα εἰκοτως, την της ἁμαρτιας ἀπεσεισατο τυραννιδα, και την ἰδιοτητα πλȣτει τȣ ἀφραςως (et tamen tam multa atque inuſitata omnia exponuntur!) ἀυτη, και ὡς ȣ̓κ ἐςιν (εἰδεναι aut ſimile quid videtur deeſſe,) ἑνωθεντος λογȣ, ζωοποιον ἐςι, και της θεοπρεπȣς ἐνεργειας ἐμπλεον, Atque, ὡς ἐν ἀπαρχῃ δε χριςῳ μετεςοιχειωμεθα και ἡμεις, vt ſimus corruptione et peccato κρειττονες (igitur μεταςοιχειωσιν tribuit σωματι huic Chriſti? Sic tom. 5. parte 2. p. 104, εςοιχειωσε το ἀναληφθεν εἰς την οἰκιαν δοξαν; et p. 205, ita opinandum eſt, ὁτι τῃ της θεοτητος φυσει τα καθ' ἡμας παραχωρησει. pag. 728 ſeq. deſcribitur ſententia aduerſariorum ſatis luculenter. ὁ λογος ἀνθρωπον εἰληφε τελειον την φυσιν (huc res redit) - nec dicimus duos filios etc. Reſpondet, βαβαι, της ἀσυνεσιας - - et p. 730. myſterium plane in contrarium mutabitur. Nec enim λογος θεος ὠν φυσει *ſeipſum demiſiſſet* εἰς κενωσιν - ſed contra homo ἀνεκομισθη in deitatis gloriam etc. Sic p. 777 tolletur hac ratione ἡ τȣ θεȣ λογȣ

λογȣ κενωσις. Adeo verum est, longe alio modo et *Cyrillum* et plerosque huius temporis, confinxisse sibi de persona Christi doctrinam, quam nos solemus de statu exinanitionis, cuius subiectum δεκτικον est Christus *homo*, non λογος, intelligere. p. 733. ἑνωσις dicendum, non συναφεια, nam haec etiam per virtutem et sanctificationem contingere potest; (sed non inde Christus aut σωτηρ fit.) λογος ita potuit facere, vt οἰϛη, tolerabilis, fuerit φυσις θεια, humanitati, p. 737. — p. 749, o anilem mentem, et βατταριζειν solitam? Euigilate temulenti ex vino vestro, 750. rident mysterium hoc, et ἀξιακȣϛα της ἐκκλησιας δογματα, — 754, figura et exemplum nobis est Christus (sic et parte 2, p. 83. p. 133, συμμορφοι Χριϛῳ, per sanctificationis qualitatem, et saepissime.) 756. Nestoriani etiam hominem Vnigenito coniunctum, faciunt κοινωνον των θειων ἀξιωματων, - ex istis verbis, deus meus, cur me reliquisti, sequitur et hoc, cum nos deserti essemus a deo, omnia vero in Christo facta sunt noua, Χριϛον ἀπαλλαξαι της δικης naturam humanam, et λυσαι per suam obedientiam istam desertionem, patrisque ad nos beneuolentiam deriuare — quasi diceret, p. 757. pro vniuersa natura humana: lapsus est Adam in inobedientiam — sed me δευτεραν ἐφυτευσας ἀρχην τοις ἐπι της γης, in me purgatam vides humanam naturam, largire illi benignitatem tuam, finem habeat tua ira. — (Sic parte 2. p. 106. in Christo, quatenus γεγονεν homo, omnes ἠμεν χωρις ἁμαρτιας; pag. 184, ὁλη τη φυσει humanae, συγκεκραμενος fuit Christus; et contra Anthropomorph. c. 5. ἁγνα γεγονεν ἡ ἀνθρωπȣ φυσις, cum Verbum dei homo factum est;) p. 760. ipse λογος oeconomice ἐφεις τη ἰδιᾳ σαρκι, iuit per propriae naturae leges, profecit sapientia et aetate. — Iustificata est humana natura in ipso. p. 765. excitat de Christo, Rom. 9, 5, ὁ ὢν ἐπι παντας (sic) θεος, και (sic) ἐυλογητος &c. *Cyrilli* scholia de incarnatione vnigeniti, p. 779-804; textus graecus non totus superest; *Marius Mercator* plura latine vertit. p. 802, cur deus

qui eſt *ἀχωρητος*, in vtero virginis *comprehenſus eſt?* quia voluit humanum genus redimere. Ceterum non vna eſt diſciplina, ſed varium deſcribendi genus, quo de re eadem vtitur, vt vix multo labore effici queat, quid tandem, poſt toties mutatum loquendi et opinandi modum, tenuerit *Cyrillus;* tantum abeſt, vt ſalubrem doctrinae chriſtianae vim in iſtis quaeſtionibus comprehendi ſtatuere queamus. Tomi V. pars 2. Homiliae 30. de feſtis paſchalibus. Saepiſſime redit, Chriſtum peruium hominibus caelum feciſſe, et apud inferos dixiſſe, Ieſ. 49, 9. *Exite*, reuelamini, (et *τον της πιςεως λογον* praedicaſſe, vt p. 125.) p. 202. *Athanaſius*, *ὁ της ὀρθοδοξης πιςεως κανων*. Non raro, vt p. 122. filium dicit *συνεδρον* et *συνθρονον* patri; p. 154 ſeq. contra immites et atroces *μνησικακȣς* inuehit, atque ita, vt mirum ſit, eum ſe ipſum non melius nouiſſe. Homil. XII. multa contra Arianos, de genito et ingenito, non eſſe *ȣσιας* nomina. — p. 234. ignorauit diabolus, Chriſtum ſponte mortuum eſſe; opinatus eſt, nunc ſe omni cura liberatum; Pag. 350 ſeq. exſtant *Homiliae diuerſae.* Pag. 355. Homilia *Epheſi* dicta; laudibus in Mariam temere abundans; ſed longe ineptius eſt encomium Mariae, pag. 379 ſeq. Salue Maria *deipara*, centies redit. Pag. 370. in coenam myſticam; in qua inuehit in eos, qui *eremeticum* colobium induti ſunt, a quibus cauere nos iuſſit dominus; ſolitarii lupi. S. caena eſt participatio *immortalitatis*, p. 378. p. 391. dicit: Maria ignorauit, fore, vt Chriſtus ex mortuis reſurgat; *Origenes* primus hoc dixerat. Iſtae *Homiliae*, ob nominis celebritatem, olim ab aliis Epiſcopis ſolebant populo recitari, vt narrat *Gennadius.* Sequuntur *Epiſtolae*, p. 1-212. in quibus non pauca ſunt, quae ad hiſtoriam *Neſtorianarum* litium pertinent; inſunt autem et *aliorum* auctorum *epiſtolae.* Pag. 135. contra *Diodorum*, Neſtorii praeceptorem, quaedam affert *Cyrillus* (p. 195. contra *Diodorum* et *Theodorum;*) p. 197. in eccleſiis clamatum fuit inter orientales, creſcat fides *Theodori;*

alii

alii autem *ab imperatore poscebant*, vt eius scripta anathematizarentur, p. 199. Pag. 144, excitat *Rom.* 9, 5, non considerant, quod ipsum secundum carnem Christum, και κυριον δοξης, θεον ἐυλογητον εἰς τȣς αἰωνας και ἐπι παντα (non παντων,) Paulus dixerit; p. 148. autem sic excitat, ea serie, vt hodie legitur. Sequitur *Cyrilli*, de recta in dominum nostrum Iesum Christum fide, ad *Theodosium* imper. et *reginas*. Latina translatio hic non satis fida est, quae et alibi solet addere, quae in graeco non sunt, catholicam scilicet sententiam clarius proditura. Pag. 17, postquam aliorum de ipso *scopo* incarnationis opinionem reiecerat, addit ipse: ideo, vt 1) terrenum nostrum corpus vita propria per oeconomiam illi immissa, corruptione liberaret, 2) animam, cum eam propriam fecisset sibi, ἐγκαταχρωσας ἀυτῃ της ἰδιας (diuinae) φυσεως το πεπηγος και ἀτρεπτον, redderet ἁμαρτιας κρειττονα, (eadem iam alibi exstant; tandem *omnino reperimus*, hoc opusculum, *de recta fide*, esse eandem fere scriptionem, quae antea *dialogus* 8. dicebatur, tom. 5. parte 1. Adeo omnia conueniunt, licet forma *dialogi* non hic habeatur.) το της θεοτητος ἀσφαλες ἐρηρεισμενον, ὡς ἐν μεθεξει και κατα χαριν, εἰς ἁπαν ἠδη το ἀνθρωπινον γενος παραπεμψει. Haec nisi *physicam* gratiam secum ferrent in omne humanum genus immissam per animam humanam Christi, ferri possent; sed nullo iure vtitur *Cyrillus*, quod suo ingenio solus vti audet, et aliis ea imperat, quasi Apostolorum traditionem, quae reperit, et quae de descensu ad inferos, et concione, quam *anima* Christi ibi animabus proposuit, cum aliis multis commentus est. Liber ad *reginas* pag. 48 seqq. recenset patres, qui Mariam θεοτοκον dixerunt; *Athanasium*; *Atticum*, (sed hic eo nomine non vsus est; rem colligit *Cyrillus*;) *Antiochum* ep. ἡ ζωοτοκος, καλλιοτοκος, ἡ ἐλπιδοφορος, θεοτοκος, παρθενομητωρ. (His tandem studiis Apostolos facile superarunt inuenusti episcopi;) *Amphilochius*, icon. *Ioh. Chrysostomus*, *Seuerianus*, *Vitalius*, isto nomine similiter

liter non vsi sunt; ex re colligit *Cyrillus*, quod isti non fecerunt. Quod deus sit Christus ἑνωσει τῃ προς τον θεον λογον, εἰς την αὐτȣ δοξαν ἀναβαινοντος καὶ τȣ προσληφθεντος ναȣ, p. 55. Congeruntur sententiae ex Epistola ad *Romanos* &c. Ordo Euangeliorum est, Matth. *Iohannes*, Lucas, Marcus, vt in *Blanchini* euangeliario; ista et plura alia, habentur omnia in *Commeliniana* editione, πρακτικων Synodi *Ephesinae*, licet nemo notaverit. Facile autem inuenustae glossae, quae semper adduntur, aegrum animum produnt. *Tomus* VI. continet libros V. contradictionum aduersus *Nestorii* blasphemias; inseruntur Homiliarum *Nestorii* quaedam partes. *Nestorius* p. 17: mater corpus parit, sed deus animam tribuit, non est ψυχοτοκος, igitur nec Maria est θεοτοκος p. 19. *Iohannes* baptista fuit in vtero plenus spiritu S. atque edidit Elisabet puerum habentem Spir. S. sed non fuit πνευματοτοκος. p. 21. Si duae sunt generationes, duo sunt filii; (adeo falsum est, *Nestorium* dixisse 2. filios) p. 29. de nomine, *deipara* apud me non est inuidia; modo ne virginem quis faciat θεαν. Pag. 33. *Ariani*, *Apollinaristae*, studuerunt inducere nomen *deipara*, vt facta *mixtione* et duabus naturis non distinctis, — p. 36. nomina, Christus, filius, dominus, 2. naturas significant. Paulus Gal. 4. non dicit, Verbum factum esse sub lege; (*Cyrillus* affirmat;) p. 44. Christus, (concretum) non admittit διαιρεσιν, non habemus 2. Christos, 2. filios, sed diuinitas et humanitas admittunt διαιρεσιν; ille vnus, ὁ εἱς est διπλȣς (*Cyrillus* autem in Epist. ad *Nestorium*, et in apologia anathem. 4, non est διπλȣς ὁ εἱς, licet ἐκ δυο νοειται) non dignitate, sed τῃ φυσει, sic et pag. 47. Verbum non facit aliquid sine humanitate, pag. 50. 51. *Cyrillus*, p. 55. deum ὀντα κατα φυσιν — in sublimi posuit pater; ἀδοξησας δια μεσȣ (deus hic, λογος) γεγονε παλιν ἐν οἱς ἀει και ȣσιωδως ἠν ὑψωμασιν, ad ipsum λογον refert exaltationem, vt exinanitionem. *Nestorius* haud dubie non parum melius explicat. Pag. 63. *Cyrillus*:

Verbum

Verbum seipsum pro nobis et *nos δὲ ἑαυτϛ και ἐν ἑαυτῳ ανατιθεις* deo et patri, sacerdos dicitur. Sed *Nestorius* negat nomen *Apostolus* et Pontifex, a Paulo tribui *Verbo;* dicit, si deus est, qui offert, nullus est cui offertur. Respondet *Cyrillus* p. 66, nemo est tam stupidus, vt diuinitatis ϛσιαν existimet pontificem. Nos dicimus, verbum hominem factum ἱερϛργησαι et sibi et patri, της πιϛεως ἡμων την ὁμολογιαν, et dignam gessisse oeconomiam. P. 93, humana natura in Christo τετηρηκε το απαραβατον, et tamquam ἐν απαρχῃ δευτερα τϛ γενϛς, apparuit a peccati vulnere integra. Pag. 97. efficiuntur omnia *a* patre *per* filium *in* Spiritu — pag. 103. citat *Nestorius* 1 Tim. 3, 16. sine Θεος, *in spiritu* ἐδικαιωθη, (per Spiritum S.) sicut dicit, *in spiritu dei* eiicio daemonia. Hic, si Θεος exstabat iam in graecis libris, *Cyrillus* non poterat non admonere, sed in responsione plane admittit istam expositionem, addens: Christum ad hominum adhuc infirmorum sensum se componentem, licet sciret se deum esse, tamen spiritum dei nominare; Pag. 113. clare dicit *Cyrillus:* Verbum corpus suum reddidit *viuificum*, vt nos ἑαυτϛ participes faciat, spiritualiter et *corporaliter* αγιαζομεθα, et *viuificamur* — pag. 116. oblitus es, minime diuinitatis φυσιν esse id, quod propositum est in sacris mensis ecclesiarum, sed ἰδιον σωμα τϛ ἐκ πατρος φυντος λογϛ, (non τυπος et αντιτυπος locum habet ex *Cyrilli* sententia.) Inusitata autem occurrit lectio *Galat.* 2, 20. p. 221, quam his verbis *Cyrillus* excitat, ἐν πιϛει ζω, ἐν σαρκι τη τϛ υἱϛ τϛ θεϛ &c. non enim την ἰδιαν διαζωμεν ζωην, sed την Χριϛϛ μαλλον. p. 223, in nobis est Christus, *per suam carnem* viuificam et per participationem sanctitatis ipsius. P. 127. cui conuenit *humiliari?* ei, quod *sublime est. Euacuari?* quod plenum est; haec summae φυσει, λογῳ conueniunt. Sic *Cyrillus* semper, non neglecta *dispensatione, oeconomia;* quod nomen fuit omnino a vetustis semper vsurpatum, sed ab ipsis repertum, quia sequebantur longe aliam ἐννοιαν, quam alii postea. P. 145-156.

 Expla-

Explanatio XII. capitum, Synodi iussu a *Cyrillo* scripta. Hic p. 148. excitatur 1 Tim. 3, 16. *deus* manifestatus est &c. sed nomen illud non olim adfuit; sequitur enim statim: τι ȣν ἐςι το ἐφανερωθη ἐν σαρκι, τȣτ᾽ ἐςι γεγονε σαρξ; ὁ ἐκ θεȣ πατρος λογος; Non κατα μεταςασιν &c. p. 157. *Apologeticus* pro 12. capitulis, ad orientales Episcopos. p. 167. excusat *Cyrillus*, quod φυσικην ἑνωσιν dixerit, idem esse ac ἀληθη, vti Ephes. 2, *natura* filii irae, ἀληθως. Pag. 204 seq. *Theodoreti* reprehensio 12. capitum et *Cyrilli* defensio. *Apologeticus* ad Theodosium p. 241 seq. Sequuntur libri X. contra *Iulianum* τον ἐν ἀθεοις. Pag. 363. liber contra *Anthropomorphitas*; p. 365. quidam opinantur, mysticam ἐυλογιαν, si quid in alium diem remaneat, nihil iuuare ad sanctificationem; insaniunt; non enim mutatur Christus nec sanctum eius corpus μεταβληθησεται, sed ἡ της ἐυλογιας δυναμις et ζωοποιος χαρις *semper est in illo.* Cap. 4. etiam angeli sunt ad imaginem dei, si haec spectatur κατα την ἐξ ἀρετων ἰδεαν, (falso inscribitur, aduersus eos, qui hoc dicunt) Cap. 5. de discrimine κατ᾽ εἰκονα et καθ᾽ ὁμοιωσιν. Cap. 6. quidam dicunt, non ad dei et ἀρχετυπȣ, sed ad imaginis imaginem nos creatos esse; probabile est, nos, qui filii dei appellandi eramus, ad filii imaginem creatos fuisse. Cap. 8. Non punimur, quasi cum Adamo inobedientes fuissemus, ὡς συν ἐκεινῳ της ἐντολης παρακȣσαντες, (nihil sciuit de *imputatione;*) sed, quia ipse iam post peccatum mortalis, transmisit in progeniem suam την ἀραν, (mortalitatem,) hanc Christus soluit; in eo enim exuit humana natura mortem; pater autem meus, etsi sanctificatus ipse, hoc donum non transmittere potest in progeniem suam; vnus enim est, qui omnes ad incorruptionem ducit, Christus. Cap. X. per Christum aliquid adiectum est humanae naturae; Adam habuit ἐπιτηδειοτητα προς ἀναληψιν ἀρετης, sed non in eo fuit ἐνεργεια, nos vero per Christum κατ᾽ ἐνεργειαν sancti et ἀυτοις τοις κατορθωμασι illustres. Cap. 11. eradicare ἐμφυτον ἐπιθυμιαν

θυμιαν της σαρκος non contingit, δυνατον autem, νηφει non sinere eam καταθρασυνεσθαι τȣ νȣ. C. 12. δωρον seu προσφοραν tantum in ecclesiis orthodoxorum licet offerre. C. 13. deus non potest efficere τα ἀτοπα, quae inuoluunt mendacium, e. g. meretricem facere virginem. C. 16. *Lazarus*, sicut Hebraeorum habet παραδοσις, illo tempore fuit pauper Hierosolymis. C. 17. Postquam *filii dei*, i. e. eius, cui *deus* cognomen erat, *Enosi*, filias hominum, i. e. *Caini*, respexerunt; indignatur deus, fecit, vt monstra deformia parerent, gigantes. Stultum autem est opinari, daemones, incorporeos, γυναιξι misceri. Sciendum est, quaedam exemplaria (των LXX, monet enim *quatuor* posteriores interpretes legere, filios δυναςων) legere *angeli* dei, est autem παραγραφη, ἐξωθεν τιθεμενη. Vera scriptura est, υιοι τȣ θεȣ. c. 18. Dicunt quidam, cum filius in terra praesens fuit, ὁτι κεκενωτο πασα υἱοτικη ὑποςασις ἐκ τε των ȣρανων, και ἀυτων των πατρικων κολπων, adfuisse autem filium patri secundum ἀξιαν et ȣσιαν, nec enim συναπτεον εἰναι ὑποςασιν ὑποςασει, (in trinitate, sed aliam esse extra aliam) c. 19, contra eos, qui dicunt, vnigenitum caelos diuinitatis suae vacuos reliquisse, cum homo factus est c. 20. qui affirmant, ὁτι ȣ χρη κοινοποιειν την σαρκα τη θεοτητι, in miraculis patratis. 21. qui dicunt, ὁτι ȣκ ἀνεληφθη cum carne sibi vnita; alii, quod assumtum corpus sanctae trinitati commistum sit. c. 22. per propriam carnem miracula edit Verbum. 23. an fieri potuerit, vt Christus peccaret. Si omnium malorum προξενος γεγονεν ἡ ἁμαρτια, ergo et ἡ ἐν Χριςω δικαιωσις δι ὑπακοης εἰσβαινȣσα, erit abolitio των συμβεβηκοτων. 24. cur non statim ab initio apparuerit dominus, sed ἐπ ἐσχατων των χρονων? — donec natura, quicquid in se mali habebat, totum patefecit. Sed cur supersunt caedes, adulteria? — caput draconis amputauit Christus, τȣ κατοπιν ἑλκȣ ȣδενα πεποιηται λογον, motum in bellua relinquens, εἰς ἀφορμην γυμνασιȣ. c. 27. *Zacharias* non arcuit Mariam ab

eo templi loco, qui virginibus ex lege designatus erat; locus erat inter altare et templum; ob testimonium de partu Zacharias hic occisus fuit. Liber de SS. trinitate, *Cyrilli* esse non potest; tam clare loquitur de *duabus voluntatibus.* Tandem συναγωγη των ἀναγωγικως ἑρμηνευομενων ex V. T. ex *Cyrilli*, *Maximi* et aliorum ἐξηγητων scriptis; per ordinem librorum sacrorum. P. 34. baptisma habet fidem resurrectionis seruatoris, quae fuit die tertio, et eius aduentus, *qui est futurus* κατα την συντελειαν τȣ ἑβδομȣ αἰωνος. (Sed aliter *de adoratione* in Spiritu et veritate lib. 8. p. 274, venit Christus ἐπι συντελεια τȣ παροντος αἰωνος, secundum scripturas; finis hebdomadae Sabbatum; solet scriptura τȣ ἐνεϛηκοτος αἰωνος συμπαν διαϛημα hebdomadi computare. *Octauus* dies nouum quasi αἰωνος initium affert per Christi resurrectionem.) P. 42, qui inuenitur effodiens την ἐκκλησιαν, *vt furetur animam, si quis forte interfecerit*, non est reus caedis, *quod attinet ad legem ciuilem.* P. 46. Homo factus est Christus τον πεμπτον καιρον, vt prius tractatum est in subtili de Pascha θεωρια, in libro *Leuitici;* surrexit autem octauo die. (Ista de *quinto tempore* etc. habentur libro 8. de *adoratione in Spiritu* pag. 277.) Nos quidem non poenitet tantum operae impendisse recensioni operum *Cyrilli*, quae merentur profecto diligentem eorum operam, qui historiae dogmaticae et exegeticae liberalius sunt dediti; vix enim adhuc videntur eruditi haec volumina attentius tractasse; nec lectores pigebit ista velut speciminis loco, percepisse. *Deperdita* recenset *Caue*, libros 3. contra *Diodori* et *Theodori* excerpta, a *Proclo* collecta; *Gennadius* nominat, de *Synagogae defectu* (is haud dubie est pars illa γλαφυρων in Leuit. lib. I. de *Synagoga*, ὁτι συνεβη πεσειν, pag. 358-369.) *Liturgiam* Cyrilli nomine, ex *arabico* a Victorio *Scialagh* latine editam; cum aliis minoris momenti fragmentis commemorare, non est operae pretium.

Iosephus christianus, (incertus auctor) ὑπομνηϛικȣ, exigui ad nos vsus; *Eudocia*, *Theodos.* coniux, heroicis

cis versibus *Metaphrasin* in *Octateuchum*, *Zachariam*, *Danielem* composuit; et *centones Homericos*, affectos, (*Pelagio*, patricio, auctore) absoluit; qui supersunt. *Theodoritus*, Antiochenus; e clerico monacho, *Cyri*, in *Euphratesia* Syriae prouincia, episcopus, (800 παροικιων, vt ipse indicat epistola 113 ad *Leonem*, rom.) *Cyrilli* et *Ephesinae* Synodi celeberrimus aduersarius, in ληςρικη a *Dioscoro* sede sua indignus habitus, quam infamiam etiam sub *Iustiniano* post mortem expertus est, vir integerrimi animi, eruditionis autem eximiae, inter interpretes SS. facile princeps. In plerosque libros V. T. supersunt *quaestiones*; in *prophetas* commentarii, excepto *Ezechiele*; (cuius nihil superesse videtur,) in *Iesaiam* tantum *Epitome* seu excerpta collegit *Sirmondus* ex catenis; *Sirmondi* editio tomo 2. prophetas, tomo *primo* ceteros V. T. libros complectitur, et *Psalmos*; (multa e *Chrysostomo*, nisi ambo *ex alio* habuerunt;) in *Canticum* non videtur esse huius auctoris, vt *Garnerius* notauit, in *auctuario* tom. I. operum *Theodoreti*; quo opusculo vix carere potest, qui accuratius historiae ecclesiasticae magnam partem, quae ad concil. *chalcedonense* et eius tractum pertinet, perspicere voluerit. Tomo 3. *Sirmondi*, parte 1, habentur commentarii in *Pauli* epistolas omnes 14; defuit autem in codice Msto. pars illa, quae pertinet ad Galat. 2, 5–15, reprehensionem *Petri*. Hic codex cum fuerit ex *Mediceo* descriptus, haud leuis suspicio oritur, locum a Pontificis rom. adulatoribus mala fide decurtatum esse; *Caue* recte miratur, *Garnerium* ne γρυ quidem hic proferre; nos autem antea pag. 279 *Gelasii* aliam satis apertam sententiam de *Petri* ista inscitia, attulimus. Parte 2. histor. ecclesiastica, libris 5. ab *Ario*; *Philotheus* seu histor. *ascetarum* XXX. et epistolae 147 continentur. In *Philotheo* cap. 5, *de Publio*, narrat, in eius monasterio monachos alternis choris, *graeca* et *syra* lingua, laudes deo cecinisse; ceterum mira atque inusitata multa satis fidenter narrat *Theodoretus* de *ascetis*, et eo fere delabitur, vt putet, eum, qui ista

non credat, nec credere hiſtorias biblicas. *Epiſtolas quingentas Nicephorus* ſe habuiſſe narrat; multae igitur perierunt; ex his, quae ſuperſunt, quaedam hiſtoricae, (vnde conſtat, *Dioſcorum* ideo infenſum fuiſſe, quia *Theodoreto* tribuebat, per eum accidiſſe, vt *Antiochenus* praeſidentiam *Conſtantinopolitani* agnouerit, *Garner*, p. 223.) aliae *heortaſticae*, aliae dogmaticae, aliae familiares. Tomo IV. habetur *Eraniſtes*,, ſeu polymorphi libri 4, haereticar. fabularum libri 5; de prouidentia, ſermones X; de affectibus graecanicis curandis, lib. 12 et appendix. *Eraniſtes* conſtat 3 dialogis, (*immutabilis*, *inconfuſus*; *impaſſibilis*) *quartus* liber conſtat *ſyllogismorum* in eamdem rem congerie. Sed non deſunt, qui magnopere dubitant de iſtis libris. In libris *haeretic. fabularum* poterat nobis longe vtiliora transmiſiſſe, licet nec his carere poſſimus. Non meminit *Origenianorum*, *Pelagianorum* aut *Caeleſtianorum*, haud dubie, quia *Theodorus*, Mopſueſt. tenuit hanc diſciplinam. *Contra Graecos* ſcripſit aliis ſtudioſius; ſcriptores plures, quam centum excitauit; *Cyrillus* certe contra *Iulianum* longo interuallo remanet. In *appendice*, oratio de caritate; liber ad *Sporatium*, contra *Neſtorium*; epiſtola ad *Iohannem*, epiſc. *Germaniciae*; argumenta librorum 27 aduerſus *Eutychianos*, et reprehenſio anathematismorum *Cyrilli*; e quibus ſunt quaedam ſpuriae ſcriptiones, de quibus *Garnerius* egit pluribus p. 249. idem de deperditis, p. 253, in quibus ſunt, quae fere eodem argumento conſtant, ac *Theodori* antioch. atque eſt non parum probabile, nomina iſta a librariis iam olim confuſa, et vel dedita opera *Theodoreti* nomen praelatum fuiſſe. E *Pentalogio* contra *Cyrillum* et patres *Epheſinos* ſuperſunt quaedam fragmenta; *Dialogos* adverſus *Arianos*, *Macedon.* et Apollin. vindicatum iuit *Garnerius Theodoreto*; *quos Athanaſio* et *Maximo* quidam antea tribuebant. De *Fide Theodoreti* collegit idem *Garnerius* diſſertationem tertiam p. 457 - 492 ſed poterat minus verboſe longe vtilius et clarius illa dogmatica cauſſa tractari.

Io-

Iohannis, antiocheni, supersunt *epistolae* quaedam in caussa *nestoriana*. *Nestorii* supersunt et *epistolae* quaedam et *Homiliae*, ex translatione latina *Mercatoris*, et incerti auctoris; sermonum plurium fragmenta *Cyrillus*, *Marius Mercator*, et concil. *Ephesinum* ad nos transmisit; non sine ratione credit *Garnerius*, aliorum nominibus inscriptas homilias *Nestorii* superesse; quidam certe *Chrysostomi* nomine iam innotuerunt; duas *Athanasii* nomine a *Cotelerio* editas Auctuario bibl. patr. tom. I. editas 1648. *Nestorii* esse suspicatur Garnerius. Poterant eruditi ex *haereticorum* numero tandem vindicare *Nestorium*, quibus *Cyrillus* profecto multo magis profuit. *Meletii*, Mopsuest. post *Theodorum*, episcopi, (qui pati non potuit, Iohannem *ant.* cum *Cyrillo* in concordiam rediisse, ideo tandem sede sua deiectus,) supersuut epistolae XI inter *Ephesinas* a *Lupo* 1682. 4. *Louanii* editas; et a *Garnerio* in *auctario* pag. 549 seqq. *Theodoti*, ancyrani, exstant parum frugiferae quaedam *Homiliae*; expositio symboli Nicaeni, contra *Nestorium*; perierunt *tres* libri de Spiritu S. et plures homiliae. *Acacii*, qui ex *asceta* tandem Beroeensis episc. factus est, in *Cyrillum* multo magis, quam in *Nestorium* censor acris, quo *Theodosius* multum vsus est consiliario, supersunt tres *epistolae*. Alius *Acacius Melitines* in *Armenia* secunda ep. Cyrilli vehementissimus defensor, (vt deitatem etiam *passibilem* dixerit, quod *mysterium* nouum recte exagitat *Eutherius*, tyanensis, pag. 701 seq. *Garnerii* auctuar.) auctor *Homiliae Ephesi* habitae, et epistolae ad *Cyrillum*. *Dorothei*, martianopolit. ep. *Moesiae* secundae metropol. 4 epistolae supersunt, inter *Ephesinas Lupi*. *Alexander* Hierapol. *Euphratesiae* primas, Nestorii defensor acerrimus, eius habentur epistolae 23. Similiter habentur tales Epistolae in *Ephesina* caussa, *Maximini*, ep. *Anazarbi*; et *Helladii*, ex monacho *Tarsensis* ep. etc. *Eutherius*, tyanens. Metropolita, *Cyrilli* fortis aduersarius, atque ob eam rem tandem in exilium missus; eius supersunt epistolae 5, et sermones *graeco* latini, 17, (olim

falso

falſo in *Athanaſii* editione; etiam a *Photio* per errorem voluminis, in quo medio exſtabant, *Theodoreto* tributi,) qui ad locum dogmaticum de vna natura praecipue pertinent; graecolatine in *Garnerii* auctuario; ingenii δεινοτητα oſtendunt. *Paulus* epiſc. *Emeſenus*, qui tandem pacis auctor inter *Cyrillum* et *Iohannem* Antioch. exſtitit; reliquit de *fide libellum*, 2 *Homilias*, Alexandriae habitas, inter acta Concil. et Epiſtolam. *Rheginus*, *Conſtantiae* in Cypro ep. αὐτοκεφαλον ſuam eccleſiam contra *Antiochenorum* praeſulum ſtudia tutatus, (p. 240 ſq.) eius ſupereſt *Homilia Epheſi* habita. *Andreas*, ſamoſat. ep. contra *Cyrilli* capita Orientalium nomine ſcripſit, fragmenta ſuperſunt apud *Cyrillum* in Apologetico aduerſus orientales. Hunc librum *Andreae* Orientalium ſubſcriptione munitum *Poſidonius* diac. Alexandriam pertulit. Sunt et inter *Epheſinas* epiſtolae eius *octo*. Incerti loci et temporis, huius tamen ſeculi haud dubie, eſt *Adrianus*, *Iſagoges* auctor in SS. *Proclus*, Conſtantinop. poſt *Maximianum* ep. ab anno 434. Superſunt 20 *Homiliae*, in *Combefiſii auctuario*; τομος, ſeu epiſtola ad *Armenios*, de fide, contra *Neſtorium*, ſaepe edita; incipit de humili indole *quatuor virtutum* inter ethnicos; de praeſtantia *fidei*, *ſpei*, *caritatis* apud Chriſtianos — cum lex *naturalis* obſoleta ſordeſceret, et *ſcripta* praeuaricatione torpeſceret, *prophetae* quoque ſicut homines, admonerent, ſed ἐξαρπασαι τȣ χειρονος non poſſent: αὐτος ὁ θεος — λογος ἐλθων ἐσαρκωθη — ἐκτισας μεν της ἁμαρτιας το Χρεος, dum pro omnibus, vt homo, mortuus eſt; euacuans autem poteſtatem mortis habentem i. eſt diabolum, ὡς μισοπονηρος θεος — naturae reddidit primam ἐυγενειαν — confitemur, deum Verbum, τον ἑνα της τριαδος incarnatum — *ſicut nouit* deus verbum σαρκȣται - και ȣ̔τω σωζει παν το ἀνθρωπινον γενος. — Rom. 9, 5 luculentius, quam ante eum alius, ad Chriſti diuinitatem transfert, ὁ ὢν ἐπι etc. - ἐχοντες ȣ̓ν χριςον και ὀντα θεον και ἐυλογητον. Superſunt paucae aliae *Epiſtolae* et de *traditionibus Miſſae*

diuinae

diuinae liber. *Simeon*, *stylitarum* primus, plures *Epistolas* olim scripsit, e quibus vna superest apud *Euagrium*, qui et aliarum meminit. *Eusebii*, qui ex scholastico Augustae, (*Nestorio* iam sic publice contradixit) *Dorylaeensis*, in *Phrygia* Salutari, episcopus factus est, supersunt, *aduersus Nestorium contestatio*; aduersus *Eutychen*; aduersus *Dioscorum*, et epistola ad *Marcianum*. *Basilius*, *Seleuciae* in Isauria metropolita, in λη϶ρικῃ a priori sententia dimotus in *chalced.* depositus, sed et restitutus; eius feruntur *orationes* 43. in V. T. 17. in N. 26. Incerta sunt, demonstratio contra Iudaeos; spurii autem libri 2 de vita S. *Theclae*. *Euthalii*, quem *Sulcensem* (an fuit, ὁ λυκȣ, Lycopoleos?) ignoti loci, episcopum faciunt quidam libri; supersunt ἐκθεσεις κεφαλαιων *Actuum* apost. *Catholicarum* et *Paulinarum*, epistolarum, ad *Athanasium* alex. ep. a. 490, cum *prologis*, et ὑποθεσεσι, atque recensione testimoniorum V. T. Edidit optime, cum antea per partes parum sinceras haberentur, *Zacagnius*, in monumentis eccles. graecae. Opusculum vtilissimum ad rem *Criticam*; vsus est enim libris e *Caesariensi* palaest. bibliotheca. *Gelasii*, Cyzic. a patria, Caesar. Palaest. episc. historia ecclesiastica, seu concilii *nicaeni*, libris 3 superest; tertii tamen historica narratio, de *Constantino* ipso, quem sub mortem a catholico baptizatum scripserat, (*Photii* cod. 88.) hodie deest. *Sabae*, Magnae *Laurae* tandem praefecti, *typicum*, seu ordo officii ecclesiastici per totum annum; (*Allatii* differt. de lib. eccles. graecae). Aduersus *Petri Fullonis* additionem ad *trisagium*, exstant episcoporum *Epistolae*; (quos tamen *Valesius* genuinas esse negauit, in dissert. de *Petro Fullone* ad tomum 3 histor. eccles.) quos inter *Iustinus* quidam e *Sicilia*, quem *Dodwellus* putat auctorem *quaestionum* ad *orthodoxos*, quae inter *Iustini* M. opera edebantur. *Aeneae*, Gazaei, e Platonico Christiani, *Theophrastus*, seu de immortalitate animae. Confessores hic narrat Africanos, licet lingua exsecta fuerit, se Constantinopoli loquentes audisse, et vidisse eausam

ſam linguam, quod eſt *mendacium* non vno nomine putidum. *Athanaſio*, iuniori, alex. epiſc. poſt *Petrum* Mongum, tribuunt quidam *Synopſin* SS; *Caue* etiam *Syntagma* doctrinae; bina opuſcula, de *incarnatione* dei, et *quaeſtiones* et *reſponſiones* ad *Antiochum*, maiorem certe partem, huic putat adſcribenda eſſe. Inepta autem narratio, de paſſione imaginis Chriſti Berytenſi, quam *Nicaeni* ſecundi concilii patres magno illi *Athanaſio* tribuere auſi ſunt, non ſine impudentia: nec huic conuenire ſtatuit.

Ex *aſcetis* eminuit *Marcus* ille ἀσκητης, inter *Nitrienſes*, cui angelica manu nugabantur Euchariſtiam ſemper porrectam fuiſſe (*Sozomen.* 6, 29.) Eius octo *opuſcula* graeca recenſuit *Photius* cod. 200. fere eadem, quae graece (*latine* ſcribit a *Io. Pico* reddita eſſe, *Caue*) *pariſiis* 1563 in 8, cum aliis *Nicolai* et *Heſychii*, excuſa ſunt; ex iis poſſunt ad hiſtoriam dogmaticam non pauca colligi; *Heraclidis* paradiſum iam in *Palladio* nominauimus; *Nilus*, qui ex Praefecto CPL. *nitrienſis* monachus factus eſt, et tandem presbyter, auctor multarum, niſi nomina commixta, ſcriptionum; capita paraenetica 229; de octo cogitationibus vitioſis; de oratione capita 153; *Epicteti Enchiridion* contractum et interpolatum, (non parum enim conveniebat *ſtoicorum* diſciplina;) *Epiſtolae* multae, et plura alia, per *Petrum Poſſinum*, et *Leonem Allatium* (de claris *Nilis* Romae 1668.) atque Ioſephum Mariam *Suareſium* (Romae 1673.) edita; expoſitio in canticum, inter *Nyſſeni* Gregorii, *Maximi* et *Pſelli* expoſitiones. *Diadochus*, *Photices* in veteri Epiro ep. auctor capitum 100 de perfectione ſpirituali, definitionum X. de virtutibus; aliquoties edita ſunt. Recenſuit *Photius* codice 201, qui et *Nili* et *Ioh. Carpathii* (capitum centum ad monachos *Indiae*) ſimul meminit. *Theoctiſti* cuiusdam feruntur et ſimiles ſcriptiones, ſed minus certi auctoris.

Hiſtorici graeci huius ſeculi fuerunt, *Anianus* et *Panodorus* Aegypti monachi, quorum *Georgius* Syncellus

lus aliquoties meminit, sic, vt *Aniani* opus alteri praeferat; perierunt. *Philippus*, Sidetes, Sidensis, dictus; qui post *Attici* mortem cum *Sisinnio* de sede CPL. contendit; scholam alexandrinam *Siden* transtulit; auctor historiae christianae a mundo condito, nimis copiosae, (*Photius* cod. 35. *Socrates* 7, 27.) e qua fragmentum superest, de scholae Alexandrinae successoribus, adiectum a *Dodwello* dissertationibus in *Irenaeum*. *Philostorgii*, Eunomiani, histor. ecclesiastica, in *Arianos* studiosior, vt *Photius* iudicat, periit; supersunt *Eclogae Photii* cod. 40 et pauca fragmenta, satis vtilia. *Sabinus*, Heracleae in Thracia ep. *Macedonianus*, confecerat συναγωγην των συνοδων, quam aliquoties excitauit *Socrates*; de *Nicaenis* patribus parum honorifice locutus est. *Irenaei*, e comite *Tyri* ep. historia *Ephesini* concil. periit. *Socrates*, auctor historiae eccles. a *Constantino* M. ad 439, quae poterat aliis exempli loco esse; adeo diligenter iudicio vsus est. Hermias *Sozomenus*, scholasticus et ipse, histor. eccles. a Christo mortuo ad annum 323, libris 2, qui perierunt. Inde vsque ad a. 440 libris 9, *Theodosio* nuncupatis superest nobis. *Socrate*, etsi non stilo, iudicio tamen non parum inferior. *Zacharias*, rhetor, *histor. eccles.* a *Marciano*, seu 450, ad *Anastasium*, seu a. 491; quem *Euagrius* saepe excitauit; periit. *Malchi*, Sophistae *byzantini*, historia a *Constantino* M. ad *Anastasium*, citatur adhuc a *Suida*; *Photius* cod. 78 vidit a *Zenone* ad *Nepotis* mortem. *Candidum*, historiae, a *Leone* ad *Zenonis* mortem, auctorem referunt in finem seculi; excerpta tantum apud *Photium* cod. 79 supersunt. E gentilibus *Olympiodorus*, legatus ad Hunnos, auctor historiae ad *Theodos.* iuniorem, ab a. 407-425; *Photius* cod. 80. *Zosimus*, Comes, ἐξαποφισκοσυνηγορος, auctor librorum 6, ab *Augusto* ad Romam iterum ab Alarico captam, et *Attalum* ab eo rursus deiectum; *Photius* c. 98. Christianos contra eum defendit *Nicephorus* Call. lib. 16. c. 41-44. Plurium aliorum scriptorum, e christianis, quorum superest nihil, et

et scripta fuerunt mediocria, inire numerum, non videtur operae pretium.

II. *Latinorum* scriptorum breuis recensio.

Chromatius, aquileg. presbyter, *Ruffini*, etsi minus *Origenis*, patronus; supersunt tractatus in caput Matth. V. et partem sexti; vsus est *latina* vetustiori versione. *Innocentii* primi rom. ep. nomine olim plures epistolae spuriae ferebantur; 27 inseruit tomo I. concil. *Harduinus*, e quibus iam antea quaedam excerpsimus. Aurel. *Prudentius* Clemens; scripsit ψυχομαχιαν, καθημεϱινα, s. hymnos diurnis actibus conuenientes; πεϱι ϛεφανων, ἀποθεώσιν, ἁμαϱτιγενιαν, contra *Symmachum* et gentilium cultum, lib. 2. *Gennadius* et διττοχαιον ei tribuit, seu *Enchiridion* V. et N. T. periit commentar. in *Hexaemeron*. Praeter *rituum* et superstitionum variam inuenustatem pauca vtilia continet. *Pelagius*, Cambriabritannus; auctor commentarii in epistolas *Pauli*, licet iam minus integri; epistolae ad *Demetriadem*, Hieronymi et Augustini nomine olim editae; *libelli fidei* ad Innocentium; perierunt, libri tres de fide trinitatis; liber εκλογων, s. eclogarum e SS. (non ἐυλογιων,) de libero arbitrio libri 4, contra Hieronymum; *de natura*, cui *Augustinus* de natura et gratia opposuit; epistolae quaedam. *Caelestius*, Scoto Hibernus, Romae scholasticus auditorialis; Pelagii inde discipulus; superest, *confessio fidei* (ap. *Garnerium* collecta in appendice ad partem I. Marii *Mercatoris*) epistola ad clericos romanos *suae partis*; definitionum liber; periit, liber contra *peccatum orig.* si *Praedestinato* fides est. *Anianus*, celedensis diac. pelagianus, auctor creditur translationis latinae Homiliarum quarumdam Chrysostomi; scripserat et contra *Hieronymum* aliquot libris. *Paulus Orosius*, presbyter *tarracon.* hortante *Augustino*, scripsit Historiam aduersus Paganos libris 7; apologeticum contra Pelagianos, de arbitrii libertate

tate, (cui partem libri *Augustini*, de natura et gratia, insertum esse notauit *Caue*); commonitorium ad Augustinum de errore *Priscillianistarum* et *Origenistarum*; (solet *Augustini* libro aduersus *Priscillianistas* praefigi.) *Zosimi*, rom. ep. supersunt epistolae 14, quas inter duae istae, pro Pelagio, contra Africanos. *Bonifacii*, rom. ep. habentur epistolae 8. *Marius Mercator*, incertum, cuius status et loci homo; collector potius quam auctor multarum scriptionum, praecipue e Graeco translatarum. Opera optime edidit *Garnerius*; parti primae ista insunt, quae ad *Pelagianam* caussam pertinent; commonitorium super nomen *Caelestii*, e graeco; *Theodosio* imp. oblatum fuisse dicitur. In dicta quaedam *Iuliani*, ad *Pientium* presbyterum; (Epistola *Nestorii* ad Caelestium, Pelagianum. IV sermones *Nestorii* contra haeresin *Pelagii*: Symbolum *Theodori*, Mopf. cum refutatione a Mario; excerpta e libris 5. *Theodori* aduersus Augustinum; sed ex *Photio* scimus, eos contra *Hieronymum* esse; a *Mario* collecta) ista omnia latine vertit. Parte 2. habentur *Nestoriana*; praefatio translatoris; *Nestorii* sermones 13. de incarnatione; Epistola de discrimine inter haeresin *Nestorii*, *Pauli* samosat. *Ebionis*, *Photini*, *Marcelli*; obtestatio *Eusebii*, doryl. contra Nestorium; Homilia *Procli* contra Nestorium, translata; Epistolae 4. Cyrilli et 2 *Nestorii*, a Mario translatae; excerpta 85. ex *Nestorii* scriptis, a Cyrillo collecta, latine; *Nestorii* anathematismi 12, cum refutatione; responsio *Cyrilli* aduersus Orientalium obiectiones, latine; eiusdem responsio ad *Theodoreti* obiectiones; eiusdem scholia de incarnatione, longe auctiora, quam graeca; excerpta ex *Theodori* de incarnatione; ex *Theodoriti* Pentalogio, epistola eius ad *Himerium* ep. nicomed. Ex sermone Antiochiae habito, post mortem Cyrilli; ex *Eutherii* tyanensis sermone contra Cyrillum. Epilogus *Marii*. Quaedam istorum edidit et Rigberius, s. *Gerberon* 1673. Actio *sexta* concilii Ephes. a Mario latine translata, in *Baluzii* collectione concil. qui idem

Mercatoris opera 1684. 8. *Pariſiis* edidit accuratius, Ceterum videtur non ſine ratione dubitari poſſe, ſitne ingenuum et ſine fraude *Marii Mercatoris* hoc miniſterium, quem, ſi ab *Auguſtino* diſcedas, nemo fere hominum allegare ſoleat. *Scuerus*, in Minorica epiſcopus, auctor encyclicae epiſtolae, de Iudaeorum in ea Inſula conuerſione et de miraculis ad S. *Stephani* reliquias factis. Hanc epiſtolam *Baronius* ſcribit Sancti *Stephani* gratia ſe reperiſſe in vaticana bibliotheca; eam igitur annal. tomo 5. ad an. 418. num. 44 ſeq. edidit; ſatis loquacem et verboſam. Miracula parum venuſta; fatetur inſulſus ſcriptor, cum *Stephani* reliquiae aduenißent, arſiſſe zelum; deſiiſſe ſalutationis officia, et familiaritatis conſuetudinem diuulſam; noxia ſpecies inueteratae caritatis, *ad odium temporale ſed pro aeternae* (Iudaeorum) *ſalutis* amore translata eſt — vtrique exercitus, cum iam diem certaminis condixiſſent, datis tunc induciis diſceſſerunt — Iudaei ſaxa, ſudes, iacula et omnia telorum genera ad ſynagogam conferre coeperunt; *Seuerus* cum canticis proceſſit ad ſynagogam, lapides a Iudaeorum mulieribus iactati neminem laedunt; chriſtiani arripiunt et ipſi lapides, quod conſilium zelus potius Chriſti quam ira ſuggerebat; ſed nec Iudaei lapidibus contacti — cedunt Iudaei, Synagoga incenditur — inde conuerſio multorum &c. Nempe facile intelligimus, impotentem aliquem monachum argumentum declamandi arripuiſſe reliquias S. Stephani, a Iudaeis olim lapidati; hinc tandem conuerſio facile quibusdam perſuaſa; alii tamen in cauernas ſe abdiderunt —— Tentabant iam et alii hac ratione Iudaeorum conuerſionem, exuſtis ſynagogis: ſed non ſucceſſit; legibus tandem publicis Iudaeorum res ſacrae rurſus defenſae. *Iulianus*, epiſcopi *capuani Memoris* et Iulianae filius, ſub patre diaconus, tandem *eclanenſis* apud *Hirpinos* epiſcopus, ſed ob Pelagii ſtudium deiectus, vnde apud *Theodorum* Mopſueſt. aliquamdiu verſatus eſt. Graece et latine ceteris fuit multo eruditior. Supereſt *libellus fidei;* epiſtolas

las 2. ad *Zosimum* refutauit *Augustinus*; epistolae ad *Rufum*, Thessalonic. nomine 18. epp. supersunt fragmenta; scripserat et libros 4. ad Turbantium, contra *Augustini de nuptiis* primum; ideo *secundum* reposuit Augustinus; contra hunc *Iulianus* libros 8. scripsit ad *Florum*; supersunt fragmenta apud Mercatorem et praecipue Augustinum. (Vide eius *opus perfectum* contra Iulianum libris VI.) Ex commentar. *in canticum* cantic. excitat quaedam *Beda* in canticum, idem *de bono constantiae* allegat. In *opere perfecto* Augustini, habentur *Iuliani* et *Augustini* disputationes. lib. 1. num. 50. cur non credis, Iuliane, baptizandos paruulos erui de potestate tenebrarum, cum eos propter hoc *exsufflet atque exorcizet* ecclesia, vt ab eis potestas tenebrarum *mittatur foras*, (hac phrasi p. 271. vtebantur et capitula *Caelestini.*) N. 51. *Iuliano* sancti eius temporis confessores imposuerunt, vt scriberet. – Egone sum inimicus gratiae dei, homo impudentissime, qui in primo libro meo, vnde ista auulsa rapuisti, professione pura et plena *os tuum mysteriis* Manichaeorum *madens*, tuorumque, damnaui? N. 53. nos gratiam baptismatis adeo *omnibus aetatibus* vtilem confitemur, vt, qui illam non necessariam *etiam paruulis* putant, aeterno feriamus anathemate. Sed hanc gratiam locupletem spiritalibus donis credimus, quae cum admouetur, *non est mutanda* pro causis — sed haec gratia *non facit peccata* (pungit catholicos) N. 54. protestans aliud me non tenere, quam instituta mysteria *iisdem*, quibus tradita sunt, *verbis*, in omni prorsus aetate *esse tractanda*, nec pro causarum varietate debere mutari. N. 68. – malum esse negotium nuptiarum, leuiter audiri potest, si de tuis parentibus solum dicas; matrem certe tuam *meribibulam* vocatam fuisse signasti *in Confessionibus* — Apostolus non malum pro remedio concessit, ob fornicationem; N. 69. ex Rom. 6. aliquid attulerat *Iulianus*, *post duo capita* fortasse sequitur, quod ex Cap. nostro 7. N. 77. recte Iulianus opponit Augustino: Ioh. 8. si filius nos liberauerit, a Christo non dictum esse

in liberum arbitrium, ſed ad captiuam conſcientiam. N. 84. vt liberentur Iudaei a reatibus, N. 87. Lib. 2, 8. Iul. quod nos vitia prauae voluntatis eſſe dicimus, id in eccleſia a viris et feminis, magnisque pontificibus originalis paſſio nuncupatur. *Auguſtinus* reponit locum *Ambroſii*, ex libro (de philoſophia,) qui non exſtat; „male Eua parturiuit, vt partus relinqueret mulieribus haereditatem, a qua vnusquisque concupiſcentiae voluptate concretus et genitalibus viſceribus infuſus, et coagulatus in ſanguine, in pannis inuolutus, prius ſubiret *delictorum* contagium, quam vitalis ſpiritus munus hauriret.„ Nempe ideo aliquid eſt ſententia vera, quia *Ambroſius*, quem Auguſtinus ſaepius opponit, id ſcripſit! Iſta certe deſcriptio, (homo, prius *ſubit contagium*, quam *vitalem auram* haurit,) ponit peccatum originis *in corporis iſto ortu*, et eſt *traducianorum* hypotheſis: quam ſequi aut reiicere nec catholicum facit nec haereticum. Specimen ſufficit; facile patebit, *Iulianum* Auguſtino fuiſſe longe acutiorem interpretem ſcripturae, et omnino doctiorem; atque ex bona conſcientia ſuam diſciplinam confirmatum iuiſſe. Eius *Pelagiique* libris, licet *imputationem* negarint, non dubitamus, chriſtianam pietatem et ſanctitatem ingenuam haud paulo plus promotam fuiſſe, quam *Auguſtini* ieiunis et tenuibus declamationibus.

Paulinus, Ambroſii diac. Caeleſtii Carthagine accuſator; ideo forte *Ambroſii* quibusdam locis vtitur Auguſtinus; huius certe hortatu *Ambroſii* vitam ſcripſit, parum frugiferam. *Euodii*, vzal. epiſcopi dici ſolent libri 2. de miraculis S. *Stephani*; epiſtolae eius quaedam habentur inter Auguſtinianas. *Iſidori*, ep. cordub. videntur eſſe libri 4. allegoriarum in omnes libros regum, qui inter *Hiſpalenſis* opera habentur. *Maximi*, taurin. epiſcopi ſunt plures *Homiliae*, quarum multae inter *Ambroſii* et *Auguſtini* ſermones habentur; aliae in bibliotheca patrum et cum aliis ſcriptoribus editae; *Muratorius* recenſuit 73. ſermones, in *anecdotis* lat. tomo 4. pag. 6 ſeq. pauca inſunt notatu digna; p. 26. cur non credamus, quotiescunque re-

resurrectionis Christi festiuitas celebratur, toties resurgere (quosdam) sanctos! p. 28. plus profuit homini culpa, quam nocuit. Pag. 99. admonet, de idolis et sacrificiis gentilibus auferendis. Recentior editio *Maximi* Venetiis 1741. fol. cum *Leonis* M. opp. etiam has homil. habet. *Caelestinus*, ep. rom. reliquit aliquot epistolas, *quinque* habentur graece in actis *Ephesinis*; cum *commonitorio* legatorum suorum. *Ioh. Cassianus*, graece et latine peritus; supersunt ad *aptensem* ep. *Castorem* libri 12; priores 4. de coenobiorum institutis; 8. de octo vitiis capitalibus; *Collationes* patrum 24. pluribus amicis inscriptae; de *Christi incarnatione* libri 7. aduersus *Nestorium*. *Eutropius*, presbyter, *Augustini* discip. a *Gennadio* nominantur eius epistolae duae, ad 2. sorores, quae ob deuotionem pudicitiae et religionis amorem (monachae) *exhaeredatae fuerunt* a parentibus. Idem *Olympii* hispani ep. librum notat, aduersus eos, qui *naturam* non arbitrium in culpam vocant, (*Priscillianistas?*) *Hilarius* post Honoratum arelat. ep. scripserat vitam *Honorati*; carmen in Genesin (inter *Hilarii* pictav. opera) edidit et *Quesnellus* ad calcem *Leonis* magni. *Capreolus*, carthag. ep. misit *epistolam* ad concil. Ephesinum, quia *Augustinus* iam mortuus interesse non poterat; alia superest, de vna Christi persona, a *Sirmondo* edita (inter opuscula dogmatica, et in *operibus*.) *Patricii*, quem Hibernorum apostolum et archiep. faciunt, *opuscula*, quae videbantur minus spuria, edidit *Iac. Waraeus* 1658. Lond. 8. *Sixtus*, 3. ep. rom. et *epistolas* ad *Cyrillum* quatuor, vnam ad *Ioh.* antioch. et illa opuscula scripsit, libris 3, de diuitiis; castitate; malis doctoribus, operibus fidei et futuro iudicio, aliquoties excusa; sic certe *Garnerius* statuit, *Sixtum* eo tempore presbyterum, pelagianum fuisse, idem eum librorum *Hypognosticon* auctorem facit. *Petrus Chrysologus*, Rauennae episc. supersunt multae *Homiliae*, et epistola ad *Eutychem* constantinop. *Maximi*, lerinensis monachi et postea ep. regiensis exstant *sermones*; quidam aliorum nomine olim ferebantur. *Eucherius*, lugdun. ep.

 e mona-

e monacho *lerin.* ſupereſt, epiſtola de contemtu mundi et ſecularis philoſophiae, ad Valerianum (epiſc. Cemelienſem forte, ad alpes maritimas) epiſtola de laude Eremi; liber de formulis ſpiritualis intelligentiae; inſtructionum ad Salonium libri 2; *Homiliae* quaedam, ſed et aliis nominibus inſcriptae; Hiſtoria legionis thebaeae eſt iunioris Eucherii ſeculi VI; commentarii in Geneſin et libros Regum, conſtant collectaneis. *Claudius* Marius *Victorinus*, rhetor et poeta maſſil. libri tres carminum in Geneſin; carmen de peruerſis aetatis ſuae moribus, ad Solomonem abbatem. *Caelii Sedulii* carmen paſchale; ſeu de miraculis Chriſti libri 5; idem opus etiam ſoluta oratione; veteris et N. T. collatio, carmine elegiaco; paean alphabeticus de Chriſto. Alius *Sedulii* eſt *collectaneum* in Pauli epiſtolas. *Vincentius*, lirin. presbyter; *Peregrini* nomine ſcripſit *commonitorium* aduerſus haereticorum omnium nouitates; a *gratia* Auguſtini, c. 37. vt plerique eruditiores, alienus, (vt docti viri perſpiciunt, licet *Baronius* et alii diſſentiant;) libellus hodie ſatis mediocris vtilitatis. Ei tribuuntur *obiectiones* aduerſus *Auguſtini* ſententiam de praedeſtinatione et libero arbitrio. *Syagrii*, (ſi verum eſt nomen) cuiusdam libellum *de fide*, aduerſus Haereticos, (Arianos) qui *perſonas* trinitatis nolebant exprimi nominibus, *pater*, ſed *ingenitus*, infectus, commemorat *Gennadius*; idem narrat, *Sabbatium* epiſcopum in Galliis, ſcripſiſſe, *de fide* aduerſus *Marcionem*, *Valentinum*que, quod non in phantaſia Chriſtus apparuerit; et contra *Eunomium* ac Aetium. *Leo* I. quem *Magnum* ſolent dicere, ex inferiori clericorum ordine tandem rom. epiſcopus, ab anno 440. Eius ſuperſunt *ſermones* non pauci, et Epiſtolae 141. licet olim numero plures fuerint; minus ſucceſſit *Quesnellio* immodicum ſtudium, quo huic epiſcopo et libros 2. *de vocatione gentium*, *Ambroſio* olim aliisque, *Proſpero* autem aquitanico praecipue, tribui ſolitos, item epiſtolam ad *Demetriadem*, et *capitula* de gratia, vindicatum iuit; editioni adiecit antiquum codi-

cem

cem canonum ecclesiae romanae, cum dissertationibus vtilibus; recentior autem in *Italia* editio nunc duplex exstat; (v. Venerab. *Ernestii* bibliotheca theologica). Eadem, quae *Quesnellius* vindicabat, omnia recusa *Venetiis* 1741. fol. et dedicata ipsi *Leoni* sancto. *Tres* sermones in *anniuersario* suo habiti, (his iam temporibus talis fuit solemnitas.) Sermone 3. de collectis: *in die*, (solis) quo impii sub idolorum suorum nomine diabolo seruiebant, *prouidentissime* in sancta ecclesia *prima* est instituta *collectio.* Sermone 4. Hortamur, vt Manichaeos latentes presbyteris vestris publicetis (sic et sermone 5. de ieiunio). De ieiunio X. mensis sermo 4. Oratione, ieiunio, eleemosyna, deus propitiatur, culpa deletur. — Petri apostoli orationibus adiuti, in omnibus misericordiam dei mereamur. Sermone 3. in *natiuitate*, multa narrat de iustitia, qua diabolus suum ius in homines amisit, dum a Christo poenam peccati exegit, in quo nulla erat culpa; ignorauit enim deum subesse. — (Haec ὑποθεσις diu valuit, inde a primis seculis; redit sermone X. de passione domini; ibi exactor ausus est esse, vbi vestigium peccati non potuit inuenire.) Sermo 7: sol inchoatione diurnae lucis exurgens a quibusdam adoratur, quod etiam christiani quidam faciunt, vt, priusquam ad B. *Petri* basilicam perueniant, superatis gradibus, quibus ad suggestum arae superioris adscenditur, conuerso corpore ad nascentem se solem reflectant – Sermo 8: in communi humani generis strage, vnum solum fuit remedium sub diuinae rationis occulto, si quis filiorum Adam originalis praeuaricationis alienus atque innocens nasceretur, *qui ceteris exemplo prodesset et merito.* Sermo 4. Epiphan. Manichaei respuunt V. T. ipsas paginas euangelicas et apostolicas violarunt, auferendo et inserendo; confingentes, sub apostolorum nominibus et verbis saluatoris, multa volumina falsitatis — neminem fallant discretionibus ciborum, sordibus vestium, vultuumque palloribus. Sermo 16. de passione: Dauid 1000. et plus quam centum annis diem crucis Christi prae-

 cessit.

ceſſit. Sermo 2. in Pentecoſte: *Manichaeus* eo tempore innotuit, quo poſt reſurrectionem domini annus 260. impletus eſt, *Probo* imperatore, *Paulino* conſule, cum *octaua* iam in Chriſtianos perſecutio ebulliret. Sermo 3. diuiſit ſibi opus noſtrae reparationis miſericordia trinitatis, vt pater propitiaretur; filius propitiaret, Sp. Sanctus igniret. Sufficiunt iſta ſpeciminis loco.

Saluianus, presbyter maſſil. ſcripſit de prouidentia et gubernatione dei libros 8; epiſtolas 9; aduerſus auaritiam clericorum et ſacerdotum libros 4, ſub nomine *Timothei;* libri 3, ἀντικειμενων e V. et N. T. alius ſunt auctoris; perierunt, de bono virginitatis et alia minoris momenti, quae *Gennadius* recenſet. *Philippus*, presbyter; cuius ſuperſunt libri 3. commentarii in *Iobum*. *Tiro*, *Proſper*, aquitanicus; auctor ſcriptionum multarum in cauſſa Auguſtini contra Pelagianos, praecipue contra *Collationem* 12, *Caſſiani;* carminis heroici de *ingratis*, contra Pelagianos, et carminum aliorum; idem dictaſſe dicitur plures Epiſtolas *Leonis;* praecipue illam contra *Eutychem;* ſcripſit et *confeſſionem* fidei; eius autem non ſunt, liber de prouiſionibus dei, tribus partibus; de vita contemplatiua libri 3. (*Iuliani Pomerii* ſunt,) incertum eſt, vtrum ſit auctor librorum de *vocatione* gentium. *Chronicon* Proſperi pro editionum varietate non parum differt; *Labbei* eſt copioſior. Similiter *Idacii*, gallic. epiſc. chronicon, ab a. 379, per alios varie olim continuatum fuit; idem et *faſtos conſulares* collegit. *Valeriani*, ep. Cemelienſis, homilias 20. et epiſtolam ad Monachos edidit *Sirmondus*, homilia X, in paraſitos, de rebus ridiculis, et iocorum ſub epulas miniſteria multa prodit, quae ad temporis eius mores pertinent. Hom. 15. oppido inuenuſte martyrum et ſanctorum opem expetendam ſuadet, exemplo ſecularis diſciplinae; ſuffragiis patronorum opus eſſe, ſi quis ad Regem ipſum velit peruenire; parum liberalis ingenii eſt Hom. 16. praecipue autem 17, quae his verbis hortatur: oportet itaque primo loco, vt nos huic patrono, (mar-

(martyri) frequentibus infinuemus officiis, quatenus *pro nobis apud deum peculiaris interceffor vigilet.* *Polemius* quidam, fiue P. *Annaeus* Syluius, *laterculum* feftorum chriftianorum et gentilium, per menfes, collegit; *Ianuarium* edidit *Bollandus* tomo 1. p. 43. *Zacchaeus*, incertae gentis et aetatis, auctor *Altercationis* cum Gentili quodam *Apollonio*; quam edidit D'ACHERI in fpicilegio; *Salonius*, *Eucherii* ep. lugd. filius; fcripfit *expofitionem* in *parabolas Salomonis* et in *ecclefiaften*, dialogi forma, quae fupereft in *orthodoxographis*, et bibliotheca patrum; *Victorii*, aquitani, *canon pafchalis*, magni iam olim habitus, ab Aegid. *Bucherio* editus; (commentarius de doctrina — temporum in Victorium aliosque canonum pafchalium fcriptores Antwerpiae 1664, non 1634. vt in *Caueo* excuditur,) fol. annis adiecti funt confules. *Bucherius* frugiferam illuftrationem multarum aliarum rerum copia infignem, addidit. *Mufaeus*, maffil. presbyter, hortatu *Venerii* ep. excerpfit de S. Scripturis *lectiones totius anni* feftiuis diebus aptas; refponforia, etiam Pfalmorum capitula, temporibus et lectionibus congruentia; et ad perfonam *Euftathii* epifcopi, fucceffo-ris Venerii, *facramentorum* non paruum volumen, per membra pro opportunitate officiorum et temporum, pro lectionum textu, Pfalmorumque ferie et cantatione difcretum; haec *Gennadius*, qui et *Homiliarum* meminit. *Victor*, in Mauritania ep. fcripfit librum vnum longum aduerfus *Arianos*, quem, vt prooemium indicabat, *Genferico* per fuos audiendum obtulit; liber autem de poenitentia publicani, fupereft inter *Ambrofii* opera olim editus; idem *Gennadius* narrat, *Afclepium*, in baienfi territorio epifcopum, fcripfiffe contra *Arianos*, et modo aduerfum *Donatiftas* fcribere. (Incerti auctoris contra *Arianos*, breuiarium fidei, edidit *Sirmondus* inter opufcula *dogmatica*; huius haud dubie feculi;) *Voconius*, in Mauritania ep. fcripfit aduerfus Iudaeos, *Arianos* et alios haereticos; etiam *facramentorum* volumen; Gennad.

Arnobius, quem iuniorem dicere folent; auctor commentarii in *Pfalmos*, *Leontio* arelat. et *Ruftico* narbon. nuncupati; e femipelagianorum fchola, (adeo, vt multa conveniant cum libro *tertio Praedeftinati* Sirmondiani;) annotationum ad quaedam loca Euangeliftarum, (in quibus eft vetuftior latina recenfio;) altercationem cum *Serapione*, Aegyptio, de deo trino et vno, 2. fubftantiis in Chrifto et vnica perfona, et de Gratiae et liberi arbitrii concordia, quam edidit *Feuardentius* in appendice ad Irenaeum, *Oudinus* opinatur effe *Vigilii*, tapfenfis; rationibus non ineptis vfus. *Perpetui*, e fenatore epifcopi turonenfis poft Euftochium, *teftamentum* edidit *Dacheri; ordinem*, quem in ecclefia turonenfi inftituit, recenfet *Gregorius* turonenfis, de geftis Francorum. Huic *Perpetuo* dicauit *Paulinus*, Petricorius, libros 6. metricos de vita S. Martini, qui olim Nolano *Paulino* tribuebantur. *Claudianus Mamertus*, presbyter Viennenfis, fratris aepifcopi, (*Mamerti*, qui primus *Rogationes* ante adfcenfum domini inftituit,) chorepifcopus; fcripfit *de ftatu animae* (incorporeae, contra *Fauftum*) 3. libros ad Sidonium Apollinarem, quos *Barthius* cum *Faufti* libello inter nos edidit 1655. 8.; eidem hymnus de paffione, *Pange lingua gloriofi* &c. melius tribuitur, quam Venantio; hunc eumdem ecclefiae *Viennenfis* ordinem lectionum et Pfalmorum defignaffe, *Sidonius* in eius Epitaphio innuit. *Mamertus* lib. 1. c. 3, Chriftus homo eft facerdos apud trinitatem; c. 24. anima eft *cogitatio.* Infunt multa vtilia, et non inerudita. *Seruus dei*, incerti loci epifcopus, fcripfit aduerfus eos, qui dicunt, Chriftum in hac vita degentem non vidiffe *carneis oculis* patrem, fed poft refurrectionem demum, cum translatus eft in gloriam dei patris, profectum rei dantis in *remunerationem martyrii;* affirmans, inde a natiuitate fua hominem Chriftum *femper carnis fuae oculis vidiffe* et patrem et fpiritum S. Gennad. (noftro bono multae tales inutiles fcriptiones perierunt.) *Remigius*, e nobilibus parentibus, poft *Bennadium* rhemenfem

mensem ep. non exiguam partem sequentis seculi viuendo attigit. Eius supersunt 5. Epistolae, et *testamentum*, duplicis recensionis; *explanationes* autem in Epistolas Pauli eius non sunt, aliorum nominibus varie tributae; videtur potius sec. 9. *Remigii*, autissiodorensis esse. C. *Sollius Apollinaris Sidonius*, post militiam Aruernorum ep. supersunt epistolarum libri 9. et carmina. *Sirmondus* vtilissime illustrauit; perierunt multa, historia *Attilae*, *Apollonii Tyanaei* vita, e graeco translata &c. *Faustus*, abbas lirinensis et post *Maximum* ep. Regiensis; scripsit libros 2. de Gratia dei et libero arbitrio iussu *Synodorum* gallicanarum; epistolam ad *Lucidum*, presbyterum, *Adrumetinorum* seu *Praedestinatianorum* monachorum sequacem, in Synodo arelatensi et lugdunensi approbatam; libellum de creaturis, (hunc *Mamertus* refutauit,) de *Spiritu* Sancto, eum consubstantialem esse patri et filio; sub nomine *Paschasii* diac. excusum; quaedam alia sunt minoris pretii. *Eugenio*, ep. carthag. tribuitur libellus seu Expositio *fidei*, contra Arianos in Africa; *epistolas* dicitur ouibus suis reliquisse a *Gennadio*; altercationes cum Arianorum praesulibus, per internuntios, quas *Hunerico* per *maiorem domus* transmisit relegendas; eidem et *preces* pro quiete christianorum, velut *apologias*, obtulit. *Felicis*, 3. episc. romani, supersunt epistolae 15; 7. edidit *Sirmondus*, in caussa *Acaciana*. *Vigilius*, tapsensis ep. in Byzacena, inter graecos vixit, ab Arianis eiectus; libri V. aduersus Nestor. et Eutychem, pro defensione concil. *chalced*. Lib. I. per formam serui, quam abstulit a nobis in coelum, absens est nobis; per formam dei, quae non recedit a nobis, in terris, praesens est nobis, lib. 2, Hebr. 2, vt χωρις θεȣ, *sine deo* gustaret mortem; quid est *sine deo?* verbum enim immortale est, passio autem secundum carnem — tamen sub finem libri: cur times dicere, *deum passum*, cum hoc vbique apostolica praeconia contestentur? (vbi autem?) libro 3 satis jejune ex V. T. promissiones ad personam Christi applicat. Lib. 4. quidam obiiciunt Epistolae *Leonis*, quod

quod ſcribat, credere in deum patrem, et in Ieſum Chriſtum *filium eius;* cum *in nicaeno* legatur, et in *vnum* Ieſum Chriſtum, filium eius; ſenſum dicit *Vigilius* eundem eſſe. Libro 5 fatetur auctor, ſub perſona *Athanaſii* libros ſe ſcripſiſſe contra *Sabellium*, *Fotinum* et *Arium;* — an negabunt, *ob meritum paſſionis et mortis* Chriſto eſſe datam poteſtatem in caelis et terris; quam diuina natura habebat? — iſti vtriusque naturae profeſſionem *nouam* eſſe calumniantur. *Athanaſii* nomine conficti ſunt, *dialogi* 2. aduerſus Arium, quaſi in concilio nicaeno habiti eſſent; *tres* alii, ſeu altercatio, contra *Arium*, *Sabellium*, *Photinum* coram *Proclo* iudice; (eſt auctior recenſio iſtorum 2 dialogorum;) de vnita Trinitate contra Mariuadum, libri 12; ſolutiones obiectionum Arianorum; Symbolum illud S. *Athanaſii* etiam *Vigilio* tribuit *Caue; Auguſtini* nomine, liber de vnitate trinitatis, dialogus inter Auguſtinum et Felicianum; altercatio coram judice Laurentio, inter Auguſtinum et Paſcentium; *Idacii* nomine, de trinitate aduerſus Varimadum, libri 3; (multas obiectiones; ſi dixerint; ſi oppoſuerint, Reſponde. Affert etiam Rom. 9, 5 de Chriſto;) libri autem contra *Palladium* arianorum ep. 2 ſunt partes; *prima*, quaſi acta concilii *aquileg*. 381. olim edita; altera pars duabus *recenſionibus* conſtat; vna, eſt *Ambroſii* liber de Fide, ſeu conſubſtantialitate filii; altera, auctior, *Gregor*. Nazianzeni; oratio 59; vtraque recenſio *Vigilio* a quibusdam tribuitur, cui *Oudinus* etiam librum, conflictus Arnobii cum *Serapione*, adſcripſit. Recte autem miramur, quod hic homo aliis nominibus abuſus eſt; eum certe *Athanaſii*, ſi nota fuerunt, veris ſcriptis parum tribuiſſe, facile conſtat; aliter enim tot noua non confinxiſſet. Non ſunt tamen plane inutilia. *Caſſiodorius* diuinar. lectionum cap. 9, in Apocalypſin, poſt *Hieronymi* et *Victorini* operam, laudat, *Vigilii*, Afri antiſtitis, ſcriptionem, de *mille annorum* intelligentia. *Victor*, Vitenſis ep. (non *vticenſis*,) cum aliis ab *Hunerico* eiectus; CPLi ſcripſit *hiſtoriam*

per-

persecutionis Vandalicae sub *Genserico* et *Hunerico*; optime edidit post *Chifletium*, *Ruinartus*. *Cerealis*, ep. afri, disputatio cum *Maximiano*, ariano, capitulis XX, superest; multa satis inuenusta dicuntur, vt Africani fere solent omnes, si contra *Arianos* scribunt. *Alcimi Ecdicii Auiti*, episcopi *Viennensis*, opera edidit, cum notis, Sirmondus 1643. (in operibus etiam exstant; tomo 2. edit. *Venetae*.) et sunt epistolae 88; (4 alias edid. Baluze) Homilia de Rogationibus; fragmenta quorumdam opusculorum; collatio coram rege *Gundobado*, (quem vicerat *Chlodoueus* anno 500.) Epistola I. ad Gundobadum, (5 priores sunt ad hunc regem) de Spiritu S. citat librum *sapientiae*, nomine prophetae; secunda, contra Eutychianam sententiam, (Nestorium potius, adeo *Auitus* omnia confundit;) *tertia* de additamento *trisagii*, et contra *phantasma*; 4ta, de *Fausti* regiensis quibusdam sententiis; de poenitentia momentanea, fide sine operibus. Pertinent autem Epistolae in seculum sextum, et sunt non raro frugiferi argumenti. Fragmenta *Homiliarum* octo, pleraeque in dedicatione ecclesiarum; n. 5; nouerunt sceptra seculi nostri, in quo sit virtus temporis sui — plus haec vrbs basilicis, quam *propugnaculis*, munitur; vti 3, ornantur oppida aedibus non minus, quam *patronis*. Sequuntur fragmenta e variis eius scriptionibus, seu sententiae ex opusculis *Auiti*, per ordinem Epistolarum Pauli; ex ep. ad *Romanos*, contra Arianos plura; sed non allegat Rom. 9, 5. — Col. 1, 18. Christus primogenitus ex mortuis; etsi enim quidam resuscitati fuerunt, tamen iterum moriebantur. – Hebr. c. 9. v. 16. 17. vbi testamenta, ibi mors intercedat; Christus — testamentum fecit, quo nos haeredes instituit, christianos; exhaeredatis omnibus. Sequuntur *poematum* in mosaicam historiam libri 5. (de mundi origine; sententia dei; diluuio; transitu maris rubri.) Collationem aduersus Arianos, coram isto rege, ediderat iam *Dacherius*. *Auitus* describitur, faciem habens angelicam vt et sermonem. Erat vigilia solemnitatis S. *Iusti*, cum coram sena-

senatoribus regis instituenda esset collatio. Catholici decreuerunt apud S. Iusti sepulcrum pernoctare, vt *illo intercedente* obtinerent a domino petitiones cordis sui. (*Lector* ea nocte, secundum morem, incepit a *Moyse*; post psalmos decantatos recitauit ex *prophetis*; post alios psalmos, ex *Euangelio*, tandem ex *Apostolo*.) *Auitus*, vt erat alter *Tullius*; et dominus inspirabat gratiam omnibus, quae dicebat — Bonifacius, arianus, non potuit respondere — sequente die, rex multa locutus est contra Francorum regem, quem dicebat fratrem suum sollicitare contra se; responderunt catholici, quod non esset melior via ad pacem, quam concordia in fide; — non potuit Bonifacius respondere; *Auitus* dixit: iubeat rex, vt eamus ad sepulcrum S. *Iusti*, vt interrogemus illum de fide — Rex annuere videbatur; sed ariani dicebant, se facere nolle, vt fecit Saul, recurrere ad incantationes, sufficere sibi, se habere scripturam — ex ea die plurimi *ariani* baptizati sunt, et magnificauit dominus fidem nostram, per intercessionem domni *Iusti*. (Mirum non est, *Arianos* his studiis parum ad sententiam mutandam commotos fuisse.) Ceterum Epistolarum libros *nouem* superfuisse scribit *Gregor*. Turon. liber contra Arianos ad Gundobadum; libri autem 2 contra Nestor. et Eutychen, et contra *Faustum*, videntur *epistolae* istae esse, quae supersunt. *Gelasius*, afer, episc. rom. Epistolae 16. (2 alias *Maffei* edidit in supplemento *acaciano*, nempe easdem, quas tomo 3 *Anastasii Romae* 1728 editi, pag. LI legimus, a *Blanchino* suggestas?) fragmenta aliarum 10 Epistolarum; liber de anathematis vinculo; contra *Lupercalia*, Romae adhuc celebrata; *decretum* de libris canonicis etc. sed satis incerta est auctoritas huius decreti; a gallicanis quibusdam scriptoribus seculo demum nono citatur, sub quae tempora ineptus aliquis *decretalium* auctor plura consarcinauit, episcoporum romanorum nomine. *Gelasii* est liber de duabus in Christo naturis, contra Nestorium et Eutychen, (e quo constat, isto tempore transsubstantiationem nondum confictam fuisse;) fuit olim in 5

libros

libros diuisus; *Photius* non ignorauit, cod. 102. Collegit et *sacramentarium*, seu ordinem ecclesiae romanae; cuius non parum superesse videtur in editione *Iosephi Mariae Thomasii*, Romae 1680. *Cassiodorius* etiam nominat commentarium in 13 epistolas Pauli, cap. 8. diuin. lectionum, sed ipse iam notauit, esse *pelagiani* scriptoris, (similia; *Pelagius*, *Gelasius*,) itaque in epist. ad *romanos emendauit*, eadem cura et cetera vult corrigi. *Gennadius*, presbyter massiliensis; superest *liber de scriptoribus ecclesiasticis*; de *fide, seu dogmatibus ecclesiasticis* ad Gelasium, olim Augustino adscriptus; huic a posteriori manu capitula 30, ab 22 ad 51 inserta videri, non male monuit *Caue*. Perierunt, aduersus omnes haereses, libri 8; adversus *Nestorium*, libri 6. Adv. *Pelagium*, libri 3. Tractatus *de mille annis* et de Apocalypsi; idem graecas varias scriptiones latine transtulit. *Iuliani Pomerii*, ex rhetore presbyteri in gallia; libri 8 de anima, in forma dialogi; *Gennadius* capitula recenset; vtrum anima noua fiat, et sine peccato (creetur,) an vero ex substantia animae primi hominis, velut propago de radice producta, etiam peccatum primae animae originaliter secum trahat. (Ipse *Maurus*, sic sententiam africanorum describit.) Periit iste liber cum quibusdam aliis; superest, *de vita contemplatiua*, libris 2, olim *Prospero* tribui solitis. Cl. *Rutilius Numatianus*, honoribus summis functus, sacris tamen romanis deditus; auctor *itinerarii*, in quo non nihil tangere videtur Christianos.

E *syris* scriptoribus, liceat repetere breuiter scriptores, qui inde a fine seculi 4ti, per hoc quintum, vixerunt; *Gregorii*, abbatis, qui e Palaestina in *Cyprum* Monachorum praefectus abiit, (in *Cypro* enim linguae *Syriacae* vsus valuit et graecae,) scriptiones *asceticas* plures (etiam de mysterio *tonsurae*,) commemorat *Assemanius* tomo I. bibliothecae oriental. *Maruthas*, episc. tagritensis, (alio nomine vrbs *Maipheracta*, Martyropolis,) cuius *Socrates* et alii graeci, (*Photius* cod. 52. *Sopharenorum*, seu in sopho-

ſophoſene regione, cuius ea vrbs metropolis) mentionem faciunt, auctor *Anaphorae* ſeu liturgiae fertur; commentarii in Euangelia; e quo Aſſemanius, ſine ratione, putat ſe pro transſubſtantiatione afferre teſtimonium, p. 180. cum auctor (quotiescunque *ſuper manus noſtras accipimus* corpus et ſanguinem; ſic credimus nos corpus amplecti; et carnem ex carne eius osque ex oſſibus eius fieri; nam Chriſtus non *figuram* et *ſpeciem*, appellauit, ſed dixit, hoc eſt corpus) adiumentum credendi et cognoſcendi ad poſteros dicere velit. Hanc liturgiam *Iacobitae* interpolarunt. *Hiſtoria martyrum* Perſidis, e qua quaedam recenſet Aſſemani tom. I. p. 125 ſeq. *Rabulae canones*, in edeſſena ſynodo ſanciti, ſuperſunt; *Ibae* hiſtoriam illuſtrat p. 199 ſeqq. et *Neſtorianismum* in Meſopotamia, contra Renaudotium, p. 205 ſeq. *Iſaacum* presbyterum, de quo *Gennadius* c. 66. refert, p. 207 ſeq. et p, 214 eius ſcripta ex Vaticanis MSStis recenſet; pleraque aſcetica ſeu monaſtica; vituperat iam hic auctor pag. 217 monachorum fraudes, in multiplicandis reliquiis; ibidem de lege *Leonis*, feriandum eſſe die dominica. P. 218. ſacerdotum vulgus numerum *laicorum* exceſſit — in ſepibus et compitis myſteria tractant; quae tantum in eccleſia debebant; contra eos, qui SS. ad *diuinationes* abutuntur; p. 220. deſcribit euchariſtiam, corpus interfectum, ex quo in labiis meis ponens - confeſſus ſum, hoc eſſe *dei corpus*; (nempe ex confuſione *naturae* et perſonae, vt orientales ſolent; ſic *alexandrinus* codex Ioh. 19, 40. *ἔλαβον ὂν το σωμα τȣ θεȣ*). *Cosmae*, presbyteri, epiſtola ad *Simeonem* Stylitam, p. 237, honorificentiſſime eum compellat, et promittit eius praecepta ſeruatum iri; (tangunt autem fere elementa hominis in alios probi); p. 239. epitome vitae Simeonis per *Cosmam*. *Iacobus*, Edeſſae diac. ſcripſit vitam S. *Pelagiae*, quae fuerat a *Nonno*, Ibae ſucceſſore, conuerſa e meretrice, ſeu Maenade Antiochena. *Mokimi*, presbyteri Antioch. mentionem facit *Gennadius*, c. 71, et libri contra Eutychem; Syris autem ignotus eſt; adeo olim frequens fuit commercium occiden-

talium

talium cum orientalibus, vt Syriacos libros latine translatos statim habuerint. Ita et *Gregor.* turonensis *Syro* quodam *interpretante*, fabulam de VII Ephesinis pueris, *latine* scripsit. Idem *Gennadius Petrum*, edessenum presbyterum, recenset, qui plura scripserit, et *Samuelem* presbyt. edessenum; *Syris* autem ignoti sunt. Forte *Romae* aut cum romanis legatis (in caussa *Fullonis* etc.) vixerunt. *Iosua*, stylites; auctor historiae calamitatum, quae acciderunt Edessae, et in tota Mesopotamia. (Librarius addidit; orate pro scriptore, vt instar *dextri* latronis misericordiam consequatur) Excerpta sequuntur vsque ad a. 507, satis vtilia. *Iacobus*, ep. Sarugensis, (olim *Batna* haec vrbs dicebatur,) p. 283 seq. contra *Renaudotium* defenditur, qui eum *Monophysitis* addidit; de scriptis eius, p. 300 seq. Anaphora; ordo baptismi; in epistola ad Iacobum edessenum, p. 303. excitat Hebr. 10, 26. omnino sic, *vt exstat in nostra editione syra*; etiam 1 Ioh. 5, 16. Pag. 304, *natiuitas* Christi et *Epiphania* iam hoc tempore apud Syros diuisa; p. 310, fili dei, qui in *secunda* tua natiuitate apparuisti; (p. 247, antea, duplex γεννησις, et alibi.) p. 311, contra eos, qui dicunt Mariam virginem post partum non mansisse. p. 326, *Iudas* eucharistiam non accepit, sed tantum XI discipuli. P. 328 de inuentione crucis, de *lepra Constantini*; (adeo iam hoc tempore Acta *Siluestri* inter Syros nota.) p. 332 fabula, quomodo Petrus *Antiochenos* conuerterit, reprehensus a Paulo ob simplicitatem, et adiutus Pauli simulatione. P. 335 de *septem* (alii *octo*) pueris *Ephesi*, e somno longo, (372 alii pauciorum annorum; alii e morte) suscitatis, sub *Stephano* (aut *Memnone*, ne haereticus fuerit) episcopo, p. 339, de Adam, vtrum mortalis an immortalis creatus fuerit. Sermones omnes prosaici et metrici supra CCC. De *Barsuma*, celebri monophysitarum statore, luculentas fabulas, vide tomo 2 ab initio.

Narses, e schola Edessena *Nisibin* delatus, nestorianorum in noua schola stator, scripsit, vt Ebediesu narrat, in omnes fere V. T. libros; orationes 360, liturgiam, ex-

positionem sacramentorum; sermones paracleticos; *turgame*, seu explicatorias homilias in Euangelia. *Barsumas*, Edessa eiectus, nisibenus metropolita, eiusdem generis scriptiones plures reliquit; tomo 3 Assemani.

Tabula seculi quinti.

Christi.

401. *Theophilus* alex. contra *Origenistas* agit; vid. *tres* epistolae paschales. 1) Christum Iesum &c. huius anni. 2) Solennitatis augustae &c. anni 402. 3) Nunc quoque &c. a. 404. *Synodicam* Theophili etiam latine vertit *Hieronymus*, cum paschalibus. *Anastasius*, rom. Ep. scribit 2. epistolas in Orientem, contra Origenistas. *Prior* apologia Hieronymi contra Ruffinum. Concilium, *carth.* quod canones XI ex quinto habet. Ob penuriam clericorum (catholicorum) *in Africa*, Honorius lege 36. cod. Theodos. lib. 16. de Episcopis, immunitates pollicetur; (negotiantibus, intra modum victus,). *Gazae* octo idolorum templa euersa, auctoritate imperatoris. Concilium *Taurinense*, de primatu Viennensi (iure hic ep. potior, an Arelatensis, hic ob S. *Trophimi* apostolatum petebat,). *Pagi* hoc anno. n. 32-46. *Anastasius* rom. ep. moritur, 14. Decembr. Succedit post dies VII. *Innocentius*. *Chrysostomi* concil. Ephesi; *Gerontius* nicomed. ex diacono *mediol.* cum aliis 5 depositus.

402. Epiphanius, cum Cyprum repeteret, moritur in navigio. *Hieronymus* scribit ad Pammachium et Marcellam; atque *apologiam secundam*. Concil. *Mileuitanum* primum can. 5 aut 7. *Theodosius* iunior, superiori anno natus, *Augustus* dicitur. Stilico *Francis* tribuit reges. *Arelate* circa hoc tempus nanciscitur praefectum Praetorio, qui antea *Treuiris* sedebat. Pugna ad *Pollentiam* inter *Gothos* sub Alarico, et Romanos.

403. *Chrysostomus*, ad quem Aegyptii monachi, *Theophilum* accusaturi, accesserant, a Synodo ad *Quercum*, *Eudoxiae* iussu, deiectus. *Paulinus* non videtur ante hunc annum episcopus Nolanus factus. *Marina* Arcadio nascitur, cui et *Arcadiae*, sororibus, *Pulcheria* suasit virginitatem. *Dona-*

tistae

Christi.

tistae nolunt ad pacificam collationem convenire à concil. carthag. inuitati.

404. *Honorius* gladiatorios ludos sustulit *Theodoret.* lib. 5, 24. *Pagius* dissertatione hypatica, et ad hunc annum. *Synodus Constantinopol.* contra Chrysostomum, qui ante Pascha in exilium ducitur; eodem die magna ecclesia incensa. De odio *Theophili* in Chrysost. *Facundus* lib. 6, c. 5. legendus. Moritur *Flauianus*, antioch. cui successit, *Porphyrius*, quem parum commendat *Palladius* in dialogo, de vita Chrysostomi. Disputatio *Augustini* cum *Felice* Manichaeo; tomo 8. operum benedict. *Paula* Bethlemi moritur; ad filiam Eustochium *Hieronymus* collaudat; matrem et filiam ad vitam monasticam idem perduxerat. Moritur *Eudoxia*, augusta quarto *Octob.*

405. *Pelagius*, qui iam sub Damaso Romam venerat, *Hieronymi* etiam tum amicus, in vrbe sanctitatis laude floret. Alius est *Pelagius*, ad quem *Isidorus*, pelus. et Chrysostomus, scripserunt. *Arsacius*, Chrysostomi successor, moritur; sequentis anni post initium *Atticus* eum excepit, quem *Palladius* dicit totius contra Chrysostomum machinationis architectum fuisse. *Honorius* in Donatistas (clericos) mulctam aurariam, (decem librarum auri) statuit; et *vnitatis edictum* emittit; (cod. Theodos. de Haeretic. lex. 38. in Pagio male 28.) vide *Gothofredi* comment hic et ad legem 28, qui sint *Haeretici*; (qui vel leui argumento a iudicio catholicae religionis et tramite detecti fuerint deuiare.) *Innocentii* rom. ep. ad *toletanam* Synod.

Prudentius hoc anno scribit opus καθημερινῶν. *Radagaisus* in Italia occisus, auxilio *Hunorum* et *Gothorum*. Chronic. Marcellini. *Isauri* per *Taurum* incursant. Legati Romani ad Arcadium, synodum Thessalonicae rogaturi, nihil proficiunt.

406. Hieronymus scribit contra *Vigilantium*, (natione Gallum, in barcinonensi prouincia presbyterum; *Gennad.*) *Alani*, *Sueui* et *Vandali*, traiecto Rheno, nunc Gallias, et Hispanias, inuadunt. Ossa *Samuelis* prophetae Arcadius e Iudaea Constantinopolin transfert, die 19. Maii; quam auctorita-

Christi.

tem Hieronymus audet *Vigilantio*(olim *sancto*) opponere. *Augustinus* scribit, nomine *Hipponensium*, ad Ianuarium donat. de saeuitia *Circumcellionum*.

407. *Honorii* lex atrox in *Donatistas*, *Manichaeos*, *Phrygas*, cod. Theodos. lib. 16. tit. 5. de Haeretic. leg. 40; omnia iura iis ademta, sed nihil in vitam statutum, vt recte notat *Gothofredus*. lege 41, *conuersi* ex his haereticis, eximuntur. *Chrysostomus* moritur. *Baronius* hoc anno recitat *Innocentii* epistolam ad *Arcadium*, qua aduersarii Chrysostomi excommunicantur; idem 2 *Arcadii* ad Innocentium habet; omnes fictae sunt, licet iam a seculo 7. inueniantur. Tyranni in *Britannia* exorti; *Zosimus* lib. 6. c. 2. *Honorius*, episcoporum africani *concilii* precibus, *nouum* et singulare *priuilegium* ecclesiis dedit, vt *defensores* ecclesiarum, (*Laici*, qui ecclesiae iura in foro ciuili tutantur,) ex aduocatorum corpore, constitui possint; cod. *Theodos*. lib. 16. tit. 2. de Episcop. lege 38, et *Godofredum*. *Hieron*. et *Augustin*. de Petro Galat. 2. scribunt.

408. *Arcadius* cal. Maii mortuus; Isdegerdes tutor *Theodosii*; si *Procopio* fides. *Stilico* Rauennae mense Augusto ex ecclesia extractus, interfectus, iussu *Honorii*; reiicitur *Stiliconis* filia. A militia *palatina* excluduntur *pagani* et Haeretici, codex *Theodos*. lib. 16. de Haeretic. lege 42. et *Gothofredus*. *Olympius* fit magister officiorum, ad quem *Augustinus* aliquot epistolas dedit. Idem August. epistolam 93, olim 48, qua *Vincentii* epistolam refellit, hoc anno scripsisse videtur: legibus principum vtilem locum esse contra Haereticos. *Hieronymus* scribit in *Iesaiam*. *Alaricus* Romae ingentes extorquet thesauros.

409. *Attalus* ab Alarico imperator creatus et in Africam destinatus; Roma, superiori anno obsessa, hoc direpta ab *Alarico*; vid. *Pagi* ad an. 410. num. 7 seqq. *Hieronymus* scribit ep. ad *Ageruchiam*, de misero reip. statu. *Pinianus*, *Melaniae* iunioris per 7. annos maritus, et *Albina*, mater coniugis, Roma in Siciliam, inde *Tagasten* abeunt; *Pinianus* cum suis *Hipponem* ad Augustinum visendum profectus, postulatur, (licet hoc non futu-

Christi.

futurum promisisset Augustinus,) populi tumultu *presbyter*, nec sine iuramento euasit; querebatur haec familia, *Hipponenses pecuniae cupiditate* virum *praediuitem* sibi vindicare voluisse; vid. *Augustini* epistola 125, olim 224, et 126, olim 225. (Haec caussa multum illustrat statum ecclesiasticum et plebis impotentem vim; ipse *Augustinus:* vix *vigesima particula res mea paterna* existimari potest in comparatione praediorum ecclesiae, quae nunc vt dominus existimor possidere &c.) Hoc anno Barbari in Hispaniam ingressi. Alani, Vandali, Sueui. *Olympiodorus* apud Photium. *Honorii* lex aduersus *Coelicolas*; (in *Africa* erant, *Augustini* ep. 163; medii inter Iudaeos et Christianos,) cod. Theodos. lib. 16. titulo 8. de *Iudaeis*, lege 19, nisi *infra anni* terminum conuersi fuerint, haereticis annumerandi. *Marcella*, et *Pammachius* hoc anno moriuntur. Edictum *Honorii*; quo *Marcellinus* iubetur collationi cum Donatistis interesse; mense octobri. *Britannia* romanorum potestati se subducit. *Lerinense* monasterium a S. *Honorato* conditum,

410. Hoc anno *Synesius*, semipaganus, a Theophilo Ptolemaidis episcopus ordinatus; credidit praeexistentiam animae, aeternitatem mundi, non esse resurrectionem (*Euagrio* tamen philosopho Chirographum datum, *Moschus* in prato narrat.) *Baronius* opinabatur, ficte eum ista dixisse, vt effugeret episcopatum; sed *Holstenius* in dissertat. de *Synesio*, *Pagius*, aliique recte contrarium tenent. *Alarico* mortuo succedit *Ataulfus*, vxoris frater.

411. Collatio *carthaginiensis* cum Donatistis, tres dies. *Constantinus*, qui in Galliis, et filius *Constans*, qui in Hispaniis imperium arripuerat, occisi. *Iouinus*, quem *Gundicarius* burgundionum rex adiuuit, apud *Moguntiam* arripuit imperium; accessit et frater Sebastianus; sed et hi *Ataulphi* opera a. 413. oppressi. Olympiodor. *Treuerorum* ciuitas per *Lucii*, cuius vxorem *Iouinus* violauerat, factionem, a *Francis* capta et direpta. Is *Lucius* a. 413. consul ordinarius. *Pelagius* *Caelestio* in Africa relicto, abit in Pa-

Christi.

laestinam. *Labbeus* hoc anno concil. *Bracarense* recenset, (in quo processio Spiritus S. a patre et *verbo*) non vno nomine subleſtae fidei.

412. Auguſtinus incipit de *ciuitate dei*; Concil. cirtenſe; poſtea *carthag*. damnat Coeleſtium, accuſatore *Paulino*, mediolan. diacono. *Caeleſtius Epheſi* et in *Rhodo* inſula fautores ſuae doctrinae inuenit. Auguſtinus ſcribit, *de ſpiritu et littera*, ad Marcellinum. Initium regni *Viſigothorum* in Gallia. *Theophilo* alex. (*cothurno* Socrat. 6.) poſtquam imaginem Chryſoſtomi adoraſſet, (Damaſc. lib. 3 de imag.) ſuccedit *Cyrillus*. *Rabulas* Edeſſae poſt Diogenem, epiſcop. *Caſſianus* floret.

413. *Heraclianus* in Africa tyrannidem arripit, ſed opprimitur per *Marinum* comitem, qui tamen *Marcellino* tribuno et notario, quem *Donatiſtae* non amabant, non pepercit, licet *Auguſtinus* daret operam. *Baronius Martyrologio* rom. eum addidit. *Hypatia*, alexandriae miſere occiſa. *Iuliana*, vidua, mater *Demetriadis*, virginis velatae, et *Probae* viduae, filia, per id tempus floruit. *Burgundiones* partem *Galliae*, Rheno propinquam, (in Germania prima,) obtinent a Romanis; inde noui regni initium; paulo poſt *chriſtiani* fiunt, de qua re videtur condictum fuiſſe. *Alexander* Antioch. ep. Euſtathianos ſibi coniungit. Theodor 5, 35. idem *Chryſoſtomi* memoriam primus reſtituit.

414. *Ataulphus* Gallam *Placidiam Narbonae* ſibi iungit vxorem, ingenti nuptiali apparatu ornatam; et quidem vix conſentiente *Honorio*. *Gothi* Narbona per *Conſtantium* Coſ eiiciuntur in Hiſpaniam. *Oroſius*, ex *Hiſpania*, et paulo poſt *Paulus* et *Eutropius*, epp. e Galliis, ad *Auguſtinum* proficiſcuntur; ad iſtum inſcripſit librum contra *Priſcillianiſtas* et *Origeniſtas*; ad hos librum de *perfectione iuſtitiae*. *Marcellini* memoria reſtituitur. *Chromatio*, aquileg. qui Anaſtaſii tractoriam contra *Origeniſtas* publicauerat, ſuccedit *Auguſtinus*. *Cyrillus* alex. procurat *translationem* reliquiarum S. Marci, et *Cyri* et *Ioannis*, (martyrum 2. ſub Diocletiano). Acta SS. ad d. 31. Ianuarii. *Pulcheria*, Theodoſii ſoror, hoc

Christi.

hoc a. *Augusta* dicitur. Sub hoc tempus Christiani in Perside pressi, ob ineptum *Abdae* zelum; *martyres* multi inter Syros laudantur.

415. Synodus *Hierosolymitana*; et *diospolitana*, contra Caelestium. *Iudaei* puerum dicuntur crucifixisse, *Theophan. Iudaei* paulo arctius circumscripti, Cod. *Theodos.* de *Iudaeis* lege 22. *Ataulphus* per Gothum aliquem iugulatur; succedit, interemto *Sigericho, Wallia*, qui cum *Constantio* pacem init; *Placidia* reddita. Constantinopoli magna ecclesia dedicata; *reliquiae Iosephi*, filii Iacob, et *Zachariae*, patris Iohannis baptistae, translatae ab *Attico*. *Stephani* protomart. reliquias *Lucianus* indicat.

416. *Orosius* Herotis et Lazari litteras de synodo *diospolitana* ad episcopos concil. proconsularis Africae defert; Synodo *Mileuitanae* alii (cuius nulli sunt canones) interest Augustinus; vtraque synodus, (vt in causis ciuilibus *relatio* et *consultatio* ad Principem solet fieri) caussam excussit, sed non pronuntiauit. De *Marca*; *Pagi*, *Basnage*. Scribunt et 5. episcopi ad Innocentium; qui respondit (incertum, an ex synodo,) die 27. Ianuarii sequentis anni. *Iohanni* hierosolym. succedit *Praylus*. *Parabolani* alex. repressi, cod. *Theodos* de *Episcopis* lege 42. Gentiles a militia exclusi, ibid. de *Paganis* lege 21. Constantinopoli *ludi theatrales* et *equestres* in circo, ob *Attalum* Romanis traditum.

417. *Zosimus* episc. rom. a Martio. *Pelagius*, post 4. libros de libero arbitrio, scribit ad Innocentium; Augustinus scribit *de gestis Pelagii* (palaestinis;) et epistolam ad *Paulinum*, nolanum; *Eusebius*, cremonensis, (qui foro relicto in monasterio *Betlemitico* vixerat, iam presbyter;) scribit ex Italia ad *Cyrillum*, vt Valerianum, qui ex *Italia* Alexandriam abierat, eiiceret; mittit Hieronymo *Anniani* celed. diac. libros contra epistolam ad *Ctesiphontem* scriptos; *Caelestius*, Ephesо Constantinopolin, atque inde tandem *Romam* profectus, a *Zosimo* defenditur; *Pelagius* etiam, qui ad *Zosimum* fidei confessionem miserat. *Pascha*, quod die 22. April. celebrari debebat, ex errore in Occidente d. 25. Martii

 actum;

Christi.

actum; quia communis annus pro embolismo habebatur. *Vallia* pro Romanis feliciter contra Vandalos et Alanos pugnat, itaque paulo post *Aquitania* donatur. *Orosius* historiam edit.

418. Duo concilia Carthagine contra Pelagianos; non satis constat, an vtrumque *plenarium* ex cunctis provinciis fuerit. *Pagi* n. X. sqq. *Augustinus* scribit ad *Sixtum*, presbyterum; postea papam. *Zosimus*, africanorum expostulatione motus, Caelestium et Pelagium nunc damnat; ab *Honorio* impetrat, Pelagianos vrbe expelli (sed in cod. Theodos. non exstat rescriptum). *Zosimi* tractoria ab Africanis, post *plenarium* concil. (in hoc, canone 22. *appellationes transmarinae* vetitae; contra *Apiarium*;) publicatur. *Aquilegiensis* primas eamdem suis episcopis mittit, sed non deerant, qui dissentirent. Concilium *Zellense* in Africa, (aliis Teleptense, *Baluzii* dissert.) in quo *Siricii* epistolae contra matrimonia clericorum iterum praelectae. *Augustinus* mittitur cum aliis a *Zosimo* in Mauritaniam Caesar. ob alias ecclesiae necessitates terminandas; eius colloq. cum *Emerito*, donatista. Zosimus ecclesiam Massiliensem *Patroclo* arelatensi interea committit (de *Marca* lib. 5. c. 30); reiecto *Proculo*; *Constantii* haud dubie auctoritate motus, licet *Patroclum* dicat Prosper, infami mercatu sacerdotia venditare *Iudaei* in honore adhuc habiti, cod. Theodos. de *Iudaeis*, lex 24. quam in rem *Rutilii* libro 1. itinerarii versus pertinent, *Victoresque suos natio victa premit.* *Zosimus* moritur decembri; Succedit *Bonifacius*, oppresso *Eulalio* per Honorium aut *Placidiam*. Durante hoc schismate scripsit *Iulianus*, eclanensis ep. contra Augustini *librum* 1. *de nuptiis et concupiscentia*; et post annum 420. libros 8. contra Augustini *secundum*. *Iulianus* habuerat antea coniugem *Iam*, consularem virginem; cuius pater *Aemilius* factus est ep. *Beneventanus*.

De Thessalonicensi vicariatu S. sedis per provincias *Illyricianas*, hoc anno *Pagius* plura collegit, num. 75 seq. plura de *Marca* lib. 5. c. 20 seq.

Monarchiae *Francicae* cis et vltra Rhenum, initia, *Pharamundi* nomine solent designari.

Con-

Christi.

419. Concil. *carthag.* 6. et 7. hoc anno finitum; contra *Sardicenses* canones; in *sexto*, canones veteres relecti, conciliorum sub *Aurelio*; de *Marca* dissert. de veterum canonum collectionibus. Multa prodigia hoc anno; Iesus Christus super montem Olivueti sese de nube manifestauit; multae nationes perterritae et credulae; baptizatorum in tunicis crux Christi, diuinitatis nutu, extemplo impressa. *Marcellini* chronicon tomo 2. *Sirmondi operum*; itaque *Hesychius*, Salonit. ep ad *Augustinum* scripsit; qui respondit, de die vltimo non requirendo, ep. 197. olim 78 *Manichaeos* in Gallia fuisse, patet ex *Bonifacii* epistola ad epp. Galliae.

420. *Augustini* libri 4. de anima et eius origine, contra Vincentium Victorem. Bellum *persicum*, sub Vararane. *Hieronymus* moritur anno aetatis 90. *Alexandro* antiocheno hoc fere anno successit *Theodotus*. *Atticus* nomen Chrysost. in diptycha refert.

421. *Constantius* fit imperator; paulo post mortuus. *Theodosius* edit rescriptum de *Illyrici* prouinciis, cod. *Theodos.* lib. 16. tit. 2. lege 45. de cuius sententia, vtrum faueat Constantinopolitano contra Romanum ep. fuerunt variae sententiae. *Honorius* *Bonifacii* in rem agit, vt reuocetur. Illud certum est, *Bonifacii* auctoritatem exiguam fuisse ad *Illyricianos*, vt patet ex Epistolis. *Augustinus* scribit *Enchiridion*; scholasticae theologiae rudimentum, vt iam *Pagius* vidit. *Britanni*, quos Scoti et Picti vexant, mittunt ad *Honorium*, vt eos defendat. *Alypius* ex Asia in Italiam profectus.

422. *Bonifacius* Africam inuadit. *Augustinus* scribit de *octo Dulcitii* quaestionibus. *Bonifacius* rom. moritur mense septembri; succedit *Caelestinus*. *Persae* pacem poscunt.

423. Augustinus per triennium consequens absoluit *libros de ciuitate* dei, et de *trinitate*; disputatio cum *Pascentio* et *Maximino*, arianis. *Honorius* Ravennae moritur, postquam *Placidiam* sororem, ob frequentes rixas *gothicas*, expulerat; ei Bonifacius ex Africa sumtus itineris praebuit. *Ioannes*,

Christi.

primicerius notariorum imperium arripit, non sine *Castini*, magistri mil. fauore. *Theodoretus* fit ep. Cyri. Pelagianos, antea vrbe, iam Italia excedere cogit *Caelestinus*; itaque *Iulianus* cum aliis ad *Theodorum* Mopsuest. concedunt. *Antonii* Fussal. caussa, et *Apiarii* noua.

424. Theodosius mittit Valentinianum, amitae filium, contra Ioannem. *Thessalonic.* ecclesia immunis a tributis, cod. *Theodos de annoua* leg. 33. Marius *Mercator* scribit, se documenta habuisse, *Synodi Antiochenae* sub *Theodoto* contra Pelagianos.

425. *Ioannes* tyrannus captus et occisus. *Valentinianus* Romae imperator proditur. *Theodosius* CPLi scholas et Professores honore auget, cod. Theodos. de stud. liberal. leg. 3. et de Professoribus leg. 1. Idem leg. 5. de spectaculis, vetat festis diebus spectacula haberi. *Natalis* et *Epiphania* distincta festa. *Hunni* sub *Roua* rege romanum imperium inuadunt; etiam *Vandali* in Hispania, et *Gothi* in Gallia. *Theodoricus* enim *Arelaten* obsidet. *Attico* CPLi succedit *Sisinnius*, cui inuidet *Philippus Sidetes*. *Praylo*, Hierosolym. *Iuuenalis*.

426. *Eradius* Augustino coadiutor datus; hic scribit libros 2. retractationum. *Patroclo* arelat. occiso, jussu magistri militum, succedit Honoratus. *Iudaeis* proselytis priuilegium haereditatis tribuit lex 28. cod. Theodos. de Iudaeis. Synodus CPLi contra *Messalianos* (quorum iam superiori seculo exstant vestigia.) Theodoretus *Marcionitas* requirit.

427. Bonifacius, in quem bellum decretum, *Gensericum Vandalorum* regem in Africam inuitat; qui anno 429. Africam Romanis eripiunt. *Leporius* libellum edit emendationis. *Pannonia* a Romanis recepta, eiectis *Hunis*. Monachi *Adrumeti*, in byzacena, dissident; itaque Augustinus scribit libros *de gratia et libero arbitrio*; et librum de *correptione et Gratia*. Lex de cruce, humi non pingenda.

428. *Sisinnio* succedit *Nestorius*, postquam *Theodorum* mopsuest. viserat. *Iulianus* et alii Pelagiani veniunt in eam vrbem. *Lupus*, Lerinens. fit episc. *trecensis*.

Christi.

censis. *Theodosii* lex 2. de *lenonibus*, ostendit, quaenam fuerit seculi corruptio.

429. Prima Legatio S. *Germani* antissiodor. cum *Lupo* in Britanniam, aduersus *Agricolam* *Pelagianum*; a *Caelestino Papa*. Septentrionalem partem Britanniae *Saxones* iam superiori seculo habebant. *Cyrillus* in paschali 17. *Nestorii* sententiam refellit. *Eusebius*, etsi laicus, publice in *Nestorium* invehit. *Caelestinus* scribit ad *Cyrillum* de hac caussa. *Nestorii* prima Epistola ad *Caelestinum* cum quaternionibus missa. Ex lege 29. cod. Theodos. *de Iudaeis*, certum est, *Patriarchas* Iudaeorum iam ab aliquo tempore desiisse; *Primates* eorum loco nominantur; aurum coronarium Fisco addictum.

430. *Cyrillus* per *Possidonium* diac. *Caelestino*, et hic Nestorio, satis acriter, scribit, ex Synodo *romana*, quae *Pelagianos* denuo damnat. *Cyrillus* etiam ad *Acacium Beröensem* scribit; ex *alexandrina* Synodo per 4. Episcopos *Nestorio* mittit anathematismos, confessionem et citationem; hic a Theodosio impetrat concilium, *Ephesum* in Pentecosten 431. indictum. (Nestorium syllogismis inepte damnat Natal. Alexander) *Aurelius*, carthag. et *Augustinus*, obit in obsidione Hipponae. *Aetius Iuthungos* et Noricos reprimit. *Briccius*, turonensis ep. de adulterio suspectus.

431. Synodus *romana*, mense Majo, legatos Ephesum instruit. Vicesimo secundo *Iunii* concilium Ephes. incipit, Episcoporum fere CC. *Nestorius* in monasterium S. *Euprepii* missus; ei *Maximianus* succedit, post menses 4. *Ioh* Antioch. *Tarsi* concilium habet contra Cyrillum. *Caelestino*, qui *Palladium* in Hiberniam misit, succedit Romae *Sixtus* 3 mense Augusto.

432. *Iohannes* Antioch. concilium habet, pacis ineundae caussa. *Theodoretus* confessionem fidei scribit, quam Iohannes inde *Cyrillo* mittit, vt subscribat. Pax igitur fine anni.

A pace hac multi orientales alieni, *Andreas* samosat. *Alexander*, Hierap. *Meletius*, mopsuest. *Theodoretus*, *Dorotheus*, etc. quos *Liberatus* primos *Acephalos* putat.

In

Christi.

433. In *Gallia* dissensiones de posterioribus *Augustini* libris; *Prosper* scribit aduersus *Collatorem.* Incerta acta *Sixti* 3, qui aduersus *Bassi*, exconsulis, accusationem de stupro, publice dicitur se defendisse. *Petrus*, Chrysologus, fit episc. Ravennae; isto cognomine parum dignus.

434. *Theodosii Sacra*, aduersus eos, qui cum *Iohanne* Antiocheno ep. nolebant communicare; itaque multi Episcopi sedibus eiecti; nouam *Sacram* impetrat Iohannes, contra *Theodoretum* et tres alios, obstinatiores. *Maximiano* Constantinopoli succedit *Proclus. Honoria*, Valentin. soror, quae ad Aulae decus virginitatem inuita tenebat, stuprata ab Eugenio procuratore, palatio eiecta, *Attilam* suscitat. *Vincentii* Lirin. commonitorium.

435. Lex *Theodosii*, Nestorii haeresin dicendam esse *Simonianam*; libros eius comburendos. In synodo *Anazarbi* pacem Ciliciae secundae epp. amplectuntur; sed reiectis *Cyrilli* capitulis. Idem fit in Synodo *Tarsensi*, primae Ciliciae. Lites de libris *Theodori*, mopsuest. *Procli* tomus ad *Armenos*, qui eum interrogauerant de hac caussa. *Rabula* suscitat ingentes motus; contra quem Synodus *Antiochena* decretum emittit; multi tamen epp. contra *Theodorum* ad Imperatorem libellum mittunt; *Cyrillus* scribit contra *Theodorum* et Diodorum; Edesseni quidam monachi *Ibam* ep. accusant etc. *Burgundionum* rebellio ab *Aëtio* repressa. *Codex Theodosianus* conditur, qui ab a. 438. per *orientem*, *occidentem*, et per provincias obtinuit, quae aliis gentibus parebant.

436. *Nestorius* nouo edicto in *Oasin* relegatur. Epistola *Ioh.* Antiocheni ad Proclum; in qua multa ad historiam et iurisdictionem ecclesiasticam pertinentia habentur. Enumerat XI prouincias ipsi subiectas; sed sine *tribus Palaestinis*, quas iam *Iuuenalis* Hierosolym. arripuerat. *Pagi* etiam de πρωτοθρονοις Antiochiae, Tyri, et Damasci, etc. hic agit. *Attila Gundicarium*, burgund. proterit; *Theodoricus*, Visig. Narbonam frustra obsidet.

437. Initium persecutionis *Vandalicae*, a Genserico in Africa. *Valentinianus*, donata socero *Illyria* tota,

Christi.

tota, *Eudoxiam* Theodosii filiam, ducit; ius tamen Pontifices rom. retinuisse volunt in Illyrici ecclesias, vsque ad *Leonem* Isaurum. *Bagaudae* per ea tempora in Galliis grassantur, ob magistratuum rom. tyrannidem. Bellum aduersus *Gothos*, *Hunis* auxiliaribus. *Melania*, iunior, Constantinopolin venit;

438. Reliquiae Chrysostomi Constantinopolin translatae; reliquiae *Ignatii*, quae extra vrbem iacuerant, in Antiochiam illatae; martyrum, sub *Licinio*, corpora inuenta. *Eudocia*, votum solutura, Hierosolymas profecta. *Melania*, quae redierat, ei obuiam venit. *Eudocia* reliquias refert, quas inter seculo 6 *catenas* Petri numerant.

439. *Visigothi* Romanos apud *Tolosam* vincunt, *Litorio* capto. *Carthago* a Vandalis capta.

Baronii falsum concil. constantinopol. contra *Cyrilli* superbas molitiones. Concil. *Regiense*, sub *Hilario* arelat. de ordinatione *Armentarii*.

440. *Sixto* (cui *Garnerius* aliquot libros vindicabat, refutatus ab *Alexandro*,) rom. succedit *Leo* I. qui diaconus fuit; legatione iam in Galliis fungebatur. *Alani*, (ii, qui non in Africam discesserant,) quibus terrae Galliae vlterioris ab *Aëtio* attributae erant, resistentes armis subigunt. Eorum post 464 non amplius in Galliis mentio. *Gensericus* Panormum obsidet.

441. Hoc aut seq. anno *Iohanni*, Antioch. succedit nepos ex sorore, *Domnus*; qui *Eutychianis* initiis, defensione *Theodori*, resistit. *Eucherius* lugdun. ep. (quem alii in duo diuiserunt). *Persae*, *Zanni*,

442. *Hunni* (hi sub fratribus *Bleda* et *Attila*) in romanas prouincias irruunt; concil. *Vasense*, 1 et *arausicanum*.

443. *Leo* Manichaeos in vrbe hoc et seqq. annis exagitat. *Attila* ludit Romanos crebris legationibus, quae muneribus multis redimendae.

444. *Cyrillus* alex. *mortuus*. Succedit *Dioscorus*. S. *Romanus*, primus, in Gallia sequanorum, monachorum pater, presbyter ordinatur ab Hilario arelat.

445. *Dioscori* impulsu, *Nomus*, mag. officiorum, Cyrilli familiam multo auro emungit. Contentio inter

Leo-

Chriſti.

Leonem et *Hilarium*, arelat. quod hic *Celedonium*, veſontionenſem metropolitam, quaſi non canonicum, condemnarat; hic autem Romam adierat. *Honoratus* maſſil. aliter rem narrat, ac *Leo* deſcribit. *Synodus arelatenſis* 2, hoc fere tempore; canones 56. etiam *Antiochena*, qua *Athanaſius*, Perrhae ep. furti olim accuſatus, condemnatur. Huc vsque *Proſper* chronicon perduxit. Lex Valentiniani in fauorem ep. rom. novell. tit. 24.

446. *Britanni* opem Romanorum contra Scotos implorant. *Conſtantinopoli* et alibi, ingens motus terrae; quem alii 447 referunt; puer in nubes ſublatus Angelos canentes audiit; itaque *Proclus* triſagium inſtituit; ſic ceſſauit terrae motus. *Turibius* contra *Priſcillianiſtas* agit.

447. *Attila* late graſſatur. *Proclus* moritur, ſuccedit *Flauianus*. *Angli* et *Saxones* in *Britanniam* auxiliares vocati. *Septimius*, *altin.* ep. de *Pelagianis* in *Veneta* prouincia ſcribit ad *Leonem*, (*Photius* cod. 54.) *Pulcheria* remota *Eudocia*, rerum adminiſtrationi admouetur, *Chryſaphio* auctore. *Meroueus* poſt *Clodionem* in *Francia*, regnat.

448. *Theodoretus* domi ſe continere iuſſus a Theodoſio. Euſebius *Eutychen* haereſeos accuſat; damnatur hic per ἐνδημοῦσαν epiſcoporum 32, Archimandritarum 23. Diſſidium *Eudociae* et *Theodoſii*, qui *Paulinum*, mag. officiorum, cui illa pomum donarat, in exilium duci et occidi iubet. *Cyrus*, ex ethnico praefecto vrbis, poenae loco clericus, et epiſc. Cotyaei factus.

449. Synodus *Tyri*, et ob ſcandalum (verborum, quae Ibas dicebatur protuliſſe) *Beryti*; in qua *Ibas* abſoluitur. *Leonis* epiſtola ad Flauianum. *Conſtantinopoli* acta ſuperioris ſynodi iterum excusſa; Synodus *Epheſina*, quam *Dioſcorus* expetiit; adſunt legati *romani* duo; *Ibas*, *Domnus*, ſuffecto *Maximo*, et *Flauiano*, depoſiti; hic paulo poſt obiit, cum martyris honore, ſuffecto *Anatolio*. Angli et Saxones, ducibus *Hengiſt* et *Horſa*, in Britanniam veniunt. Poſt *Hilarii* arelat. mortem, *Leo* rom. diuidit *Viennenſem* prouinciam; quatuor epiſcopatus tribuit *Vienenſi*, ceteros *Arelatenſi*.

Theo-

Christi.

450. Theodosius *Chrysaphium* in exilium mittit, *Eudociam* vero Hierosolymam; huic ibi ministrantes presbyterum *Seuerum* et *Ioannem* diac. occidi iubet per *Saturninum*, comitem domesticorum; hunc autem Eudocia. (Alii haec duobus annis ante adsignant; a. 448, quo *Pulcheria* in aulam rediit) Theodosio 450. mortuo succedit *Marcianus*. *Anatolius* in synodo constantinop. (cuius fragmentum superest) Eutychen et Nestorium damnat. *Galla Placidia*, Valentin. mater, Romae moritur.

451. Synodus vniuersalis a *Marciano* (non a Leone ep.) *Nicaeam* indicta, (vbi *Dioscorus* Leonem rom. excommunicat,) inde *Chalcedonem* translata, licet *Leo* maluerit in *Italia* haberi. (*Pulcheria* non fuit in loco concilii; licet *Labbei* textus falso habeat.) Concilii huius acta, (*actionum* olim fuit ordo, quam hodie, alius,) suppeditant multam obseruationum copiam. *Dioscoro* deiecto, (actione hodie 3.) succedit *Proterius*. *Seruatius*, ep. Tungrensis mortuus ante *Attilae* inuasionem. *Hunni* vrbem *mettensium* incendunt; magna clade accepta redit *Attila*.

452. Tumultus in Palaestina, pro *Theodosio* (contra *chalced.* concilium) qui Hierosf. sedem inuasit. *Attila*, vastatis *Italiae* multis vrbibus, *Leonis* ep. rom. legatione placatus, redit. *Iohannis* baptistae caput hoc aut seq. anno in vrbe *Emesa* inventum; *Marcell.* chronic. fabulam narrat. (Aliud caput iam *Theodosii* M. tempore, *Sozomen.* 7, 21.) *Valentiniani* nouella titulo XII, de *episcopali iudicio*; episcopi forum legibus non habent; nisi litigantes voluerint; aliter, agendum est legibus publicis. Ob hanc legem romanistae non parum irati fuerunt.

453. *Leo*, rom. *Iulianum* coënsem ep. constituit *Vicarium* vel *nuntium* suum Cpli; (de *Marca* lib. 5. de concord. sacerdot. et imperii c. 5. 6. sq.) Per eum de *Paschate* iubet requiri. *Pulcheria*, quae Mariae templum in *Blachernis* aedificauit, atque impetratis a *Iuuenali*, (qui Hierosol. post Theodosii fugam restitutus fuit,) Mariae reliquiis, (fasciis sepulcralibus et σορῷ, (ornauit, mortua. Concilium

Christi.

cilium *andegauense* canonum XII. *Attila* moritur.

454. *Valentinianus*, postquam vxori *Maximi* stuprum intulerat, *Aetium* interficit, suasu *Heraclii*, spadonis. S. *Seuerinus*, ex Oriente per Quados profectus, in *Norico* ripensi aedificat monasterium. *Dioscorus* in exilio mortuus. Concilium *Proterii* alex. contra *Timotheum*, Aelurum, et Episcopos sectatores; *Euagrius* lib. 2, 8. *Deogratias* carthag. episcopus, precibus Valentiniani ab Arianis permittitur.

455. *Valentin.* interimitur; *Maximus* successor. intra 4. menses occisus. *Gensericus*, quem Eudoxia, vidua, inuitarat, Romam depraedatur, ablatis regni insignibus, cum *Eudoxia*, et filiabus. *Leo* ep. rom. ignem et caedes auerterat. *Auitus*, in Galliis, a Gothis, imper. factus; in quem *Sidon. Apollinaris* scripsit panegyricum. *Marii*, auentic. ep. chronicon hic incipit. *Vandalica* persecutio flagrat; cui seruorum matrimonium virgineum, in monasterium inuito domino abeuntium, occasionem praebuisse videtur. *Victor* vit. lib. 1. 2. copiose narrat, nec vanis miraculis recensendis, nec atrociae Vandalorum, scribendo deest.

456. *Theodoricus*, *Auiti* suasu, Sueuos in Hispania magna clade afficit; rege Rechiario occiso. Auitum iam Gothi destituunt; is itaque fit ex imperatore episcopus placentinus, cogente Ricimere. *Meroueo* successit *Childericus*. *Burgundiones*, qui Gothis contra Sueuos auxiliares fuerant, primam *lugdunensem* et alias Galliae partes occupant.

457. *Marciano*, (studio Asparis, ariani, *Candidus* apud *Photium*) succedit *Leo*, quem *magnum* dixerunt. *Proterius* alex. misere occisus (p. 256 seq.) *Timotheo*, (qui noctu angelicam vocem ad monachos simularat) aeluro, pauci epp. adhaerent. Imperator ad metropolitanos *encyclicas* mittit, quorum responsiones codice *encyclico* continentur. *Maiorianus* fit imperator in occidente; terrae motus *Antiochiam* fere totam obruit. *Victorius* aquit. scribit *cyclum*, iubente *Hilaro*, rom. archidiacono.

Basilius

Chriſti.

458. *Baſilius* antioch. ep. qui 2. annis ſedit, moritur; ſucceſſit *Acacius* aut *Alexander* et huic (a. 460.) *Martyrius*. *Iuuenalis*, hieroſ. moritur; ſuccedit *Anaſtaſius*; *Anatolio* autem conſtantinop. ſuccedit *Gennadius*. *Euthalius*, quem ſulcenſem ep. dicunt, edit opus ſuum in Epiſtolas et Actus. *Maioriani* nouella: ne ante annum XL. virgines aut viduae velentur; aliter bonorum tertia parte multandae.

459. *Leo*, imp. participes caedis *Proterii* linguae abſciſſione multat. *Synodus* CPL*i* contra Simoniacos. T*imotheus* Aelurus, (cuius mendacem ad imperatorem libellum *Gennadius* dicit ſe *latine* tranſtuliſſe, et praetitulaſſe, cauendnm eſſe,) in exilium mittitur; huic T*imotheus*

460. Salophaciolus, poſt menſes 5. ſuffectus. *Simeon*, primus Stylita, moritur. *Eudocia* Hieroſolymis, poſt multa donaria, moritur. *Maioriani* lex: ne quis inuitus fiat clericus, quod parentes ſolebant, amore in quosdam liberos praecipuo, procurare.

461. Perfidus *Ricimer Maiorianum* occidit; ſucceſſit *Seuerus*. *Leoni* rom. ep. ſuccedit *Hilarus*, qui fuerat in ληστρικῇ Epheſina. Concil. *Turonenſe* primum, canonum 13, cui occaſionem dedit *translatio* S. *Martini* in ſplendidiorem baſilicam, quam *Perpetuus* aedificauerat, feneſtris 52. columnis 120. oſtiis 8. longam 160. pedes, latam 60, altam 45. Gregor. turon. 2, 14.

462. *Studius*, qui iam ante quam fuerat 454. (non 444.) conſul, aedificarat (*Suidas*) templum ἀρχιστρατήγῳ, (Michaeli) nunc aedific. templum S. *Iohannis*, praecurſoris, in quod ἀκοιμήτας aſſumſit. Synodus *romana*, contra *Hermetem*, narbon. ep. inuaſorem.

463. Hoc anno inſcriptio, (a *Noriſio* in faſtis conſularibus illuſtrata) ſcribit *Octabas* Paſchae. *Petrus*, Gnapheus, ſeu *fullo*, quam artem inter Acoemetas exercuerat,) incipit *Antiochenam* turbare eccleſiam. *Aegidius*, comes, qui res romanas adhuc defenderat, periit; poſtquam *Fridericum*, Theodor. regis fratrem, ſuperauerat. *Franci* Agrippinam occupant. *Aegidio* Sueſſioni ſucce-

 dit

Christi.

dit filius *Syagrius*. Cpoli dirissima fames, vt vnus panis tribus follibus, seu CCC. denariis romanis vaenerit. *Veneticum* (Vennes) concil. hoc fere anno can. 16.

464. *Alanorum* regnum, interemto rege *Beorgor*, a Ricimere sublatum. *Childericus* iam a *Francis*, post reiectum Aegidium, restitutus.

465. Incendium ingens Cpoli. Oeconomus ecclesiae S. Anastasiae tecto conscenso Euangelium manu gestans vim ignis auertit; *Theodorus* lector; tacet tamen de miraculo Euagrius. S. *Cyriacus*, anachoreta, apud Iordanem, floret; eius vitam edidit *Pougetus*, benedict. in analectis. Concil. *romanum* in natali (de anniuersaria solemnitate *Basnage* ad h. a. qui cerimoniam sub *Damaso* putat ortam esse) *Hilari*; *Seuerus* imp. veneno moritur. *Vandali* littora Italiae incursant. Circa hoc tempus *Odouacrus*, dux Saxonum, nauibus Galliam inuadit; hi Saxones inter mare britannicum et fl. Ligerim considebant.

466. *Leonis* lex de *asylo*; ne, qui in ecclesias confugiunt, a creditoribus expellantur. *Epiphanius* fit episc. *ticini*.

467. *Anthemius* imper. occid. Imagines eius laureatae Cplin illatae; de eo ritu *Godofredus* ad cod. *Theodos* de imaginibus imperialibus (vid supra de *Timotheo* alexandr. pag. 251.) Pestis *Romae*, vbi Lupercalia agebantur; *Gelasii* epistola ad Androm. *Leo* imp. Arianos τους ἐξω κιονων (*Exocionitas*) eiicit. *Euricus*, rex visig. fratrem *Theodoricum* occidit.

468. *Hilaro* rom. successit *Simplicius*; paulo ante mortem *Hilarus* obstitit *Philotheo*, macedoniano, qui ab *Anthemio* nouarum sectarum conuenticulis libertatem petierat. *Romae* igitur, seu apud B. *Petrum* hoc non licuit. *Hilarus* fecerat *oratoria* et *cruces* ex argento et auro. Ingens classis contra Vandalos nihil agit. *Aruandi* praef. Gall. rebellio; eius post exilio terminata.

469. *Vandalis* Tripolis et alia in Libya erepta; *Aspar* Leoni suspectus fit. Caput *Denzigis*, Attilae filii, Cplin allatum. Lex *Leonis* de electione Episcopi; non *pretio* et ambitu.

Suenu

Christi.

470. *Sueui* arianam hypothesin arripiunt, per *Aiacem*, Galatam; Isidor. *Gennadius* ep. CPLit. scribit in Danielem, et Pauli epistolas. Moritur a. 471, successit *Acacius*.

471. *Aspar* et filii, Ardaburius, et Patricius Caesar, occisi; (*Idacius* iam a. 468.) *Iulianus* ep. Antioch. eiecto *Fullone*, qui post *Onsitanum* exil. tandem Cpli haesit.

472. *Acacius* sedis suae honorem et iura vindicatum it, neglecto romano ep. *Eudoxia*, cum 16. annis vixisset cum *Hunerico*, et *Ildericum* peperisset, ex Africa fugit. *Vesuuius* cineres late eructat. *Anthemio*, per generum Ricimerum occiso, succedit *Olybrius*, septimo mense autem perit; moritur et *Ricimer*.

473. *Glycerius* imper. occid. qui *Gothos* ex Italia in Galliam, muneribus placatos, ablegat. Moritur *Euthymius* abbas; *Sidonius* ex *praefecto* Senatui, fit episc. Aruernorum.

474. Moritur *Leo*, succed. *iunior*, nepos eius; qui ad patrem *Zenonem*, mulierum opera, imperium transfert. Deiecto *Glycerio*, (fit episcop. in *Dalmatia*) succedit *Iulius Nepos*; qui *Epiphanium* ticin. mittit ad regem Visigothor. *Saraceni* Mesopotamiam, *Hunni* Thraciam inuadunt.

475. *Augustulus* in Nepotis, qui Aruernum Gothis promiserat, locum suffectus. *Euricus* visigoth. R. catholicos vexat. *Ostrogothi* e Pannonia regnum in *Illyrico* instituunt.

476. *Odoacer* Italiam occupat, *Visigothis* partes trans Alpes dimittit; finis romani regni. *Zeno* fugit; *Basiliscus*, *chalced.* concilii *hostis*, imperator in oriente. Hic *Aelurum* (qui *Ephesi Paulum*, et vrbi huic ius patriarchicum restituit, contra Chalced. *Euagrius* 3, 6.) et *Fullonem* sedibus restituit; *Iulianus* ant. in luctu moritur; Salophaciolus alex. fugit in monasterium. Concil. *Ephesinum* (fere D. episcoporum) contra *Acacium*, qui *Basilisco* se opposuit pro *Chalcedonensi*. (*Theodorus* lector narrat: *Acacium* se, cathedram, et altare nigris vestibus texisse; *Danielem* de columna sua descendisse, plebem minatam, vrbem se incendere &c.

Chrifti.

477. *Zeno* poft 8 menfes reftitutus, opera Theodorici Amali; *Aeluro* mortuo Petrus *Moggus* fubftitutus, imperatoris iuffu pellitur, reftituto Salophaciolo. *Maffilia* &c. ab *Eurico*, rege vifigoth. occupata; *Fauftus* regienfis in exilium; *Genferico* in Africa fucced. *Hunericus*.

478. Antiochiae per Synodum orientalem in *Fullonis* (in exilium miffi) locum *Iohannes*, et poft tres menfes *Stephanus* fuccedit. *Synodus* Romae et Conftantinopoli, contra *Fullonem* &c. *Simplicii* (non *Felicis* 3, huic enim non conuenit cum Acacio) epiftolae ad *Fullonem*. Rebellio *Marciani* et 2. fratrum, filiorum *Anthemii*, Cpli. *Marcianus* ille fit presbyter.

479. *Sabinianus* contra *Theodoricum* Amalum non infeliciter rem gerit. *Eugenius*, carthag. poft 24. annos primus epifcopus, exorato *Hunerico* per Zenonem imperatorem.

480. *Nepos* occifus; Auguftulus eiectus; *Odoacer* Roma potitus, a Zenone *Patricius* dictus.

481. *Theodoricus* triarii fil. moritur, hoc aut fequenti anno. *Childericus*, rex Franc. moritur, cuius fepulcrum 1653. repertum *Chifletius* in *Anaftafi* illuftrauit. Succeffit *Chlodoueus*; *Stephanus* antioch. fenior, moritur. Succeffit *Stephanus* iunior, quem, in Synodo *Laodicena* purgatum, anno poft in baptifterio calamis confoffum in fluuium proiiciunt haeretici. Succeffit *Calendio*, imperatoris iuffu, qui Iohannem *Codonatum*, ab Antiochenis electum, Tyrum transfert. *Iohannes Talaia* (Θλαδια) alex. fit epifc. poft mitem et prudentem (Liberat. c. 16.) Salophaciolum, qui ob periurium et *Henoticum* Romam proficifcitur, et Nolanus tandem fit epifc.

482. Tres epiftolae *Simplicii*, de ordinatione *Calendionis* ab *Acacio* Cpli peracta. Pagi. *Leontius* Antiochiae tyrannus. *Acacius*, quia alexandrinus Ioh. ad ipfum non fcripferat, perfuadet imperatori, vt *Petrum Moggum* alex. (per apices imperiales, deferente abb. *Ammone*; *Liberat.* c. 17. 18.) reftituat; itaque romanus epifc. non aufus eft *Iohanni* accedere. Imperator edito *Henotico* fperat Aegyptum pacari poffe. *Henoticum* continebat

Christi.

nebat symbolum nicaenum; 12. capitula *Cyrilli;* anathema *Nestorii* et *Eutychis;* sed Dioscorum, epistolam Leonis, et phrasin *ex duabus et in duabus naturis*, silentio pressit. Inde, licet ecclesiae *oeconomiam* non obscuram *Pagius* commemoret, nouae turbae. *Acephali* orti, qui secedunt a patriarcha, quia noluit publice condemnare *chalcedon.* concilium. *Facundus* praecipue inuehit in hanc potentiam secularem. Episcopus Hispalensis fit *primas* in Hispania.

483. *Simplicio* (sub quo *Odoacri* regis constitutio: ne papa sine regis consultatione eligatur) succedit *Felix* 3. Eius legati in caussa *Talaiae* a *Zenone* in carcerem coniecti. *Hunerici* (*Victor*, libro 2. atrocissima narrat) edictum contra Catholicorum clericos.

484. Legati romani perfide agunt, et magna cum ignominia redeunt; Synodus rom. contra *Acacium* et *Petrum.* Iam plures sequuntur *Felicis* epistolae. Persecutio in *Africa;* iusserat rex, ne Episcopi cum transmarinis commercium porro haberent &c. Hunerico succed. Gundamundus; iurarunt 302. epp. coloni facti. *Genouefa* floret. Illi rebellio oppressa.

485. *Euarico* Visig. qui catholicis grauis fuit, succedit Alaricus. *Calendione* siue ob societatem *Illi*, siue ob communionem *Romanam* reiecto, *Petrus Fullo* restituitur Antioch. ep. qui illud, *Rex Christe*, quod *Calendio* appendici ad trisagium nouae adiecerat, reiecit. Synodus *romana* contra *Fullonem*, et plures *Felicis* epistolae. *Tutum* rom. legatum, tamen *Acacius* in suas partes traxit, licet antea damnationem pallio Acacii adfixerit, per monachos; quorum ideo quidam occisi etc. Sub hoc *Petro*, corpus S. *Barnabae*, Cypri, cum Euangelio Matthaei, (e quo in palatio solebat legi feria quinta paschatos,) inuentum, insulam iuri Antiocheni exemit. *Fullo* in synodo, *Chalcedonense* concil. damnat; ideo variis ipse synodis et epistolis occidental. damnatus. *Acacius* similiter, Romam citatus et damnatus. *Xenaias*, ep. Hierapoleos, imaginibus sanctorum parum amicus.

Christi.

486. *Martyrio*, ep. Hieros. succedit *Salustius*, qui *Henoticum* suscepit. *Chlodoueus Syagrio* oppresso finem rebus Romanis in Gallia fecit, amplificatis regni sui finibus.

487. *Theodoricus*, Gothor. rex contra *Zenonem* insurgit; paulo post ab eo missus contra Odoacrum in Italiam. *Odoacer* vincit *Rugos*. S. *Eugendus*, abbas, in Burgundico regno floret; qui se moribundum a fratre quodam in pectore perungi iubet. Hoc fere anno scripsit *Victor* vitensis, libros 5 de persecut. vandalica; fugerat paulo ante collationem istam.

488. *Petrus Fullo* moritur; de quo *Theodorus* narrat, eum instituisse, *publice* consecrari chrisma; inuocationem super aquas, die Epiph. fieri sub vesperam; in omni precatione nomen *deiparae* proferri. Successit *Palladius*.

489. Moritur *Acacius*, successit *Frauita*, aliis Flauianus, qui continuat in *Moggi* communione, (de eius fraude, qua nomen suum schedulae, quasi angelo auctore inscripserit, fabulam longam narrat *Nicephorus*, lib. 16, 18.) *Acacii* imaginem, viuo adhuc *Gennadio*, inter alias imagines in ecclesiis publice suspensam, narrat, *Suidas*. *Frauitae* post tres menses mortuo succedit *Euphemius*. *Theodoricus* Italiam inuadit.

490. Lites in Gallia sub hoc fere tempus de *praedestinatione*; Synodus arelatensis et Lugdunensis *Fausto* regiensi episcopo caussam tradit, vt contra *Praedestinatianos* scribat; qui ideo contra *Lucidum* scribit; *Lucidus* retractationem edit. Alii ante annos XV ponunt has Synodos. *Petrus Moggus* alex moritur; succedit *Athanasius*; nouum schisma alexandrinorum, inter eos, qui *Henoticum* suscipiebant, vtrum damnandum sit concil. chalced. Euagr. lib. 3, c. 31. *Auitus*, vien. ep. floret.

491. *Zeno* imper. mortuus; successit *Anastasius*, qui *Henoticum* confirmauit, *Euagr*. 3 *Chalcedonensi* concilio fiebat, quod episcopis singulis videbatur; nec laudabatur publice, nec condemnabatur. *Liberat*. c. 18. *Perpetuus* ep. turon. moritur.

Regni

Christi.

Regni Anglofaxorum fub *Ella* in *Suffexia* et *Surra*, feu auftrali britannia, initium

492. *Felici* (cuius, ataui fui, apparitionem *Trafillae*, patris Gregorii M. forori, factam, narrat *Gregor.* dialog. 4, 16.) 3. fuccedit *Gelafius*, afer. *Ifauri Longino* duce, imperium fibi vindicare volunt; bellum per fex annos.

493. *Theodoricus* Rauennam et Italiam obtinet; felicitas magna fub Ariano principe in Italia per XXX. annos. *Caffiodorius* in gratia eft apud eum. *Gelafii* epiftola contra Pelagianum *Senecam*.

494. Concil. *romanum* vulgo, fub *Gelafio. Gelafii* conftitutio ad epp. per Lucaniam &c. Decretum de fcripturis diuinis et patrum (quod *Sandinus* adhuc in hunc annum refert, in vitis pontificum p. 125 fq.) incerti eft temporis; *Pagius* tamen *Gelafio* vindicatum iuit, fed reiicit in *Concil.* 2. anni 496. Clodoueus *Clotildin* ducit, Burgundionum regis Gundobadi filiam, poft *Thoringos* debellatos. *Epiphanius* ticin. a *Theodorico* mittitur ad *Gundebadum*. Vandalorum rex *Gundamundus* reftituit catholicos exules. *Saluftius* Hierof. moritur; *Elias* fuccedit.

495. *Euphemius* Cpli imperatori fit inuifus; quem a. 496. in exilium mittit, *Macedonio* fuffecto; qui Henoticum fic amplectitur, vt *Chalced.* concilium non omnino damnaret. *Mifenus* in concil. rom. abfolutus.

496. *Gelafius* fine Nouembris moritur; fucceffit *Anaftafius*. (A quo *liber pontificalis* dicit clericos et presbyteros fe feparaffe, quia Acacium voluit reftituere; quod *Baronius*, *Sandinus* &c. fruftra negant.) *Epiphanius* ticin. ep. moritur. *Athanafio* alex. fuccedit *Iohannes* Mela, f. Hemula. Interitus *Longini* tyranni. *Chlodoueus* gerit bellum *Alemannicum* et *boicum* Poftea rex cum fororibus et aliquot millibus a *Remigio* baptizatus, in Natali Chrifti. (Non in vigilia pafchae, vt Hincmarus defignat, in *Caroli* Calui capitular. qui et primus de *ampulla* loquitur.)

497. Ex India *Anaftafio* Elephas miffus; *Marcellinus*, idem fub *Theodofio*, a. 448. notat, tigrim domitam ex India miffam.

Christi.

498. *Anastasio* rom succedit *Symmachus*, cui *Laurentius* oppositus, *Henotico* subscripturus; vnde atrox schisma. (*Gregor.* dial. 4, 40 fabulam narrat, de *Paschasio* diacono, in poenalem locum, in thermis deputato, quia Laurentio adhaeserat.) Palladio antioch. succedit *Flauianus*. Cpli numi *follares*, (teruncii) cusi. *Macedonio* non succedit studium, *Monasteria* ad communionem seu henoticum inducendi. Arianus *Olympius* Cpoli ab angelo in balneo tribus sitlis ignis perfusus. *Victor* tun.

499. *Prima* synodus sub Symmacho romae, contra ambitum. *Bulgari* hoc anno in Oriente innotescunt, cum romanos fuderint in Thracia. Hoc circa tempus *Virdunenses* rebellant; *Auspicius* presbyter ciuibus apud Chlodoueum gratiam impetrat; rex ei et *Maximino* nepoti agrum *Miciacensem* donat; inde abbates miciacenses. *Theodoricus* mittit ad Anastasium imperat. *Anastasius chrysargyrum* et pugnas cum bestiis tollit. *Auiti* collatio cum Arianis.

500. Schisma inter *Symmachum* Papam et *Laurentium* compositum. Miraculum baptismo obortum, quem *Barbas* ep. Arian. administraturus erat. *Victor* tun. *Theodoricus* Romae ludos exhibet; leges, *Edicti* nomine, promulgat. *Synodus* rom. secunda, quae *Laurentium Nuceriae* ep. fecit. *Gundebadus*, sine fratre, regnat in Burgundia.

SECV-

* *

SECVLVM SEXTVM.

CAP. I.

Hiſtoria politica.

I. Sub occidente ſole.

Creuerat *Theodorici* in *Italia* regnum; cuius ſatis bonam indolem, romanae publicae rei inſtar non obſcure imitatam, ex *Caſſiodorii Variis* praecipue cognoſcere licet; qui eximiis muneribus hos inter *Gothos* functus eſt. *Dalmatiam* omnem tenebat *Theodoricus*; *Bulgaros*, ne *Pannoniae* inferiori, ſeu *Sirmienſi* tam moleſti tandem eſſent, quam graeco imperio, fortiter repreſſit, prolatis regni finibus, vsque ad *Danubium*; *Mundoum*, trans fluuium regni inſtar molientem, non ſine orientalis imperii damno adiuuit; (is autem poſtea graecorum partibus fauit;) *Pannonios* bonis legibus, (vetitis *duellis*, quae apud Burgundiones ſub *Gundebado* legibus vigebant,) informauit. A. 508 cum bellum *Chlodouei* contra *Viſigothos* conſiliis impedire ſuis non poſſet, res ſuas ita egit, vt Galliarum non exiguam partem, *Prouinciam*, ſuae ditioni feliciter adiecerit, a *Vicario* iam regendam. *Chlodoueus* contra, *Anaſtaſii* imperatoris fauorem, *Conſulis* (honorarii, ſeu Patricii) nomen, adeptus eſt; ſed vana vtrumque ſpes, *Theodorici* reprimendi, videtur feſelliſſe; *Gothus* hic rex et in *Gallia* et in *Hiſpania* adeo, de *Viſigothorum* regno, hanc illam regionem, tandem *Viſigothorum* omnia fere ſuis adiecit finibus. Legimus etiam in *Caſſiodoro* documenta plura imperii *gothici* per *Rhaetiam* etc. *Toloſa Chlodoueo*, ex Viſigothorum clade ceſſit. Tanta felicitate *Theodoricus* vſus eſt, quia religionis libertate omnibus praeſtita omnium fauorem facile ſibi concilia-

 vit,

vit; iustitiam et aequitatem ita floruisse sub eo, (vel Monachi catholici, auctor vitae S. *Hilarii*, d. 5. Martii) narrant, vt vrbium in Italia portae vel noctu paterent. Publicis aedificiis varias vrbes ornauit; rerum omnium magna copia merciumque importandarum et exportandarum opportunitas summa sub eo fuit; vt vix sit ex *catholicis* imperatoribus seculi superioris, qui comparari cum *Theodorico* possit. Ab anno demum 524 videbatur rex optimus aliam induere indolem, Romanis iam grauior; sed ei rei vel ipsi Graeci Romanique occasionem praebuerunt; siue Arianis in Oriente oppressis, siue quod Graecis quam Gothis magis dediti essent; non deerant certe, qui apud regem viros patricios in suspicionem malae fidei adducerent. Opportuit *Iohannem* rom. episcopum regis iussu iter Constantinopolin suscipere, vt *Arianis* sacra publica restituerentur, aliter *Catholicis* romanis neganda. Mortuus est 526, eo ipso die, quo catholicorum ecclesiae per Arianos occupandae erant; successit *Athalaricus* ex *Amalasuntha* filia nepos; *Visigothos* attribuit Alarici filio, *Amalarico*, qui et ipse nepos eius erat; hispaniae enim regnum, quoad vixit, *Theodericus* ipse retinuit. Floruit et sub hoc rege et tutela materna, *Cassiodorius*. *Amalarico* etiam pars galliarum vltra *Rhodanum*, quia poscebat *Theodo*, (tutor regis,) paulo post concessa fuit; sed 531 occisus est; *Clotildis* eius coniux, *Childeberti* francici soror, quam indignissime a marito habitam narrant, satis anceps est, quam ea in caussa gessit persona. *Theodoricus*, Austrasiae rex, Childeberti frater, interemto fratre *Hermenfrido*, *Thuringiam* occupauit *Chlotarius* autem et *Childebertus*, Austrasii fratres, cum quartus frater *Chlodomirus*, a Burgundis occisus fuisset, vt regionem istam partiri possent, relictos *Chlodomiri* filiolos crudelissime interficiunt. Inter *Arianos* si ista atrocitas occurrit, non desunt, qui grauiter concionentur; sed et catholicae religionis ista sunt opprobria. Adeo verum est, vim religionis non contineri in ecclesiasticis dogmatibus; sed Christi et Apostolorum vivendi

vendi exemplis. In *Africa Gilimer*, deiecto *Hilderico*, parum forti, *Vandalis* imperabat; itaque *Iustinianus*, iniuriam amici, si placet, vlturus, bellum contra Vandalos parat; *Catholica* religio recte videbatur rem non parum iuuare. Inusitata fortuna hic vsus est *Belisarius*, qui et regem captum et ingentes Thesauros in Triumpho ostentauit; occupata etiam *Sardinia*, Maiorica, Minorica etc. Mortuo 534 *Athalarico*, ignauo et flagitioso rege, dissidia domestica hoc regnum ita obruebant, vt et *Amalasuntha* et *Theodotus*, (Theoderici ex Amalafreda sorore nepos) *Iustinianum* variis ex consiliis, adirent; qui similiter, *Amalasunthae* caedem vlturus, *Italiam* per *Belisarium* inuasit. *Siciliam* hic facile occupat; imbellis rex per legatos, etiam per *Agapetum* papam, Constantinopoli omnia offert; modo supersit, vnde satis commode viueret. Poenituit quidem paulo post regem, cum fortuna suis rebus videretur magis fauere; sed sine viribus erat consilium; *Belisarius Neapolin*, sed non sine patratorum in ciues criminum infamia, arte expugnat. *Vitigem* iam, ducem bellicum, exercitus fecit regem, ob virtutem; qui regibus *Francicis*, vt ipsum copiis iuuarent, prouincias gallicas concedit; *Romam* obsidet, (fuit in vrbe ipse *Belisarius*, et *Procopius*, historicus,); sed recedendum *Vitigi* fuit. *Mediolanum* Gothorum et *Burgundionum* atrocitatem experitur, 539. *Vitiges* Persas excitat, vt *Iustinianus* de pace ineunda cogitarit. Superuenit *Austrasiae* rex *Theodebertus*, quem adiutorem *Vitiges* sperauerat, praedonum more; nec ausus est *Vitiges* ingentibus nouis auxiliorum promissis fidem adhibere. *Belisarium*, ob famis atrociam, vel ipsi *Gothi* loco *Vitigis*, videbantur dominum velle; *Rauennam* certe in fidem accepit, non suam tamen; sed imperatoris. Redire iubebatur *Belisarius* ad bellum persicum; discessit cum eo Constantinopolin, post pacem Cispadanis prouinciis redemtam, *Vitiges*, cuius in locum *Ildibadum* elegerunt Gothi; paulo post interfecto successit e *Rugiis* colonis *Eraricus* atque huic post

menses

menses quatuor *Totila*, *Baduella*, Ildibadi ex fratre nepos, virtutibus et rebus gestis satis insignis; pleraque armis recepit, Romam etiam. Igitur *Belisarius* in Italiam redire iussus. Superuenit 548, quasi nondum sat perturbatis rebus, *Theodeberti* francici exercitus; *Longobardi*, in Pannonia et Norico, et *Gepidae*, Daciae ripensis iam incolae, sedibus suis non contenti, continuatumque cum Persis bellum, et *Slauorum* etiam in *Thraciam Moesiamque* incursationes, rerum graecarum statum haud paulo magis ancipitem faciebant. *Narses* iam bellicus in *Italia* dux, licet Eunuchus, 552 magna clade *Totilam* affecit; cui post vulnus curatum mortuo successit *Teius*; *Narseti* autem *Alamanni* et Franci, *Leutari* et *Butilino* ducibus, multum et negotii et damni afferebant, qui 554 tamen victoriam luculentam adeptus fuit. *Theodebaldo* Francico mortuo *Chlotarius* eo regno potitus est, qui et *Childeberti* post mortem 558, ceteras prouincias suis adiecit, Francicus iam *Monarcha*, praeter gallicas prouincias fere omnes *Saxoniae*, *Thuringiae*, *Alamanniae*, *Bauariae* Dominus. Iam annus 555 *Gothico* regno finem attulit; *Francis* etiam eiectis soli *Iustiniano* paruit *Italia*; sed et *Iustiniani*, si qua fuit, virtus iam fere omnis decreuit et vis bellica diffluxit; auro pax et quies iam redimebatur.

Francica monarchia, post mortem Chlotarii, 561, in quatuor filios diuisa; *Parisiorum* regnum *Chariberto*; *Aurelianense Guntramno*, *Suessionense*, *Chilperico*, Austrasia *Sigeberto* cessit, (i. e. Alamania, pars Saxoniae, Thuringia, Bauaria). *Longobardorum* rex *Alboinus* contra *Gepidas* foedus fecit 566, cum Auaribus, et deleuit Gepidarum regnum, *Iustinus* enim 2 imperator *Gepidis* auxilia negauerat. *Auares* seu *Huni* etiam in Austrasiae partem irruunt. Iam *Sophiae* imperatricis aut aliorum consilia contra *Narsetem*, Rectorem Italiae, id secum ex odio ferunt, vt *Longobardi* fuerint inuitati; *Alboino* rege duce 568 iam in Italiam ingressi, relictis in *Pannonia* deterioribus sedibus. Vix *Roma*, *Rauenna* etc. aliquamdiu

graeci

graeci iuris manſerunt; *Mediolanum*, *Ticinum* etc. a Longobardis expugnatae. Regem Longob. coniux, e *Gepidis*, interfecit per Helmigiſum, fugitque ad *Longinum* exarcham, cum filia et multis theſauris, qui conſtantinopolin translati fuerunt, poſt fata improbae mulieris. *Clephus* rex ſucceſſit 574; ante biennium occiſus, inde per decem annos duces plures per maiores vrbes rempublicam rexerunt; interea nec a francicis prouinciis; ſub *Authari* autem rege, inde poſt annum 588, nec ab italicis regionibus inuadendis, abſtinuerunt. His iam *Longobardis* illa barbaries et litterarum triſtis interitus debetur, quam ſolent falſo *Gothis* tribuere. *Bauariae* duces a Garibaldo, regum nomine veniunt. *Mauritius* imper. *Charibertum* Francorum regem multo auro contra Longobardos in Italiam euocauit, 584, ſed res lente ſucceſſit; a. 588 non exigua clade Franci ab *Authari* affecti redierunt. *Viſigothorum* rex *Leouigild*, filium *Hermenegildum*, *Ingundae* Francicae catholicae maritum, religionis nouae cauſſa rebellantem, facile oppreſſit, cum graecus in *Hiſpania* praefectus 30000 ſolidos aureos ita amarit, vt *Hermenegildum* auxilio deſtitueret; in Africa tamen coniux mortua eſt. Catholici non defuerunt honori Martyris, quo nomine fas non erat rebellem filium donare. *Garibaldi* filiam *Theodelindam Autharis* duxit, 589, *Childeberto* antea deſponſatam; ſed *Brunehildi* illa ſponſa minus placuerat. Anno 590 ingens Francorum exercitus, ducum XX ex tot prouinciis, per Rhaetiam in Italiam perrexit, ſed paruis rebus geſtis rediit, incertum metu an conſilio; facile certe exoratus fuit *Childebertus* a Theodelinda, quae *Agilulfo* ſeu *Agoni* poſt mortem *Autharis*, nupſit, duci Taurinenſi. Is ſtrenue contra Exarcham res geſſit, Romam etiam obſedit, 593, vrbem *Gregorius* M. magis defendiſſe argento et prudentia ſua videtur, quam Exarchae virtus; poſt longas vexationes tandem 599 pacem Exarcha iniit cum Longobardis, inducias potius, in annum 601. Iam, mortuo

Gun-

Guntramno, ad *Childeberti* imperium non parum accessit, qui et *Thassilonem* Bauariae ducem fecit.

2. Res Orientis.

Bulgari et *Persae* iam sub imper. *Anastasio* graecis provinciis, multa damna intulerunt; pax tamen cum *Cauade* 504 facta, *Amidae* traditione. *Factiones circenses*, *prasinorum* et *Venetorum* a. 501. et 504. Constantinopoli a caedibus mutuis non abstinuerunt; ista malignitas etiam sub *Iustino* et *Iustiniano* viguit. Vix sine horrore legitur *Theophanes* aut chronic. *alex.* *Anastasius* autem ecclesiasticorum odia in se excitauit, *Henotici*, additamentique ad *trisagium*, confirmatione, cui Macedonius pertinaciter obstitit; *Manichaeum* imperatorem plebs indomita, patriarcham defensura, publice appellauit; solent et archidiaconos, aliosque clericos, scriptores quidam recensere *Manichaeos*; tanta vis est aegri animi. *Anastasius* τον αὐθεντικον χαρτην, Eunuchi ope, qui ex altare eruit, sustulit; eo tandem res atrociae venit, vt *orthodoxi Scythiae*, *Moesiae* etc. ingenti exercitu rem aduersus imperatorem agerent, caesis ex eius exercitu 65000 millibus; sumtus rebellibus, nempe religionis caussa, facile ab ecclesiis praestabantur. Ita ab anno 512 longae et pestiferae turbae ingentem calamitatem vtrique parti, imperatoris autem statuis et imaginibus publicam ignominiam, attulerunt. A. 514 *Vitalianus*, catholicorum stator, nec Hunis et Bulgaribus spretis, regiam vrbem obsedit. Non deerant imperatori artes aeque minus frugiferae ac honestae; immortuus est caedibus et turbis domesticis *Anastasius*, a. 518. Successit *Iustinus*, Thrax, fere ex infima plebe, tandem Praef. Praetorio et imperator; qui alium consiliorum ordinem tenuit; licet incertum sit, ad laudem virtutemque an ad ignauiam, quam pietatem alii nominabant, referendum sit. Eunuchorum praua ministeria statim sustulit. Supererat adhuc species auctoritatis, qua consul confirmabatur ab imperatore, quem senatus Romae elegerat, *Gothis* non

non displicentem. *Lazorum* rex, *Tzathus*, a. 522. ἀποςατησας a Perſarum rege fugit Conſtantinopolin, chriſtanam religionem, ſed et ab imperatore regni ſui meliorem formulam petiturus; quae res, quia annuit *Iuſtinus*, a *Cabade* in malam partem accepta, diſſidiorum ſeminarium fuit; *Iuſtiniani* primo, 527 *Chosroes*, qui Cabadi ſucceſſit, *Lazicam* inuaſit; a quo 529 *Iuſtinianus* pacem petiuit, quam *Samaritae* et *Iudaei* rebellantes, ſuamque prouinciam *Chosroi* offerentes, impedierunt. Eorum alia rebellio anno *Iuſtiniani* 29 narratur. Longum autem eſſet res *Iuſtiniani* hic recenſere; cui rei ſatis copioſe operam dedit de *Ludewig* in noto commentario. Poſteriorem per vitae partem ſcimus imperatoris laudem decreuiſſe, theologicis intempeſtiuis ſtudiis operati, (de ἀφθαρσια corporis Chriſti etc.) Longum, quod ſecutum eſt, cum Perſis bellum, bombycum artificia graeco orbi intulit, monachorum quorumdam opera, qui ex India oua absportarunt. Succeſſit 565 *Iuſtinus*, 2, *Curopalates*, nepos ex ſorore, quem *Corippus* collaudauit, quod poetae licuit; a. 568. ſyngraphas et pignora debitoribus reddidit; alii *Sophiae* imperatrici tribuunt. Huic *Tiberius Conſtantinus*, quem iam a. 574 Caeſarem fecit, breui ſed frugifera oratione informatum; nec diſſentiunt ſcriptores in eius laudibus. Is *Mauritium*, 582 Caeſarem creauit, a fortitudine et eruditionis amore collaudatum. Hic *Chosroem* regem, qui a ſuis eiectus fuerat, in regnum reſtituit, per *Narſetem*. Ad eum *Childebertus* legatos miſit, 590; ſuperſunt vtriusque quaedam *epiſtolae*, tomo I. du *Chesnii*, a *Frehero* etiam editae, plures inter *Gregorii* M. Epiſtolas ad res Graecorum in Italia pertinent.

Quod ad *ſcriptores* attinet, quorum miniſteriis copioſior hiſtoriae colligitur deſcriptio, praeter *Byzantinos* ſcriptores, (*Menandri* etiam *Protectoris* fragmenta) *Procopium*, qui in *Iuſtinianum* tamen videtur iniquior, (certe in *anecdota* hiſtoria), e quo *Theophanes*, et chron. *alex*. *Agathiam* etc. e latinis praecipui ſunt, *Gregorius* Turonenſis ep. (e quo

non

non pauca ſublegit *Paulus*, diac. vt hunc ſolet *Sigebertus* et *Hermannus*, contractus, exſcribere,); Epiſtolae *Gregorii* M. *Bedae* hiſtoria; *Anaſtaſius*; Chronicon *Marii*, auentic. *Marcellini* comitis, cum continuatione; *Ioh. Biclarienſis*; *Fredegarii*; et ſeriores quidam, quos raro eſt operae pretium euoluiſſe. Incertus auctor *hiſtoriae miſcellae*, *Paulus*, diac. atque plures alii ſcriptores, quorum immane corpus congeſſit *Muratorius*, qui hiſtoria *Italiae* haud paulo melius de hiſtoria eſt meritus, et *Sigonium* non parum ſuperauit. Res *Hiſpanicas*, *Ferreras* non illiberaliter illuſtrauit, licet tantum ingenii et vanitatis non attulerit, ac *Daniel*, *Francicae* hiſtoriae per iſta tempora non tam locuples auctor quam luxurians ſcriptor. Aliarum gentium hiſtoria per eam aetatem vix crepuſculo vtitur; rerum inſignium momentis nondum abundat.

CAP. II.

De Religionis propagatione.

Vtendum nobis eſt ea huius capitis inſcriptione, licet vltro fateamur, non tam religionem, aut ingenuam illam chriſtianam, quam eius parum liberalem ſpeciem, ad alias gentes hoc ſeculo translatam fuiſſe. Sub oriente enim ſole, *Iuſtiniano* imperante, de *Herulis*, narrat *Procopius*, lib. 2. de bello *Gothico*, c. 14, hanc gentem, ad chriſtianam religionem translatam; quae trans. fl. *Iſtrum* antea habitarit, ἀνθρωποθυσιαις dedita, et ſenes aegrotosque ſuos occidens, in *Longobardos* iam irruiſſe, *Rodulfo* rege duce; inde in *Rugiorum* veteres ſedes conceſſiſſe *Gepidas*, ſub *Anaſtaſio* tandem *Romanis* incolas ſuperveniſſe. *Iuſtinianus* meliori agro donauit; ἑταιρειαν et religionem chriſtianam, leges certe chriſtianorum, iis perſuaſit. Bellorum ſocios aliquod per tempus habuit, ſed parum fidos; paulo poſt, licet regem *Suartuam* a Iuſtiniano petiiſſent, aduentante alio, quem inde e *Thule* inſula,

ſula, a *Scritifinnis* et Gautis arceſſerant, ad *Gepidas* omnes defecerunt. Adeo parum aut nihil cauſae eſt, quam ob rem Chriſtianae religionis incrementa hic deſcribamus. De eadem re videtur narrare *Theophanes*, anno *Iuſtiniani* primo: regem *Elurorum*, (ſic ſcribitur, pro Erulorum) nomine *Graitis* veniſſe Conſtantinopolin μετα τȣ λαȣ ἀυτȣ, et petiiſſe Chriſtianismum. Rex eum in *Theophaniis* baptizari iuſſit, et ſimul XII. alios eius συγγενεις, cum Senatoribus; Imperator eum ipſe ex baptismo leuauit; bellica auxilia rex promiſit &c. *Agathias Erulos* ſub *Narſete* militantes recenſet, lib. I; ſed nomen ducis ſeu regis non conuenit. Nec melior eſt cauſſa *Abasgorum*, de qua gente idem *Procop.* lib. 4, c. 3. ſcribit: ad *caucaſios* montes extenſam et *Colchidis* ſeu *Lazicae* partem fuiſſe; occiduam enim et orientalem eius tractus partem inter duo principes ſeu regulos diuiſam fuiſſe. Arbores et luci his gentibus deorum loco ſua adhuc aetate fuiſſe *Procopius* refert. Ex *Abasgis* pueros pulcherrimos quosque exſectos atque Romanis venditos fuiſſe, ex regis auaritia; tandem *Iuſtinianum* per Eunuchum *Abasgum*, ex palatio ſuo, id genus iniuriarum vetuiſſe; gentem ἐπι το ἡμερωτερον, ad chriſtianam religionem, fuiſſe translatam; aedificauit Imperator templum Θεοτοκȣ, et per ſacerdotes ibi conſtitutos, τα ἠθη Chriſtianorum ibi ſuccreuerunt. Obſeruauit le *Quien* in oriente chriſtiano tom. I. p. 1352. της Επαρχιας Αβασγιας metropolin fuiſſe *Sebaſtopolin*; dicitur autem ἀυτοκεφαλος, in notitia *Leonis*; et eo tempore 69. epiſcopatus ſub ſe comprehendebat. Videtur autem res omnis, qualis fuerit religionis ratio, illuſtrari narratione *Theophanis* ad *Iuſtini* annum 5tum. *Tzathus*, poſt patris mortem, Lazorum rex, quod iam attigimus, deſciuit a *Perſarum* rege, licet hic eum ex praecipuo fauore regem feciſſet; (ne a Perſarum rege inauguratus impuris ſacrificiis pollueretur; ſic *chronic. alex.* quae *Theophanes* non debebat omittere). *Byzantium* igitur profectus a *Iuſtino* bene excipitur, filii nomine honoratus; baptiza-

 tus

tus duxit romanam coniugem, corona, chlamyde &c. donatus. *Cauades* rex aegre tulit; *Iuſtinus* autem reſpondit: precibus *Tzathi*, tantam rem negari non potuiſſe, vt a cultu daemonum ad veram religionem tranſiret. Inde bellum atrox. Idem *Theophanes* anno *Iuſtiniani* 16. de *Axumitarum* rege, (quem Indiae, i. e. Aethiopiae, tribuit,) copioſius narrat, quam antea de ſimili re, ſub *Iuſtini* annum 5. Hic enim, ſub *Iuſtino*: hoc anno facinus aduerſus ſ. *Aretham* et incolas *Negrae* peractum; quare rex *Aethiopum Elesbaan* bellum contra *Homeritas*, et *Dunaan* Hebraeum, Chriſtianis aduerſum, ſuſcepit. Longam hiſtoriam ex vita S. *Arethae*, ap. *Surium*, d. 24. Octobr. deſcripſit *Baronius*; ad hunc et ſequentem annum; quae tandem et haec habet: *Iuſtinum* per epiſc. alexandrinum, *Axumitam* ſuſcitaſſe contra *Homeritam*. Poſt victoriam, epiſc. alexandrinus miſit clericos, qui Homeritas baptizarunt. Non diſſimilia ſunt iſta, ſub ſucceſſore regis Aethiopum, *Iuſtiniani* anno 16, *Adado*; cum enim *Homeritarum* rex *Damianus* aegre ferret, *Iudaeos* a Romanis male haberi, occiſis quibusdam ex romanis negotiatoribus, (quia per ſuam ditionem itinera in Aethiopiam facienda erant,) commerciorum omnem commoditatem ſuſtulit. Indignatus *Axumita*, tantum ſibi et ſuis damnum inferri, votum concepit: ſi *Homeritam* bello ſuperauero, Χριςιανος γινομαι. Atque res feliciter ſucceſſit, vicit et cepit *Homeritam*; itaque miſit ad *Iuſtinianum*, vt clericos mitteret, vt fierent chriſtiani. Imperator facile annuit, eligerent, quem ipſi vellent. Igitur manſionarium alexandrinum S. Iohannis, annorum 62, Iohannem, elegerunt, cuius miniſterio baptizati ſunt. Haec eadem habet le *Quien* in oriente chriſtiano, tomo 2, p. 663, ſed nihil illuſtrationis addit. Eſt enim ſatis certum, *Axumitas*, atque, ſi iſti ſub *Iuſtino* hiſtoriae fides, etiam *Homeritas*, chriſtianos iam fuiſſe. Eandem rem *Procopius*, licet breuius, narrat, lib. primo de bello perſico, c. 20. regem *Aethiopiae* in regem *Homeritam* bellum

lum fecisse, quia Iudaei et Hellenes christianos ibi viuentes, tributis fere opprimerent; victo rege, imposuit christianum, *Esimiphaeum*; *Iustinianum* autem ad vtrumque legatos misisse, vt belli persici nancisceretur adiutores. *Theophanes* hic parum fidus est historiae auctor; res ipsa videtur ciuilibus deberi consiliis; sicut aliarum gentium historia declarat. Idem *Procopius* h. l. c. 15. de *Tzanis* commemorat: eos ad mansuetiorem διαιταν translatos *catalogo militum* imperatoris adscriptos fuisse; postea etiam transiisse ad religionem christianam; seu legibus christianorum vsos, quia meliorem suarum rerum sperabant statum, vt de *Lazis* notabamus. Simillimam caussam *Euagrius* narrauit, lib. 5, 7. de *Persarmenia*, seu incolis *Armeniae maioris*, quae Persis parebat; eos liberioris religionis amore ad *Iustinum* misisse legatos, qui promitterent, a Persis se defecturos; re vtrinque composita, trucidarunt persicos praefectos. De eadem re videtur *Procopius* exponere lib. 1. de bello persico c. 12. sed breuius; *Cabadem* (*Chosrois* patrem,) voluisse eos redigere sub suam religionem; nempe, quia ad *Romanos* magis propendebant, sicut *Euagrius* l. c. c. 9. narrat, episcopum *Nisibenum* omnia, quae in ὑπερορια fierent, perscripsisse ad episcopum Antiochiae, ex odio in *Persas*. Atque eadem fere de *Alamundaro*, *Saracenorum* regulo, (qui *Seuerianum* aliquem monitorem, conficta de Archangeli *Michaelis* morte, dicitur refellisse,) de *Himeratmnis*, et aliis gentibus narrant, *Zonaras* aliique, quae ad christianam religionem accesserint; sed reipublicae tutandae caussa ista consilia a Romanis suscepta sunt. *Iustiniani primo* anno *Theophanes* narrat, regem *Hunnorum*, *Gordam*, qui fuerit Bosporo vicinus, ab imperatore e lauacro sacro susceptum, et muneribus multis onustum, discessisse ad Romanorum fines tutandos; redux hic idola argentea et electrina diripuit et ἐχώνευσεν, a fratre (*Muager*, inde nomen *Hetumoger* Hungaris) et Hunnis ideo ipse occisus. De *Alamundaro* autem et his *Hunis*, quomodo ad

 de-

defectionem fuerint a *Iuſtiniano* allecti, exponit *Procopius* de bello perſico lib. 1. c. 1, et *Armeni* longa et acerba oratione ad Chosroem, ibid. cap. 3. *Mauros* etiam tantum non chriſtianis addit *Baronius*, ad a. 522, n. 5, haud librorum chriſtianae religionis expertem fuiſſe eorum ducem, quia *ieiuniis* et caſtitate (ſtrictiori diſciplina militari, et prudentia,) hoſtem vincendum eſſe ſtatuerit; licet *Procopius* clare ſcribat, eum ita ſenſiſſe: deum, quem chriſtiani colunt, non noui; ſed, ſi vera ſunt, quae narrant, eos puniet, qui &c. Ceterum vix commemorare fas eſt, quod ſolus *Euagrius* narrat, *Chosroem* ſub vitae finem baptizatum fuiſſe lib. 4, c. 28; nec aliam auctoritatem affert, quam, *φασι*.

Sub occidentem ſolem ſeptentrionalis *Britanniae* pars a *Gilda* dicitur ad chriſtianam religionem traducta fuiſſe; *Vſſer.* in britan. eccleſ. antiquitatibus p. 355 ſeq. S. *Kentigerni* legenda narrat de eius matre, quod *Mariae* hiſtoriam imitari voluerit, deum ſuper hoc precibus continuis rogans. Elapſo temporis ſpatio inuenta eſt in vtero habens, et magnificans deum, deſiderium ſuum adimpletum fuiſſe ſimpliciter credebat; — populus etiam dioeceſis S. *Kentigerni*, ſtultus et inſipiens, ipſum de virgine conceptum et natum adhuc adſtruere, non verebatur. S. *Seruanus* hanc virginem, a patre e monte deiectam, inuenit cum puero; ſuſcepit et baptizauit matrem et filium. Annos hic 25. natus a rege et clero Cambrenſi epiſcopus *Glaſcuenſis* factus eſt, conſecrationem alius ex *Hibernia* epiſcopus peregit. Septies *Kentigernus* Romam adiit &c. Anno 565, niſi 563, S. *Columba* ex Hibernia venit in Britanniam cum 12 ſociis, et *Pictos*, (transmontanos ad Aquilonem; nam S. *Ninianus* eos, qui intra montes habitabant, baptizauerat;) ad chriſtian. religionem perduxit, monaſterium etiam *Hii* aedificauit. *Hector* autem *Boethius* et recentiores alii iam poſt ſeculi quarti medium ſacros miniſtros in Britannia recenſent; atque ex vrbis Romae per *Alaricum* captae praeda libros in monaſterium

Colum-

Columbae illatos esse narrant. *Walwanum*, regis Loth filium, 12. annorum, a. 533. Romam missum ab episcopo educandum, quidam narrant; morem enim *Hiberniensibus* fuisse, Romam proficiscendi, (*Giraldus* Cambrensis ap. *Usser.* p. 493.) Sub *Childeberto* autem, rege Francorum, *Leonorius* ep. cum 72. discipulis et aliis nauim adscendit et in *Gallia* siluam complanauit; nec rari sunt, qui e Britannia in *Galliam* secessisse leguntur hoc et seq. seculo, *Winnocus*, *Columbanus*, *Gallus*, (in Burgundia, luxouiense monasterium exstruxit. etc.) Tandem sub finem seculi *Gregorius* M. misit *Augustinum*, (minorem quidam hunc dicunt,) qui francicos interpretes secum sumsit, et Saxones, prouinciae iam dominos, ad christianam religionem conuertit, Rege *Cantii Ethelberto*; de qua re *Beda* et *Gregorii* M. epistolae, (e. g. lib. 7, ep. 32. ad *Eulogium*, alex. &c.) satis multa tradunt. Nempe rex *Bertham*, francicam, coniugem habebat (regis *parisiensis* filiam); quae episcopum *Luidhartum* et fidei suae ritum inter matrimonii leges pacta erat; ab *Arelatensi* etiam episcopo *Augustinus* ille postea ordinatus fuit, (*solatia* epp. Germaniarum i. e. larga stipendia, laudat ipse papa) quemadmodum *Gregorius* huius caussae nouos ministros regibus *Franciae*, *Brunehildi* etiam, vt optime potuit, commendauit. Ipsum regem papa, de *instante mundi termino* admonuit; *sanctorum regnum iam venturum.* Videtur autem operae pretium, paucis hic ex *Gregorii* epistola ad *Mellitum* excerpere, quae ad intelligendum nouae, si placet, religionis modum, (quo fere vsi sunt hoc tempore hi Apostoli,) pertinent. Scripserat ad regem *Gregorius*: *idolorum cultus insequere*, *fanorum aedificia euerte* &c. Sed, cum hac via res minus videretur succedere, hac epistola prudentius instituit summus hic Apostolus istos missionarios: diu mecum de causa Anglorum cogitans tractaui; videlicet, quia *fana* idolorum in ea gente *destrui minime debeant*, sed ipsa idola destruantur, (impositis scilicet eorum in locum imaginibus crucis, deiparae matris, &c.)

 Aqua

Aqua benedicta fiat, in iisdem fanis aſpergatur (aliter longe *Auitus*, ep. 6., qui minime patitur, *Arianorum* baſilicas a catholicis redintegrari per benedictionem.) Altaria deſtruantur, *reliquiae* ponantur — vt, dum gens ipſa fana non videt deſtrui, de corde errorem deponat, — ad loca, *quae conſueuit*, familiarius concurrat. Et quia boues ſolent in ſacrificio daemonum multos occidere: *debet* his etiam hac de re *aliqua* ſolemnitas *immutari*, vt *die dedicationis* vel *natalitio ſanctorum martyrum*, quorum illic reliquiae ponuntur, *tabernacula ſua* circa easdem eccleſias, quae ex fanis commutatae ſunt, de ramis arborum faciant, et *religioſis conuiuiis* ſolemnitatem celebrent — vt dum eis *aliqua exterius gaudia reſeruantur*, ad interiora gaudia conſentire facilius valeant; (hic papa oblitus plane eſt *gratiae africanae* et *Pelagianismi*). Nam duris mentibus, *ſimul omnia abſcindere, impoſſibile eſſe*, dubium non eſt. — Sic israelitico populo in Aegypto dominus ſe quidem innotuit; ſed tamen eis ſacrificiorum vſus, quos diabolo ſolebant exhibere, in cultu proprio reſeruauit &c. Miſit autem Papa et Pallium, et veſtimenta, altarium, ſacerdotum, clericorum, et vaſa et codices, et Reliquias.

Atque iſta quidem paulo diligentius percepiſſe operae videtur pretium; caerimoniae enim, vt iſta tempora ferebant, non imperite a Papa ſic diſpenſantur, quod et ſuperiora per ſecula ſolebat fieri; externae certe religionis ſatis commoda miniſteria fuerunt, quibus rudis et improba plebs ſenſim ad mitiorem vitae rationem adduceretur; ſed Apoſtolorum et Chriſti religionem ea via propagatam fuiſſe, credat, qui poteſt. Atque nos quidem opinari ſuſtinemus, pleraque huius generis ſacra, vt videntur, ſub occidentem ſolem, ſtudia, partim contra *Arianorum* potentiam fuiſſe adhibita; partim eo deſtinata, vt quaſi aliunde accreſceret romano epiſcopo, quod Graecorum imperatorum inſtitutis aut perdidiſſe aut iam iam perdere videbatur. Nec enim obſcura ſunt conſilia, quae *Francorum* hoc

hoc tempore principes ad hanc rem contulerunt. Ipſe romanus ſenatus apud *Theodoricum* regem in ſuſpicionem adductus fuit, quod cum *Iuſtino* imper. quaedam ſecreto moliretur.

Burgundionum autem rex, *Gundobadi* filius, *Sigismundus* etiam ad catholicos acceſſit; licet minus luculenta aut copioſa hic ſint hiſtoriae miniſteria. *Auiti*, viennenſis, qui *Gundobado* iam ſacrorum mutationem perſuaſum iuerat, felicius ſucceſſit ſtudium, in filium collocatum, patre, vt videtur, non nolente; ſic certe *Auiti* ex epiſtolis pluribus colligitur, e. c. 6. 21. 29. 35. 48; aliae frequentiſſimum cum ſenatoribus *Romanis* et cum *Anaſtaſio* imperatore (quem *communem* principem *Auitus* nominat, ep. 42.) commercium nobis produnt, haud dubie non eius conſilii, vt Italia *Theodorico* ſubiecta maneat. *Sigismundum* patricii titulo honorauerat *Anaſtaſius*. *Caeſarius*, arelat. ep. ideo ab *Alarico* in exilium eiectus fuit, quia eius notarius *Alarico* ſuggeſſit: *Caeſarium* id moliri, vt Arelatem *Burgundionibus* prodat; vid. *Cypriani* vita *Caeſarii*; qui et poſt *Alarici* mortem narrat, cum vrbs obſideretur, *Caeſarium* ideo in carcerem miſſum, quia clericum noctu ad hoſtem ablegaſſet.

Ad *Chlodoueum* etiam ſcripſit *Auitus*; ſatis prudenter tamen egit *Auitus*, et peſtiferum diſſidium felicius cauit, quam *Leander* hiſp. epiſcopus, qui *Hermenegildo* rebellionis, quam religionis cauſſa, ſi placet, contra *Arianum* patrem, Viſigoth. regem, vxoris *Ingundae* ſtudiis, ſuſcitarat, adiutor fuit, et legatus a. 583. ad *Mauritium*, imperatorem. *Leandro* hoc meritum tribuit etiam *Gregorius in dialog.* lib. 3, c. 31. Conſtantinopoli *Leandrum* vidit hic *Gregorius*, vt narrat in praefat. *Moralium* in *Iobum*. *Turonenſis* autem *Gregorius* de graecorum auxilio parum habuit, quod commemoraret; miraculorum tamen copiam ſuggerit, quibus *Arianus* rex obſtupuerit, et a ſuis epiſcopis ſimilia fruſtra flagitarit;

 (*Baron.*

(*Baron.* ad an. 583.). Defuerunt tamen et miracula infelici filio, et auxilia fida graecorum. In exilium actus est a *Leuuigildo*, patre; tandem, (cum res fic ferrent,) Leandro filium *Recaredum* plane eommendauit, qui ad catholicorum facra cum omni populo tranfiit; vt narrat et *Ioh. Biclarienfis*, et *Gregor.* turonenfis *hift. francor.* qui et de Ariano epifcopo, *Atheloco* addit: eum ita per fuas interpretationes turbaffe ecclefias, vt putaretur *Arius*, de quo *Eufebius* fcribat, exta fua eum proieciffe, (quod eft falfum; *Eufebius* enim nihil de Ario).

De *Arianis* fuperfunt et ifta notatu digna; contra omnes *haereticos* ab imperatoribus quibusdam leges fatis graues latas fuiffe, vt nemini licuerit magiftratum et publicum munus gerere, nifi catholico. Nec hic omittimus Epiftolam *Iohannis* ep. rom. a Baronio anno 526. defcriptam, ad omnes epp. Italiae; licet enim fit a *Mercatore* ifto confícta, plane tamen fpiritum eius temporis prodit, atque ingenium catholicorum. *Iohannes* hic et Conftantinopoli auctor fuit, *Arianis* adimendas effe ecclefias, et hic follicitat epifcopos, vt ecclefias Arianorum in vfus catholicorum confecrent. De *Dacio* ep. mediolanenfi, narrat *Procopius* (lib. 2. de bello Gothico c. 7.) cum ciuibus primoribus Romam veniffe, et *Belifario* promififfe *Mediolanum* &c. Atque hic *Baronius* fapienter addit: tales epifcopos non mereri calumniam, qui ab Arianis populum fuum voluerint vindicare, et omnem lapidem mouerint, *ne fub haeretico principe degant.* Nos autem ifta ideo commemoramus, vt intelligamus, cur *Ariani* principes catholicis ciuibus parum fidere potuerint, quos dicuntur perfecuti effe religionis cauffa. *Agilulfum*, longob. regem, *Theodelinda*, vxor, bauarica, et *Gregorii* M. cum ea epiftolarum commercium, ad *catholicos* tranftulit. Anno *Iuftiniani* 3 *Theophanes* et alii narrant; *Liberatus* etiam in breuiario cap. 23. (accepit poteftatem ab imperatore, fuper ordinationem ducum et tribunorum, vt remoueret haereticos et pro illis orthodoxos ordi-

naret

naret &c.) Nec *Procopius* tacuit de violentia illa in omnes haereticos, Samaritanos, et ethnicos, fictamque, quae legibus imponebatur, religionem recte reprehendit, *histor. arcana* c. XI. Idem *Samaritanorum* rebellionem ab ea atrocia deriuat; *Montanistas*, *Sabbatianos* (haereticos) et *Arianos* vehementissime oppressos narrat; *Arianis* copiosa et multa supellex sacra ablata, quemadmodum et in *Belisarii* triumpho de *Vandalis*, *Arianorum Euangelia*, auro et gemmis ornata, ostentabantur. De *Samaritanorum* ficta religione christiana, (quibus iam sub *Anastasio Garizim* mons ablatus, ecclesia S. Mariae et propugnaculo imposito) narrat etiam *Theophanes* anno 3. *Iustiniani*, et metu quosdam ad baptismum venisse, alios vero ἐπαμφοτερίζοντας (chronic. *alexand.*) vsque in hunc diem; alii redemerunt sua pecunia a praesidibus ius vetustae religionis. Post expugnatam *Africam*, e *Romanis* seu Graecis quidam, praecipue autem e *Gotthis* non pauci, occisorum Vandalorum et vxores et bona acceperant, *Arianismo* et ipsi iam dediti; horum infantes, quia ius baptismi ademtum erat, a catholicis sacerdotibus non baptizabantur; inde seditio, *Theophanes* anno 7. Iustiniani. Paulo aliter *Procopius* de bello Vandal. lib. 2. c. 14, fuisse in romano exercitu *arianos* milites; hos a vandalicis sacerdotibus suscitatos, ne paterentur ius baptismi ipsis adimi, qui eum solebant in paschali solemnitate celebrare. Atque superest imperatoris rescriptum ad Praef. P. Africae, Salomonem: *Arianis*, *Donatistis* &c. non competere ius ordinandi, baptizandi; *Iudaeis* Synagogas, *Ethnicis* speluncas, (seu fana et templa) adimendas esse; catholicis ecclesiis assignari omnia, quaecunque ab Arianis, Ethnicis &c. detineantur. Itaque tandem *Arianorum* publica sacra in vtroque orbe sensim catholicorum armis et artibus oppressa, sed exiguo cum fructu vel ad rem christianam externam; si quidem paulo post *Iudaeorum*, *Nestorianorum* aliarumque sectarum coniuncta, ob atrociam istam, studia *Muhammedanis*

haud paulo mitioribus et prudentioribus dominis, iſtas prouincias ſubiecerunt.

Iudaeorum etiam gens, ſi credimus, non paruis agminibus ad chriſtianam religionem translata eſt. Sub *Iuſtiniano* narrat *Procopius* lib. VI. de aedific. *Iudaeos*, Borienſium (*Borium*, Libyae vrbs, Mauris vicina) accolas, templum ibi habuiſſe, cuius originem inde a *Salomone* repetierint, hos omnes *Iuſtinianus*, διαπραξαμενος patrios abiicere mores et chriſtianos fieri, templum mutauit in eccleſiae σχημα. (Hoc eodem verbo, διεπραξατο, vtitur *Procopius* de aedific. lib. 6, c. 4. de *Gadabitanis* ad chriſtianismum adductis.) *Iudaeos* quosdam *Simon*, *Salus* ille, ſeu ſtolidus, variis miraculis ad baptismum traduxit, (*Leontius* in vita *Sali*, ap. *Baronium* a. 548.) Puer Iudaeus, qui de reliquiis S. coenae, (quas pueris ſolebant dare ſcholaſticis,) comederat, a patre ideo in fornacem coniectus, Mariae miniſterio ſeruatus fuit; eum cum matre *Iuſtinianus* chriſtianis (et vt *Valeſius* ἐκληρωσε exponit, clericis) addidit; patrem, qui conuerte noluit, cruci affixit; *Euagrius* l. 4, 36. Sed longe maiora ſub occidente ſole geſta ſunt. *Auitus*, aruerni ep. quingentos Iudaeos baptizauit; nempe in vnum Iudaeum, qui candidam e baptismo veſtem gerebat, alii Iudaei oleum foetidum coniecerant; inde plebs ſuper ſynagogam irruit, eamque funditus euertit; miſit tandem epiſcopus legatos ad Iudaeos, vt aut baptizati in vnum ſuum gregem coirent, aut loco cederent; quingenti igitur baptizati, alii ex vrbe diſceſſerunt Maſſiliam. (*Gregor*. turon. hiſtor. franc. lib. 5.) Hic *Baronius* ad a. 579. ex Euangelio affert, vi aliqua in eccleſiam compellendos eſſe; fatetur tamen, nec *Gregorio* M. probari, quod Synagogae incendantur, nec ſcholaſticos addicere; *Auitum* tamen ex Spiritus S. arbitrio haec moderatum eſſe. Nempe diabolus Iudaeos impedit; vt patet ex S. *Germani*, ep. pariſ. iſto experimento. Iudaeus aliquis *Sigericus* conuerſus fuerat; ſed eius vxor, (*Mamona*, ſi placet nomine)

noluit

noluit consentire; *Germanus* itaque facta ad eam vigilia ipse profectus; decantato cursu tertiae manum ipsius fronti admouit; statim e mulieris naribus, quasi scintillante igne fumus egredi visus est; atque sic eiecto diabolo cum sua domo baptizata est. (vita S. Germani.) Idem *Gregorius* turon. histor. Franc. lib. 6. copiosius agit de *Chilperici*, (quem *Neronem* et Tiberium ob crudelitatem et scelera nominauit *Gregorius* idem) in Iudaeos violentia, qua alii quidem ad baptismum sunt compulsi, caedium vero multarum occasio non defuit. Atque hic mirari licet, doctiss. *Launoium* ex hoc exemplo gallicanae ecclesiae disciplinam aliquam et consuetudinem conficere voluisse, contra *Nicolaium*, *qui* scripserat *de Iudaeis ad baptismum suscipiendum non cogendis.* Ipse *Gregorius* M. lib. 1. epist. 45. ad *Virgilium* arelat et *Theodorum* massil. hoc luculenter improbat; *Natalis* etiam *Alexander.* Exstat *Launoii* scriptio, quae et per secuta secula violentam conuersionem defendit, *operum* omnium edit. colon allobrog. 1731. fol. mai. tomo 2. parte 2. pag. 700-707.

Christianos sub *Persico* imperio libera sacra, si a turbis et rebus nouis abstinerent, habuisse, dubium non est; quemadmodum et *Manichaeos;* sed nec hos a consiliis, quibus suae sectae iura et fines proferrent, alienos fuisse, *Theophanes* narrat, anno *Iustini* 6. Manichaeos enim regis *Cabadi* filium in suas traxisse partes, qui praecipuam huic sectae, si throno potiretur, felicitatem promiserit; sed detecta hac re Cabadem plura Manichaeorum millia, cum episcopo ipsorum, sub oculis *Bazanis*, catholici episcopi, (quo vtebatur medico,) et archimagi, trucidari, libros eorum comburi, et sectam deleri iussisse, facultatibus fisco regio addictis. Fidem historiae vix praestiterit *Theophanes;* sed operae pretium est, commemorasse, vt pateat, religionis, quae liberrima atque ingenua esse debebat, per vim proferendae studia, catholicis haereticisque communia credita fuisse. Ecclesiae Manichaeo-

rum catholicis traditae, ita certe *Baſtagarius* retulit, qui e Perſis ad chriſtianos tranſiit; *Malela* in Iuſtiniano. *Manichaeos* etiam *Romae Symmachum* inueniſſe, quorum omnia *ſimulacra* vel codices ante fores Baſilicae Conſtantinianae incendio concremauit, et eos exilio relegauit, auctor eſt *Anaſtaſius*. Narrat et *Cedrenus* de *picturis* Manichaeorum; Anaſtaſium (anno 16.) adduxiſſe e *Cyzico* pictorem, Syroperſam, ὃς ἀλλοτρία τῶν ἐκκλησιαστικῶν εἰκόνων ἐτόλμησε γράψας, καὶ φασματώδη, in Palatio. Nempe iam olim ſolent *Manichaeis* tribui picturae et imagines, quibus ipſorum ἔννοιαι, a plebis chriſtianae conſuetis opinionibus non parum alienae, continebantur; quas quia non intelligebant οἱ πολλοὶ, ſolent atrocia multa de Manichaeis confingere.

Eſt autem nec illud negligendum, ſuperfuiſſe *gentilium* ſatis multos ſub vtroque imperio. Non commemorabimus viros muneribus eximiis praefectos, (*Theophan.* a. *Iuſtiniani* 3.) nec *Tribonianum* ipſum, legum quaſi architectum; aut *Agathiam*, *Procopium*, cuius chriſtianismus certe minus clarus eſt; ſed ex narratione *Iohannis*, Aſiae epiſcopi, (quem *Dionyſius* in chronico excitauit apud *Aſſemanium* tomo 2, bibl. oriental. p. 85.) iſta deſcribemus. Hic Iohannes ipſe narrat, ſe imperatoris, *Iuſtiniani*, iuſſu, *Cariam*, *Lydiam* et *Phrygiam* perquiſiuiſſe, atque e gentilismo 70000. homines per baptismum chriſtianis additos a ſe (et miniſtris) fuiſſe; imperatorem vaſa ſacra et aenea et argentea, libros etiam ſacros pro eccleſiis 96. ſuppeditaſſe; ex his eccleſiis 41. neophytorum ſumtibus, ceteras e publico aerario aedificatas fuiſſe; nihil tamen de tot templis aedificatis narrauit *Procopius*, qui de aedificiis *Iuſtiniani* libros 6. reliquit. De chriſtianismo per *Indiae* oras pauca ex *Coſma* colligi poſſunt.

Supererant autem multa gentilismi exercitia, catholicis non nolentibus, ex οἰκονομία, qualem *Gregorium* M. ſcimus erga Anglos obſeruaſſe. Immiſti enim non ſolum

erant

erant gentiles exercitibus romanis graecisque; vt de *Alamannis* narrat *Agathias*, lib. 1. et 2, qui adhuc idololatrae, poſtea fuerint *Francorum* conſuetudine ad mitiorem vitae indolem traducti; ſed et ipſi illi, qui iam chriſtiani dicebantur, gentiles ſuas conſuetudines retinebant. De *Francis* certe *Procopius* lib. 2. de bello gotthico c. 26. ſcribit: ita ſunt chriſtiani, vt multa της παλαιας δοξης retineant, hominum (hoſtium, Gotthorum) ſacrificia et diuinationes adhibentes; hic ſolent quidam opinari, *Procopium* talia confingere, ſed contra ius et fas, vt nobis videtur. De *Longobardis Gregorius* dialog. lib. 3. c. 28. ſcribit, eos daemonibus *caprae* caput immolaſſe; (vnde longa ſuperſtitio inter noſtros etiam, de nigro ariete theſauris cuſtodiendis immolando.) *Benedictus* etiam non longe a monaſterio ſuo, in vico quodam non minimam multitudinem ab idolorum cultu abduxit, *Dialog.* lib. 2. c. 18. Idem *Procop.* lib. 1, 25. narrat, in obſidione per *Vitigem*; quosdam Romanos ex priſca ſuperſtitione *Iani* templum voluiſſe aperire; de S. *Benedicto* autem ſatis conſtat, eum in monte *Caſſini* fanum *Apollinis* et lucos diruiſſe, quibus ruſtici adhuc ſolebant ſacram dare operam. Ipſe ille *Gregorius* M. ad *Brunehildam:* peruenit ad nos, quia *multi chriſtianorum* et ad eccleſias occurrant, et, quod dici nefas eſt, a culturis daemonum non diſcedant; cultores arborum, animalium capitibus ſacrificantes &c. *Baron.* ad a. 597. Idem *Gregorius* lib. 5. epiſt. 41. ad *Conſtantinam*, Mauritii coniugem, narrat, in *Sardinia* multos gentiles ad ſacra chriſtiana traductos eſſe, ſua opera; ſed imperatoris praefectos annuam pecuniam, pro gentiliſmi exercitio olim pactam, etiam nunc a nouis chriſtianis exigere; vt antea notauimus, Samaritanos, licet nomine chriſtianos, ita a praeſidibus redemiſſe vetuſta ſacra.

In *Baioariam* videtur a *Francis* aliquid nouorum ſacrorum ſub ſeculi finem, in aulam certe, tranſiiſſe; *Theodelinda* enim, *Garibaldi* ducis filia, chriſtiana fuit,

quae

quae *Authari*, longobardico, nupſit; nempe vel terrarum domini ſacris his videbantur addicti, vt *Ethelberti*, angli, et aliorum poſtea exemplo conſtat; tandem, ſi tempus ferret, etiam ciues ad meliorem vitae rationem a barbarica translati fuerunt.

CAP. III.

De ſtatu et indole religionis.

Quam abſuerit religionis, quae chriſtiana tamen dici ſolet, indoles, ab omni vel mediocri perfectione atque integritate, pluribus atque luculentis documentis, vt opinamur, inde a ſuperiori tempore commonſtrauimus. Hoc autem ſeculo, tantum abeſt, vt fuerit praecipue emendata, vt potius continuis experimentis porro pateat, praeter nomen, ſatis parum ineſſe eius ingenii, quod inde a Chriſto atque apoſtolis tam luculenter ſpectabatur; quod iam copioſius exponi opus eſſe videtur, vt ad ſapientiam nobis eo minus vel inuenuſta exempla deſint. Sed quid primo, ſecundo aut tertio loco recenſeamus in tanta foeditatis copia, vix reperimus. Infelici omine huius ſeculi primordia *Symmachi*, rom. epiſcopi, accuſatione inclaruerunt; quem et *adulterii* et *horrendorum actuum* apud *Theodoricum* regem reum egerunt non pauci clerici, ex *Laurentii* factione. Poſt multas turbas, cum rex et *Maiores domus* et *Petrum*, altin. ep. habendae quaeſtioni praefeciſſet, ſecundum *Symmachum* ſententia tandem lata; non quieuerunt tamen aduerſarii, ſed aduerſus Synodum *abſolutionis incongruae* libellum ſparſerunt; quem *Ennodius*, ticin. longa et difficili declamatione refutatum iuit, quae eius inter opera ſupereſt, (opuſculum ſecundum, tomo 2 operum *Sirmondi* p. 974 ſeq. ed. *venetae*.) Nec Orientales caruerunt Epiſcoporum infando dedecore; anno *Iuſtiniani* 2 *Theophanes* narrat, de Epiſcopo *Rhodi*, *Eſaia*, et *Alexandro*, dioſpoleos in Thracia, (alios etiam plures, *Malela*) quod ſede ſua deiecti fuerint, ὡς παιδεραςαι, atque

atque imperatoris iuſſu καυλοτομηθεντας και πομπευσαντας praeconis publica vox comitata: Epiſcopi ſi eſtis, το τιμιον σχημα μη ἐνυβριζετε. (*Pompam* illam forte liceat intelligere, vt in *Ioh. Biclar.* chronico, fine; in aſino ſedens *pompizando* dedit aliis exemplum; *Malelas* tamen in lectica circumlatum ſcribit.) Publica lenocinia, quibus puellae turpiſſima ſtipulatione vaenire ſolebant, *Theodora* ſuſtulit, vt potuit. *Magiae* creditae, quo nomine barbaricae ſuperſtitionis multa vis continetur, ſatis multa hoc ſeculo exſtant documenta; ne ex oriente arceſſamus, ſufficiat *Gregor.* M. narratio, dialog. 1, 4. de *Baſilio*, mago, qui cum aliis quibusdam Magiae dabat operam; (*Caſſiodorius* ſeruauit *Theodorici* reſcriptum ad Argolicum — — abſcedat ritus de medio iam profanus, conticeſcat poenale *murmur animarum*; verſari non licet in magicis artibus, temporibus chriſtianis —) *Baſilius* ille tandem, exardeſcente Zelo populi chriſtiani *igne crematus eſt*, vt *Gregorius* narrat, et iſte faſſus eſt, magicis artibus frequenter ſe cellam *Equitii* in aera ſuspendiſſe; iſtum *Equitium* angelus eunuchizauerat. Mulierem, a daemone correptam, quod a viri ſui conſuetudine non abſtinuiſſet, et tamen reliquiis viſendis interfuerat: amici magicis artibus iuuare voluerunt, ſed eiecto vno diabolo, legio intrauit; lib. I. c. 10. Primum id exemplum concremati magi, quod poſtea facile ii imitati ſunt, qui *maleficarum* et *veneficarum* exquirendarum quaſi comitiuam habuerunt. *Baronium* autem ipſum non pudet a. 504. n. 39 ſcribere, cum de *Fulgentii* ruſp. exilio narraret, iſto tempore *Auguſtini* corpus, et ſacri verticis mitram, et baculum paſtoralem aliasque reliquias in *Sardiniam* ablatas: *conſueuerunt Ethnici* in excidio ciuitatum fuga lapſi *ſecum ferre penates*; at quanto propenſior haec epiſcoporum cura? *Circenſes* factiones, tumultus, et publicae caedes, non Conſtantinopoli ſolum locum habuerunt, et imperatoribus adeo metuendae erant, ſed et in *Samaria* (*Malelas* pag. 62. edit. Venetae,) ſed et *Romae*,

mae, licet hic rarius et ſine tanta foeditate; nec *Theodoricus* rex defuit, (vid. *Caſſiodorius*) coercendo malo: licet, ob plebis ferocem conſuetudinem, lento gradu; quaſi ex neceſſitate adhuc deſipiendum eſſet. Eadem tamen illa foeda plebs, quaſi catholicae fidei propugnaculum, multas per vrbes, praecipue in Oriente *Conſtantinopoli*, *Alexandriae*, in *Scythia* adeo, etc. ſub *Anaſtaſio*, ab epiſcopis in auxilium adſcita fuit, quam rara et mira fides haec fuerit oportet? Nempe *chalcedonenſe concilium* fortiter et non ſine publica proteruia tutabantur; additionem triſagii reiiciebant; licet nec aduerſae partis vehementia atque improba ſtudia, placere queant; e. c. *Iohannes*, alex. qui 2000 auri libris redemtum ibat ab *Anaſtaſio* legem, qua concilii *chalcedonenſis* damnatio promulgaretur. Hic, quis valeat vel iſtas turbas recenſere, quae ſub *Anaſtaſio* vtrumque orbem concuſſerunt? nec enim ſub occidente ſole minus trepidatum aut pugnatum fuit, vt ſalua et ſarta maneret *Leonis* epiſcopi, cuius epiſtola conſecrata ſemel fuerat, auctoritas; ceteris etiam romanis epiſcopis aduerſus graecos, praeſtantiae hoc exemplo, non minus profutura erat. Conſtantinopolin certe palam plebs, cum mulieribus et paruulis, monachis ductoribus, ſacro clamore implebat: *tempus martyrii eſt*, o Chriſtiani! *Romani* autem epiſcopi, vt maxime precibus imperator inſtaret, ne mortuorum odio etiam viuos perditum irent, *Acacii* aliorumque nomina communioni publicae reddi pertinaciſſime negabant; nempe, ne romana ſedes de honore et iure priſtino aliquid concederet. Quantum, bone Deus, epiſtolarum, ab imperatore, a ſuis epiſcopis, ab alienis, a monachis, quot per annos, perſcriptum! His autem vnis ſtudiis iam omnes dediti; his conſiliis et omnia miracula reguntur, et mendacia et odia furentium in hoſtes ſacros partium; hic non mirabimur, ingenuam religionis indolem, quae ſatis obſcura erat atque vix olim cognita, plane oppreſſam fuiſſe. *Ex duabus* et *in duabus*, catholicorum *Schibboleth*; haud dubie ingens beneficium et con-

conſolatium plebis et paruulorum; retinere certe poterant, qui volebant; ſed ex hac et in hac fide caedes et continuos tumultus ſacros fieri fas non erat. *Anaſtaſii* autem ea laus non eſt obſcura, (cum archidiaconus quidam muliebri veſte vſus depoſitionis libellum duorum epp. nomine *Seuero*, Antiocheno, quaſi alius rei petitionem, ingeſſiſſet), quod ad ducem prouinciae ſcripſit, ne quid contra aduerſarios agendum ſuſciperet, εἴπερ αἵματος ῥανὶς ἐκχέοιτο. *Catholicorum* contra fuerunt in aduerſarios, (*Seuerianos* etc.) impotentia et inſana odia, quorum quaſi iuſtiſſimam cauſam aeque inſana miracula dicuntur confirmaſſe. Rei foeditas et turpitudo, niſi exemplis, vtiliter a nobis intelligi non poteſt; iis colligendis *Baronius* a. 513. ſeq. non defuit, vt vetuſto ſpiritu et ingenio etiam recentiorum mentes inficeret, aduerſus recentiores haereticos. Sunt igitur iſta orthodoxiae experimenta. *Seuerianus*, ſtylita, ſocius itineris fuit monacho catholico; hic partem communionis ab iſto impetrauit; miſit in feruentem ollam, ſtatim reſoluta eſt. *Catholicam* autem communionem iniecit: ſtatim olla refrigerata, ſancta autem communio ne madefacta quidem fuit. In cypro inſula fuit monachus, qui ſemper fleuit, nec, vel rogatus, vmquam deſiit. Cauſam hanc dixit; ſe, cum in ſeculo adhuc eſſet, cum vxore fuiſſe *Seuerianae* partis; vxorem abiiſſe ad vicinam mulierem, catholicam, et cum ea communicaſſe. Itaque, vt audiuit, ibi eam eſſe, ſtatim abiit, et gutture prehenſo fecit eam euomere ſacram communionem; hanc huc illuc iecit, tandem in lutum cecidit. Mox vidit corruſcationem in eo loco communionem aſſumſiſſe. Poſt biduum vidit Aethiopem, ſemicinctiis veſtitum, dicentem: ego et tu in vnum condemnati ſumus. Rogauit, tu quis es? Ego ſum, qui alapam dedit Chriſto, in paſſione. In *Seleucia* fuit diues negotiator, *Seuerianus*; habuit fidelem ſeruum, catholicum; qui, *ſecundum prouinciae conſuetudinem*, die ſancto coenae dom. ſumtam communionem inuoluit in linteo et in armario repoſuit. Miſſus fuit

Conſtantinopolin, oblitus communionem. Dominus inuenit particulas communionis in linteolo — denuo iuit, et voluit eas comburere; inuenit autem omnes ſanctas particulas *culmos* et *ſpicas germinaſſe*; itaque, cum omni domo, clamans *Kyrie Eleiſon*, tulit ad epiſcopum, et plurimi ex hoc miraculo facti ſunt catholici. Super alio ſyro monacho, Seueriano, apparuit columba fuliginoſa, ſicut ex coquina veniens; hoc narrauit, qui vidit in veritate cum lacrymis. Alius *Seuerianus* ſtylita prouocauit *Ephremum* antioch. ep. ad ignis experimentum, pro doctrinae veritate. Igne ſuccenſo noluit de columna deſcendere; ſtolam ſuam iniecit ep. per tres horas. Illaeſa ea, hic conuerſus eſt. Haec et alia grauiter *Baronius*, et non ſine admonitione, de miraculorum ad perſuadendum auctoritate. Nec contra *Arianos* defuerunt; *Remigius* cum *Rhemis* haberet concilium, *arianum* epiſcopum, acrem diſputatorem, ante eum transeundo, fecit mutum; is ad pedes prouolutus nutibus veniam petiit; et ſtatim catholicam fidem confeſſus eſt. Haereſeos poenam referunt *Theophanes*, *Cedrenus*, aliique ſub *Anaſtaſii* a. 25, quod *Alexandriae* multi, etiam mulieres et pueri, a daemoniis vexati fuerunt; apparuit enim alicui in ſomno terribilis ſpecies viri, qui dixit, iſta ob damnationem *chalced.* concilii accidere. *Hormisdas* labanti fidei ſuccurrens προσωπον τηλαυγες libello fidei hoc poſuit: *prima ſalus eſt*, regulam fidei cuſtodire, et a *conſtitutis patrum nulla ratione deuiare*; (vt contra *Arianos* ille ſcriptor *Athanaſii* nomine, *quicunque vult ſaluus eſſe* etc.) de plebis acclamationibus pro fide catholica, (quae neſcit frena gaudii, vt *Baronius*; qui et monet, cum audies toties repetita, non erunt tibi faſtidio), quas et clerici magno ore imitantur in conciliis romanis huius ſeculi: ipſe *Baronius* fatetur, acclamationes *circenſes* et in *theatro* praeiuiſſe exemplum; ſed magis harmonicas in eccleſia eſſe debuiſſe, ad a. 518. n. 6. et 9. *Cereis* et *crucibus*, quas viri, mulieres et milites pariter geſtabant, *Hormisdae* legati excepti;

cepti; quam *Baronius* dicit religioſe procedentium chriſtianorum formam eſſe; *Iuſtinianus*, comes adhuc petiit per romanos legatos *de catenis* SS. Apoſtolorum; de craticula B. *Laurentii*; et ſanctuarium Apoſtolorum (vela ſepulcris Romae appoſita, vt eorundem apoſtolorum virtutem acciperent;). Nec ea ſanctitas ab ipſis, ſi placet, pontificibus abſuit; *Gregorius*, certe, ipſe narrat, dialog. 3, 2, cum *Iohannes* papa, *Theodorico* iubente, Conſtantinopolin ad *Iuſtinum* proficiſceretur, vt Arianis impetraret in oriente ſacrorum libertatem, equo vſus eſt miti, quem mulier quaedam ſolebat inſidere. Cum remiſiſſet equum, ſedere vltra mulier in equo eo non valuit, quia poſt ſeſſionem tanti pontificis mulierem ferre recuſauit; (niſi forte equus fuit *arianis* infenſus, quorum libertatem ipſe pontifex, quod inauditum, impetratum ibat; olim enim pontifices martyres potius fiebant, non vero legatos ſacros pro *Arianis* agebant.) Sed nec omiſit idem *Dialogus* lib. 4, 36. narrare poenam regis *Theodorici;* vidit enim aliquis ſolitarius in *Lipari* inſula, regem diſcinctum et diſcalceatum, manibus vinctis, in vicinam *Vulcani* ollam iniici. *Theodebertus* rex Francorum, ſaepe a *Nicetio*, treuirenſi ep. reprehenſus fuit; accidit, vt miſſarum intereſſe voluerit ſollemniis; e populo daemoniacus puer exclamat, et crimina regis et ſancti ep. virtutes confiteri coepit — daemoniacus, apprehenſa columna, a decem viris extrahi non potuit. Sanctus autem *ſub veſtimento ſuo*, propter iactantiam euitandam, cum fecit crucem contra daemonem, relaxari coepit, et corruit cum decem viris; paulo poſt ſanus erectus eſt.

Publicae religionis vis praecipua in theſauro eccleſiaſtico fuit; calices, patenae, cruces, candelabra, ciboria, turriculae, arae, tegumenta librorum ſacrorum, ex auro, argento, gemmisque omnis generis; multa millia librarum auri argentique vel ex *Anaſtaſio* computari poſſunt, quae inde a centum annis a romanis tantum epiſcopis theſauro ſacro romano illatae fuerunt; praeter ea

dona, quae a graecis quibusdam imperatoribus aliisque divitioribus accesserunt. Nec meliori ingenio Arianorum fuit religio; obseruauimus iam *Belisarium* a *Vandalis* sacri thesauri pompam in triumpho ostentasse; cum *Alaricus*, rex Visigothorum, cui *Chlotildis*, catholica, parum profuit, a *Childeberto*, coniugis fratre, regno et vita priuatus esset, inter reliquos thesauros *Childebertus* ecclesiis multa donauit; 60 calices, 15 patenas, viginti Evangeliorum capsas, omnia ex auro puro et gemmis pretiosis ornata; *Gregor.* tur. de gestis Franc. lib. 3, c. 10. Ista autem nostro consilio sufficiunt.

Ad alia pergimus, quae ad perspiciendam religionis indolem non parum conferunt; eruditionis certe colligendae et proferendae ratio praecipue ad hoc facit. Supererant sub oriente sole, licet rari et pauci numero, philosophiae et eruditionis graecae amatores, licet nec ab illis vitiis alieni, quae fuerunt iam olim peruulgata, quia amari vel vana studia solebant. *Proclum*, asianum philosophum, et ὀνειροκριτην, commemorat chronic. alexandr. anno *Anastasii* 27 ab imperatore consultum. De eodem *Proclo* narrat *Malelas*: eum imperatori *Anastasio* suggessisse, vt viuo sulphure Vitaliani naues comburerentur; quatuor centenariis donari noluit. Ex *Damascii* vita *Isidori* dedit *Photius* excerpta bis, codice 181 et 242, quae eruditionis graecae statum produnt. Dicauit *Damascius* (qui sub *Theodorico* scripsit, *Photius* p. 553. *Hoeschel.*) *Theodorae*, gentili, sed ab eruditione (a Philosophia, mathematica, poesi et *grammatica*,) non alienae. Ipse *Damascius* rhetoricae dedit operam sub *Theone*, ei autem praefuit annos nouem; mathematicam debuit *Procli* successori, *Marino*; philosophiam, *platonicam*, (iuniorem) *Zenodoto*, vterque *Athenis* docebat. Isidorum et ὀνειροκριτην maximum fuisse scribit *Damascius*; et duplicem modum των θειων αὐτοψιων statuisse; διορθωσει humanarum prauitatum praecipue studuisse; *Aristotelicam* disciplinam *platonicae* longe postposuit, μακαριων

νοημα-

νοημάτων amator; idola non adorauit, ἐπ' αὐτοὺς τοὺς θεοὺς ἱέμενος, qui non ſunt in adytis, ſed εἴσω occultati etc. Liceat comparare iſtam vitam cum ſanctorum quibusdam; etiam *aſinus* commemoratur, qui poeticis μαθήμασι, ita captus fuit, vt cibum negligeret; eius generis ſunt et iſta, ſub *Attila*, poſtquam corpora mortua conciderint, ψυχαῖς adhuc ἵςαντο tres dies noctesque integras pugnantes, nempe εἴδωλα ψυχῶν, talia φαντάσματα bellorum non rara fuiſſe aut eſſe; in aere comparere σκιοειδῆ φάσματα πολεμοῦντα, (talia multa in chronicis graecorum et latinorum). — Venerunt etiam *Brachmanae* Alexandriam, qui narrarunt, eſſe apud ipſos, qui precibus ſuis pluuiam et ſiccitatem impetrent etc. *Philoſophorum* et *Rhetorum* multorum nomina et characterem moralem hic deſcripſit *Damaſcius*, qui per Graeciam et pleraſque prouincias floruerunt. Itaque illa hiſtoria, quam ſupra (p. 364.) ex *Aſſemanio* deſcribebamus, videtur aliquid lucis nanciſci; ſi addamus, *Iuſtinianum Athenarum* illud gymnaſium lege publica ſuſtuliſſe; (*Decii* ſub conſulatu θεσπίσας πρόςαξιν ἔπεμψεν ἐν Ἀθήναις, κελεύσας μηδένα διδάσκειν φιλοσοφίαν, nec leges interpretari; *Malelas* pag. 64. edit. Venetae; ἀςρονομίαν addit alius chronographus, apud *Alemannum* in notis ad hiſtoriam arcanam, notante *Chilmeado*). Atque huc forte pertinet, quod *Agathias* narrat lib. 2, *Damaſcium*, *Simplicium*, *Eulalium*, *Priſcianum*, *Lydum*, *Hermeian*, *Diogenem*, *Iſidorum*, ad *Perſas* diſceſſiſſe, quia non liceret ſuo arbitrio viuere.- Floruit Conſtantinopoli celebris grammaticus, ille *Priſcianus*; ſpeciem eruditionis graecae, vt fuit hoc tempore, ex *Coſma* indicopleuſte, (qui ſat multos ſcriptores excitat, iam deperditos,) *Iohanne*, philopono, et paucis aliis chriſtianis ſcriptoribus percipere licet. Plerique *Platonis* diſciplinam, ſed mediocriter, tenebant; eius certe doctrinam de *daemonibus*, anima, et τέρασι plane amabant; monachis enim maxime placuit, licet ex plebeia potius

opinandi consuetudine, quam ex ipsis libris solerent haurire. Pauci, atque eruditiores fere, *Aristotelem* praeferebant, nec nouum fuit hoc dissidium; inde ab *Arianis* enim iam illud licet reperire. Atque continuae illae lites de humana Christi natura, non traxerunt nihil ex alterutra disciplina; vtrum omnis natura sit persona; an natura, quae in multas personas diffunditur, sit insubstantiua, aut insubstantialis, (*Maxentii* dialog. lib. 1; Ioh. *Philoponus* &c.) Nec desunt versuum graecorum experimenta (*Agathiae* epigrammata &c.); sed facile constat, si vel maxime non defuerit opportunitas, (librariorum certe multae tabernae, &c.) rarissimos tamen fuisse inter Graecos christianos, qui exculti ingenii monumenta vel mediocria ad posteros transmiserint. SS. autem ingenua interpretatio tantum non plane sepulta dici potest; adeo *Origenis*, *Theodori*, aliorumque librorum publica proscriptio ingenii stuporem et ruditatem secum tulit, quam miraculorum exercitiorumque exotericorum fatalis amor et caerimoniarum, quae plebi placerent, studium, iam pietatis et sanctitatis nomine ornare audent. Nec operae est pretium, de *Syriacis* in litteras studiis aliquid dicere, quae sunt non minus inuenusta, licet non defuerint translationes quaedam *Aristotelis*, *Porphyrii* &c. Inter *Persas* rex Chosroes ab eruditionis laude celebrabatur; *Vranium* certe, natione Syrum, clementissime suscepit, mensae perpetuum socium et pincernam, disciplinae ἐφεκτικης, vt prae se ferebat; eum *Agathias* plane sic describit, inepte argutantem, sicut *Gassendus* aristotelicos in exercitatt. paradoxis. Idem rex satis liberale et oppido regium hoc egit, vt istis philosophis graecis, quos supra dixeramus e Graecia ad Persas accessisse, cum eis Persarum parum philosophica vitae ratio minus placeret, vel pace cum Romanis inita, pactus fuerit publicam in romano imperio securitatem, vt non metuendum illis amplius esset, ne cogerentur περα των δοκουντων φρονειν, ἡ μεταβαλλειν την πατρωαν δοξαν. Hanc Regis persici eximiam virtutem historia non debebat negli-

negligere; nisi publico quodam minus sanae religionis stupore impediretur.

Sub occidentem solem tamen non est tam horrida litterarum facies; ministeria certe improba et diligentissima non desunt, modo plus quietis otiique ad sanitatem quasi colligendam fuisset. Vix hic recensere audemus tenuia monachorum illorum adiumenta, quae *Benedicti* nomine iam censentur; quorum scholae a Grammatica certe non abhorrebant et poeseos rudimentis; vetustorum autem scriptorum frugifero vsu et exemplis carebant. Supererat in *Italia* et *Galliarum* parte *rhetorices* quaedam species, sed durior illa et declamationi propior, quam culta et ingenua. *Sidonii*, *Auiti*, *Ennodii* scriptiones solae sufficiunt; hi auctores nec a graecitate omnino absunt, a qua etiam inter *Gotthos* et *Francos* fuerunt quidam alii non omnino alieni. Sed vel vnus *Cassiodorius*, rei publicae quasi lingua et calamus inter Gothos, suffecerit; qui de *Orthographia* latina, *rhetorica*, *philosophia* scripsit, vt potuit; monachis haud dubie vtilissimo instituto. *Boethius* autem et ex *Aristotele* transtulit latine, et ipse auctor scripsit, sic, vt animi virtus et cultus pateat, a quo tot monastici scriptores omnino absunt, licet verbis quidam sint deditissimi.

Iam non mirabimur religionis tantum non barbaram, certe non liberalem indolem, et tot fructus satis degeneres, pestiferos etiam multos; humani autem generis fere continuam in religionis ineptae feruore corruptionem, et cladem; nec deerunt inter ea, quae iam sequentibus capitibus colligemus, clara eius rei documenta plura. Monasteriorum autem, qui hoc seculo sub occidente sole erupit, quasi ἀπο μηχανης, numerus, ipso domestico consilio suo, plebi ad mitiorem vitam traducendae, et rei publicae confirmandae, (pauperes, debiles &c. alebantur,) praecipue et vnice dedicatus fuit, non litterarum studiis; a quibus fere omnes praepositi fuerunt alieni; miraculorum dono eo magis ornati; cuius rei caussa non solum *vitas* SS. ordinis *Benedicti*, seculo primo, sed etiam, et maxime *Gre-*

Aa 4 *gorii*

gorii dialogum legere oportet; ſi quis velit *ſpiritum monaſticum* noſſe accuratius. Videtur autem *dialogus* praecipue monachorum pietatem ita commendare, vt eo facilius Epiſcoporum iurisdictioni eximi poſſent a Papa; creverant enim monachi iam inde a ſeculi initio, vt ex provincialibus conciliis apparet. Fatetur auctor (lib. 1. c. 2.) iam eo tempore, quo monaſterium in loco *Fundis* exſtructum fuit, rumorem exiiſſe, quod *pecunias multas haberet*. Quicquid eſt horridi ſtuporis, barbaricae ſuperſtitionis inter chriſtianos, (ea parte excepta, quae ex *Gregorii* οἰκονομίᾳ remanſit ex ethnicismo,) monachis eorumque foedis fabulis debetur. Virgo ſacra, oblita crucis ſignum facere ſuper lactucam, diabolum aliquem vna comedit; S. *Equitius* vocatus fuit; coepit diabolus ex virginis ore, quaſi ſatisfaciens, clamare: ego quid feci? ego quid feci? ſedebam mihi ſuper lactucam; venit illa et momordit me &c. Hoc damnum, atque ingenuae religionis, quae mentem deo ſimilem reddit, ruinam, contemtumque apud ſagaciores, iſta *antiquaria* ſeu *libraria* diligentia, quae in monaſteriis floruit, eo minus reſarcire potuit, quod tales plerumque nugas, praeter codices biblicos, tantum deſcriberent. De monaſterio S. *Martini* ingenue *Sulpitius Seuerus: ars ibi*, exceptis ſcriptoribus, *nulla habebatur*. De S. *Benedicto* Gregor. dialog. lib. 2, praef. fatetur, eum, etſi litterarum ſtudiis traditum, tamen pedem retraxiſſe; ſcienter neſcius et ſapienter indoctus receſſit. Ineptiſſima opinio de *obſeſſis*, quemadmodum rudem olim ethnicorum plebem peruertit, ita monachis praecipue debetur (*Gregorii Dialogis*, et *Vitis* patrum,) quod inter chriſtianos de diabolo longe plura et maiora credi dicique ſolebant, quam de deo. Corporalibus oculis vidit *Benedictus* antiquum hoſtem; inde poſtquam diaboli vultus et ſtatura ſemel innotuit, ab innumeris diabolus oculis videri coepit, quem tamen in mente et animo inſidere ignorabant. Omnipraeſentiam et omniſcientiam *Benedicti* tantum non confingit *Dialogus*; ruſticorum et rudium

dium ethnicorum in gratiam; quos tamen mirum ſit Chriſtum non parui pendiſſe, quem vnus *Benedictus* miraculorum copia longo poſt ſe interuallo reliquit. Nobiles duae virgines ſaepe religioſum aliquem, qui ad exteriora neceſſaria eis obſequium praebebat, ſermonibus incautis ad iram prouocabant. Minabatur iis *Benedictus* excommunicationem; non corriguntur; moriuntur, ſepeliuntur in eccleſia; (hic enim honor virginibus nobilibus debebatur.) Cum in eccleſia miſſarum ſolemnia celebrarentur: nutrix illarum videt eas de ſepulcro exire, cum diaconus clamaret: ſi quis non communicat, det locum. *Benedictus* manu ſua pro eis oblationem dedit; dicens, ite, et hanc oblationem pro eis offerri domino facite. Sic ab eccleſia vlterius exire viſae non ſunt. Dialog. lib. 2. c. 23. Monachus adeo, qui ſine benedictione de monaſterio exierat, mortuus fuit; mortui corpus terra aliquoties proiecit; tandem *Benedictus* ſua manu dedit communionem dominici corporis (hic primum calicis mentio nulla, ob commoditatem huius ſeruitii,) et iuſſit ſupra pectus poni. c. 24. Cum ſororem *Scholaſticam* inuiſiſſet *Benedictus*, rogauit eum, vt ea nocte maneret; abnuit, quia non liceat extra cellam manere. Illa inſertas digitis manus ſuper menſam poſuit et caput in manibus, dominum rogatura, declinauit. Statim, ſerenum adhuc caelum, ipſo eo momento, tanta fuit conuenientia orationis et inundationis, e nubibus imbres deiecit et tonitrua; iam dixit ad fratrem, modo ſi potes, egredere. (Nempe hic *Benedictus* vim miraculoſam in cella reliquit, aliter noua alia virtute ſtatim feciſſet, vt pluuia in aere pendens non potuiſſet cadere.) Ita per ea tempora *religionis* (ἐξοχῶς enim monaſtica vita *religio*, *religioſi*; alii in ſeculo et mundo,) ingenuum nomen conſpurcare et conſcelerare licuit. Huius tamen temporis vana ſpecies et imago nobis adhuc imponat, et impediat, quo minus religioni purae nos iam nobis noſtrisque demus eam operam, quam meliorem et digniorem eſſe perſpicimus? Ab iſtis hominibus *myſteria* quaſi

 vene-

venerabundi ſuſcipiemus? Superſunt autem mille eiusdem ingenii hiſtoriae, fabulae, aut ioci hominum alios ſecure ridentium; iſta iam, opinor, ſapientes et bonos animos ſalubriter commouebunt, vt de chriſtiana religione auguſtiora decreta reperiant.

CAP. IV.

De Haereſibus et conciliis.

Fas fuerit ex iſto capite quaſi imbutam triſtitiae ſenſu mentem transferre ad recenſendas *Haereſes*; ſi quidem placent horum temporum de ea cauſſa arbitri. Praeter *Arianos*, et minores ſectas *Macedonianorum*, *Nouatianorum*, *Priſcillianiſtarum* ſupererant et *Pelagiani*, quos contra *Latinorum* concilia quaedam prouincialia non defuerunt, et maxime *Eutychianorum*, ſeu Monophyſitarum plures familiae, quae in eo tamen conueniebant, quod a concilio *chalcedonenſi* omnes abhorrebant, nec aut a confictis ſub celebri nomine libris abſtinerent, aut a falſatione. *Acephali*, trium capitulorum acerrimi aduerſarii, quibus *Iuſtinianus* conceſſit, vt ſalua concilii chalced. auctoritate, illa capitula delerentur, lege eam in rem a. 545 lata; idem imperator *Origeniſtis* iuſto grauior, edicto iſto ad *Mennam* miſſo, contra *Origenem* et eius dogmata. Sed neutra lege multum profecit ad eccleſiae Tranquillitatem; licet *Vigilium* adeo romanum imperator in vrbem arceſſiuerit, vt tria capitula reiiceret; alii enim epiſcopi occidentales *Vigilium* eo adigebant, vt ab iſta ſententia rurſus ſecederet; itaque nouam legem imperator a. 551 contra iſta capitula promulgabat. Tandem concilium *oecumen. quintum* imperator, rebus eccleſiaſticis iuſto plus deditus, coegit. *Neſtoriani*, *Acoemetae* monachi etc. etiam ſuam ſententiam ſequebantur; vt facile pateat, inde a ſuperiori ſeculo motas ſemel lites componi vi et prudentia nulla potuiſſe; quas haud dubie falſo tanti fecerunt eius temporis inuenuſti iudices, quaſi cum

ipsa christianae religionis arce et caussa ingenua coniunctae essent. Ista autem conciliorum scriptorumque synodicorum recensione copiosius illustrabuntur. Inde a primo seculi anno *Synodus* in causa *Symmachi*, papae, *Theodorici* regis litteris et informata et reprehensa, ob dissidia et iustitiam protractam; (tom. 2. Harduini p. 973, vt desideretur ciuilitas in *archilatiora*, quae est sub hostium vicinitatis cura. In margine: locus sine ope codicum *insanabilis.* Nempe corruperunt, qui Papam reprehendi noluerunt; audeo legere, in *Archileuitae ira*;) ciuilitas, ciuitatis amor, vt p. 977. n. 2, per occasionem seditionis status *ciuilitatis* vocatur in dubium.) Synodus alia *Symmachi*, *Odoacris* regis statutum abrogatum iuit, quo electio pontificis sine regis consultatione fieri vetabatur; et varia sanxit; contra alienationem possessionum ecclesiasticarum; ne Papae quidem licet. Synodo alia, *Ennodii* apologia pro *Symmacho* inter actiones quartae et quintae Synodi romanae ponitur; *exclamationes* illae redeunt; octies, decies, duodecies. *Sexta* sub Symmacho Synodus, 504, de inuasoribus rerum ecclesiastic. *Acclamationes*; vt *oblationes* a nemine praesumantur absque consensu episcopi; contra eos, qui retinent ea, quae a quibusdam pro *remissione peccaminum suorum*, et pro vitae aeternae *mercatione* per scripturas ecclesiis tradiderunt — canon *gangrensis* 7. 8. repetitus. Sacrilegium est, quae quis vel pro *remedio peccatorum* vel *salute et requie animarum* ecclesiae contulerit etc. *Acclamatum* et huic (salubri) legi saepius. Nec principum largitione retinere licet; ne episcopi custodes chartarum potius quam rerum creditarum sint. Concil. *Agathense* a. 406, can. 81, quorum auctor praecipue *Caesarius* fuisse dicitur. Canones multi ex aliis conciliis, (*vasensi*, *venetico* etc.) parui momenti, de rebus externis; 13, symbolum ante 8 dies domin. resurrectionis competentibus tradatur; 14, *altaria* non solum unctione chrismatis, etiam sacerdotali benedictione sacrentur; 16 poenitentia, per impositionem manuum et cilicii

cilicii ſuper caput, accipitur; 18, ſeculares, qui *Natale*, *Paſcha* et *Pentecoſten* non communicauerint, *catholici* non credantur; 19 Sanctimoniales non ante annum XL velentur; 20 clerici qui comam nutriunt, detondeantur; etiam veſtimenta et calceamenta non habeant, niſi quae religionem decent. 21 Etiam extra parochias, *oratorium* in agro, vt ibi miſſas teneant propter fatigationem familiae, permittimus; exceptis maioribus feſtiuitatibus; 25. diſcidii cauſſa ante apud epiſcopos dicenda, quam vxor dimittitur; 27 monaſterium nouum, niſi epiſcopo probante, nullus incipiat. 28. monaſteria puellarum longius a monachorum collocentur; 30 *ordo* eccleſiae aequaliter tenendus; poſt *antiphonas* collectiones per ordinem ab epiſcopis vel presbyteris dicantur; *hymni matutini* et vespertini diebus omnibus cantentur, et poſt hymnos *capitella* de Pſalmis dicantur. 34, *Iudaei*, quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, ſi ad legem catholicam venire voluerint: octo menſibus *inter catechumenos* eccleſiae limen introeant — 38 — monachos vagantes ſi verborum increpatio non emendauerit, *verberibus* ſtatuimus coërceri; 42, contra auguria, ſanctorum ſortes; 44 benedictionem ſuper plebem in eccleſia fundere aut ſuper poenitentem, presbytero penitus non licebit. 47. Miſſas die dominico a ſecularibus *totas teneri* praecipimus; ita, vt ante benedictionem egredi populus non praeſumat. Canones ceteri, 48 ſeq. etſi a *Gratiano* citantur vt *Agathenſes*, tamen poſtea adiecti ſunt, praecipue e concil. *Epaonenſi*: *Concil. Aurelianenſe*, a. 511, iuſſu *Chlodouei*. c. 31. can. 1. de criminoſis, qui ad eccel. confugerint; id teneatur, quod *lex romana* conſtituit; 2. ſi raptor cum rapta, ad eccleſ. confugerit; 4. nullus ſecularium ad clericatus officium ſumatur, niſi cum regis iuſſione, aut iudicis voluntate; filii clericorum ſub epiſcoporum poteſtate conſiſtant; 5 oblationes in agris, quos domnus rex conferre eccleſiis dignatus eſt, aut adhuc contulerit, definimus: vt in repara-

ratio-

rationibus ecclesiarum, alimoniis sacerdotum et *pauperum*, et redemtionibus *captiuorum* expendatur, quicquid prouenerit. 6. Si quis vel de ecclesia vel de proprio iure ab episcopo crediderit aliquid repetendum: eum pro sola conuentione non liceat excommunicare. 7. Abbatibus omnique clero sine commendatione episcoporum pro petendis beneficiis ad domnos venire non liceat; 10. de haereticis clericis, qui ad fidem cathol. venerint, vel de basilicis, quas *in peruersitate sua Gothi* habuerunt: manus impositae benedictione suscipiant munus; ecclesiae autem, (quae, olim nostrae ab Arianis post occupatae, concil. *Epaonense* c. 33.) simili ordine, quo nostrae innouari solent, consecrari placuit. 12. diaconus aut presbyter, qui se sub poenitentiae professione ab altaris communione submouerit, baptizare potest, in casu necessitatis; 12 si relicta diaconi vel presbyteri duplici (nouo) coniugio coniunxerit — 14. de oblationibus in altari medietas episcopo, et medietas clero secundum gradus; praedia manent in episcopi potestate; 15 terrae, vineae, mancipia, peculia, manent in episcopi potestate; 18 ne superstes *frater* torum defuncti fratris adscendat, neue se quisquam vxoris *sorori* audeat sociare. 19. Abbates ab episcopis corrigantur. 20. Monacho in monasterio vti orario aut *tzangas* (caligas russeas) habere non liceat. 22. Monachus congregatione relicta, cellulam construere, sine episcopi vel abbatis permissione non praesumat; 24 ante Pascha non *quinquagesima*, sed quadragesima teneatur; 27 rogationes, i. e. litanias ante adscensionem domini omnes ecclesiae celebrent, ita, vt praemissum triduanum ieiunium in dominica Adscens. soluatur; per hoc triduum serui et ancillae ab omni opere relaxentur; 30 contra sortes sanctorum, 31 episcopus ecclesiae, cui proximus fuerit, die dominico non desit. Concil. *tarraconense*, can. 13. c. 2. clericus studio emendi vilius et vendendi carius, non vtatur. 7. de dioecesanis ecclesiis presbyteri, diaconi autem cum clericis *septimanam* obseruent; id est, presbyter vnam

facia

faciat hebdomadam, qua expleta, ſuccedat diaconus — ita tamen vt *omnibus diebus* veſperas et matutinas celebrent. 9. ne quis lectorum adulterae mulieri adhaereat; ſimilis ſententia oſtiariorum manebit *ſcholam;* 12 ſi defunctus fuerit epiſcopus inteſtatus, *breuis* fideliter conſcribatur de rebus ipſius. Concil. *Gerundenſe*, can. 10. can. 1. vt quomodo in *metropolitana*,, ſic in omni *tarraconenſi* eccleſia tam ipſius *miſſae ordo*, quam pſallendi vel miniſtrandi ſeruetur conſuetudo; 3. *ſecundae litaniae* faciendae ſunt kalendis nouembris; 5. de paruulis qui nuper materno vtero editi ſunt, ſi infirmi, vt aſſolet, fuerint, et lac maternum non appetunt, etiam *eadem die*, qua nati ſunt, baptizentur; (aliter enim ad *Paſchae* et Pentecoſtes ſollennitatem differtur.) 10. omnibus diebus poſt matutinas et veſpertinas, oratio dominica a ſacerdote proferatur. Concil. *Epaonenſe*, a. 517. canones 40. can. 4 Epiſcopis, presbyteris, diaconibus, canes ad venandum et accipitres habere non liceat; 8 mancipia ab abbate non licet manumitti; iniuſtum enim, *monachis quotidianum rurale opus facientibus*, vt ſerui eorum libertatis otio potiantur; 9. vnum abbatem duobus monaſteriis interdicimus praeſidere; 15 a Iudaeorum conuiuio etiam laicis abſtinendum; clericis autem a clerici haeretici. 21. Viduarum conſecratio, quas *diaconas* vocant, penitus abrogatur. 25. *Sanctorum reliquiae* in oratoriis villaribus non ponantur, niſi clericos vicinos eſſe contingat, *qui ſacris cineribus pſallendi frequentia* famulentur; 29 lapſis, qui in catholica baptizati in haereſin tranſierunt, fuit olim longior poenitentia; nos annorum multitudine breuiata — cum *catechumeni* procedere iubentur, abſcedant. 30 Inceſtae coniunctiones, coniugii nomine non praeuelandae: ſi quis relictam fratris; ſi frater germanam vxoris; ſi quis nouercam; ſi quis conſobrinae, ſobrinaeue ſe ſociet; priuignae. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem, C. 31. de homicidis, ſervetur

vetur canon *Ancyranus* 21. 22. Concil. *lugdunense* 1. canones 6. vt episcopi omnes causam communem faciant, si rex cum vno rem habuerit. Rex effecit, vt *Stephanus* et *Palladia*, quorum nuptiae incestae dicebantur, vsque ad orationem plebis, quae post Euangelia legeretur, in locis sanctis orandi spatium haberent. Epistola epp. africanorum in *Sardinia* exsulum, Synodica quasi, (p. 1055 seq. tomo 2 Harduini) de gratia et humano arbitrio. — ipsa gratia nullatenus agnoscitur, nisi detur. — eo magis illi, qui eam acceperunt, debent in gratiae assertione firmari, quo eam vident *non omnibus tribui;* necesse est autem, vt ab eis, quibus non tribuitur, ignoretur — sic est liberum arbitrium absque dono gratiae, sicut oculus sine luce — — nulla potest libero arb. suffragari gratiae cognitio, nisi detur ipsius gratiae spiritualis infusio. Singula definire curauimus, sequentes donum gratiae, quod *SS. patrum* (non poterant dicere *apostolis*) cordibus et linguis ipsa est dignata infundere. — In Iacobo non sunt electa nec dilecta humana opera, sed dona diuina; non pro meritis futurae bonae operationis elegit Iacobum deus, cui fidem et bona opera se ipsum donaturum esse praesciuit — Esau, vt damnaretur, iram iuste meruit, — qui sacramento quidem circumcisionis accepto *reatu peccati originalis* caruit, sed per nequitiam cordis in terreni vetustate mansit. — de paruulis *indubitanter tenenda regula catholicae* veritatis; qui sine baptismo moritur, propter peccatum originale damnatur. — de gratia non digne sentit, qui eam putat *omnibus hominibus* dari, cum non solum non omnium sit fides, sed adhuc nonnullae gentes inueniantur, ad quas praedicatio non venit. — Contra *praedestinationem* sanctorum magnae peruicaciae est aliquem parare conflictum. *Omnes* praedestinati ii sunt, quos vult saluos fieri et ad cognitionem veritatis venire; qui ideo *omnes* dicuntur, quia in vtroque sexu: ex omni genere, gradu et aetate saluantur. Quaestio *animarum* — sine fidei detrimento potest a fidelibus igno-

ignorari — — Exhibete caritatem, quia qui hodie veritatem in aliquo non cognoſcit, poteſt cras deo reuelante cognoſcere. (Haec regula debebat potius ſemper repeti, quam nouae de fide leges ferri.) Prae omnibus ſtudium gerite, *libros S. Auguſtini* legendos ingerere; quos *Hormisdas* in epiſtola ad *Poſſeſſorem* ſic laudauit -- — (Nempe nemo vmquam de ſede romana, Apoſtoli Petri ſcilicet, tam honorifice et tantum non cum adulandi ſtudio ſcripſit, quam *Auguſtinus*; eam in rem elogia Auguſtini, de praeeminentia ſedis romanae collegit *Blanchinius* in *Prolegomenis* ad *Anaſtaſii* tomum tertium, articulo 7. fol. 21 ſeqq. Sic et *Iohannes* papa, 2, epiſtola ad Senatores: *Auguſtinus*, cuius doctrinam *ſecundum praeceſſorum meorum ſtatuta*, romana ſequitur eccleſia &c. Ideo etiam romani epiſcopi *Auguſtini* ſententias ſemper amplexi ſunt; e. g. *Gregorius* M. de igne inferni *corporali* &c. vide tomum 2. operum *Gregorii* edit. *Benedictinorum* pag. 110.) *Ilerdenſe* a. 524. 1. vt, qui altario miniſtrant, ab omni humano ſanguine abſtineant. 2. qui male conceptos fetus necare ſtuduerint, vel in vteris potionibus collidere. Ipſis veneficis in exitu tantum communio detur. 3. quae in iure monaſterii offeruntur, in nullo dioeceſana lege contingantur. 13. Catholicus, qui filios ſuos in haereſi baptizandos obtulerit — 16. Contra Spolia epiſcopi mortui. Concil. *Valentinum*, Hiſpaniae, a. 524. c. 1. vt *Euangelia* ante munerum illationem in miſſam catechumenorum, poſt Apoſtolum, legantur; 2. vt mortuo epiſcopo clerici manus rapaces abſtineant ab omni re, et nihil, latronum more, diripiant — ne in vacuam epiſcopi domum ſucceſſor veniat — Concil. *Arelatenſe* 4tum; repetuntur canones iam ſaepius ſcripti. Synodus *carthagin*. a. 525. pro retinendis eccleſiae *carthag*. priuilegiis contra eos, qui nolunt reuerentiam exhibere prioribus, et liber canonum praelectus. Petrus abbas queritur, monaſterium a *Liberato* ep. byzac. excommunicari, quaſi ad eius ius ideo pertinerent,

quia

quia ſubdiaconum habuerant antéa abbatem; et quia, abſente carthag. epiſcopo, ordinationes a primae ſedis byzacenae epiſcopo petierant. p. 1087. *adrumetinum* monaſterium de transmarinis partibus ordinationem presbyterorum petiit; monaſteria vtuntur libertate, a quocunque epiſcopo velint conſolationem quaerere. —

Concilium *Arauſicanum* 2. canonum 25, de gratia et libero arbitrio. c. 3 et 6. ipſa gratia facit, vt oremus, non autem inuocatione gratia confertur. 8, ſi quis alios miſericordia (dei), alios per liberum arbitrium ad *gratiam* baptismi venire poſſe contendit, a recta fide alienus eſt. 16. nemo glorietur, tamquam non acceperit; vel ideo ſe putet accepiſſe, quia *littera extrinſecus* vel vt legeretur, apparuit, vel vt audiretur ſonuit. — accepta per baptismum gratia, Chriſto auxiliante, quae ad ſalutem animae pertinent, omnes baptizati poſſunt et debent adimplere. Capitula *Auguſtini* XIX in vrbem romam transmiſſa. Concil. *Vaſenſe* ſecundum a. 529. C. 1. vt presbyteri, iuniores lectores, qui ſine vxore fuerint, ſecum in domo recipiant, ſecundum conſuetudinem, *per totam Italiam;* et eos erudire contendant, vt ſibi dignos ſucceſſores prouideant. 2. in ciuitatibus et omnibus parochiis damus presbyteris poteſtatem, verbum faciendi; infirmitate prohibente, diaconi recitent homilias patrum. 3. vt ſecundum conſuetudinem orientis et Italiae *κυριε ἐλεησον* frequentius dicatur, et ad matutinam et ad miſſas et ad veſperam. In omnibus miſſis, ſeu in matutinis, ſeu in quadrageſimalibus, ſeu iis, quae *pro defunctorum commemoratione* fiunt, ſemper, *Sanctus*, *Sanctus*, *Sanctus* eo ordine dici debet, quo modo ad miſſas publicas dicitur. 4. vt nomen domini papae recitetur. 7, propter haereticos, qui filium non ſemper cum patre fuiſſe blasphemant, in omnibus clauſulis poſt *Gloria*: dicendum eſſe decernimus, *ſicut erat in principio.* Concilium *romanum*, 531. quo lecti ſunt libelli a *Stephano*, Lariſſae metropolitano, transmiſſi, et plures epiſtolae e ſcrinio ſedis apoſtolicae prola-

 tae

tae, quibus constat, speciatim in ecclesias *Illyrici* gubernationem sibi sedem apostol. sumsisse. Concil. *toletan.* 5. can. 1. qui a parentibus in infantia clericatui mancipati sunt: vt mox cum detonsi fuerint, *in domo ecclesiae*, sub episcopali praesentia, a praeposito erudiantur. Vbi annum aetatis 18. compleuerint, publice interrogentur, de matrimonio. Epistola *Montani* ep. tolet. contra presbyteros, qui *chrisma* audent conficere, quod per manus summi pontific. trinae diuinitatis inuocatio sanctificare consueuit — pag. 1143 perditissimam *Priscillianistarum* sectam, tam actis quam nomine, a vobis nouimus praecipue honorari. Pag. 1159 collatio *catholicorum*, cum *Seuerianis*, seu *Orientalibus*, Constantinopoli, in *Heptaconcho*. Orientales *Dioscorum*, Ephesi depositum, defendebant; Eutychen sine iure ab eo susceptum fuisse; ab iis ex *Dionysio* areopagita citabantur, quae *Cyrillus* et alii adhuc ignorarunt; de diuersa significatione ὑποστασις, φυσις. — etiam *Petrus* dispensatiue aliquoties cum gentilibus comedebat, aliquoties vero subtrahebat se, *postquam* vero illud decretum Actor. 15 ediderunt -; ita etiam *Cyrillus* aliquoties dispensatiue duas subsistentes naturas post vnitionem abdicat, si tamen eius sunt illae epistolae. — Episcopi orientales non mutarunt sententiam, monachi tamen quidam et clerici; — Nempe res omnis agebatur, vtrum *Cyrillus* dixerit, in *duabus* etc. Concil. *Aurelianense* 2. canones 21. plerique iam noti; vt conueniant ad sepeliendum Episcopum, ne corpusculum diutius inhumatum negligentia interueniente soluatur. Concil. *Aruernense* a. 535. c. 3. ne pallis vel *ministeriis* diuinis defunctorum corpora inuoluantur. 6. ne coniugium cum Iudaica fiat. 7. ne opertorio dominici corporis, sacerdotis vmquam corpus, dum ad tumulum euehitur, obtegatur; ne sic altaria polluantur. 8. ne ad nuptiarum ornatum *ministeria* diuina praestentur. 9. ne Iudaei christianis populis iudices praeponantur. 13. vt presbyter atque diaconus, benedictione percepta vxoris prius suae frater ex coniuge fiat.

Concil.

Concil. *Constantinopolitanum* sub *Menna*, (qui *Anthimo* deiecto successit) contra Acephalos, a. 536. actio 1· libellus Archimandritarum Constantinopoli, et Syriae, *Iustiniano* post *Agapeti* rom. mortem oblatus: vt damnati ab eo haeretici expellantur, (*Anthimus* etc.) *Mariani* et aliorum monachorum Hierosol. et oriental. epistola ad *Agapetum*; acephali faciunt synagogas et *parabaptismata*; Isaacius imaginem imperatoris baculo percussit, et sindonem γεγραμμενην lacerauit, et quod abripuit, igni tradidit - altaria et baptisteria erigunt, si his ea libertas docendi permittitur, vera doctrina reprehenditur — fictam pietatem prae se ferunt — 97 nomina subscripta, e tot monasteriis. Epistola orthodoxorum oriental. epp. contra *Anthimum*, *Seuerum* et alios *Acephalos*, *Agapeto* oblata. —— *Iustinianus* constituit in μυςαγωγιαις quatuor concilia magna voce praedicari! *Seuerus* ποτε τα ελληνων μυειθης — praeterimus sanguinem in Oriente effusum sanctorum virorum, (vltra 300) a suscitato per ipsum Iudaico exercitu — subscripta ex 43 ecclesiis nomina, quae inter XI episcopi. *Actio* 2; *Anthimus*, etsi quaesitus, non potuit inueniri: *Actio* 3 nec dum inuentus. *Actio* 4. nec tertium quaesitus, inuentus est; igitur publice proclamatus per 7. dies et tandem sententia contra ipsum lata. Iam *acclamationes* Synodi contra epp. *Petrum*, *Zoaram*, *Seuerum* &c. sed ea caussa reiecta ad imperatoris voluntatem. *Actio* 5. libellus epp. ad imper. in quo confessio fidei, et querelae contra Petrum, Zoaram &c. libellus monachorum ad imperatorem; alius ad *Mennam*; satis atroces accusationes insunt, contra *Seuerum*, semigentilem; *Petrum*, &c. E subscriptionibus *monasteriorum numerus* potest non nihil percipi. Quaedam *Hormisdae* epistolae supplicatio clericorum et monachorum Antiochiae, ad Iohannem patriarcham et synodum contra Seuerum — *columbas* aureas et argenteas, in forma Spir. sancti super altaria et baptisteria appensas, rapuit, dicens, non oportere spiritum S. in colum-

bae ſpecie nominare, p. 1319. (videtur ergo iunior adhuc fuiſſe haec conſuetudo) — *prima* petitio, vt *Euphemius* et *Macedonius* famae ſanctae reſtituantur. *Secunda*, vt expulſi in eorum cauſſa, reuocentur ad ſuos gradus; *tertia*, vt concil. *nicaenum* et *conpolitan.* ponantur in diptychis. *Quarta*, vt nomen *Leonis* rom. in ſacris libris legatur; *quinta*, vt blasphema verba *Seueri* contra chalced. ſynodum anathematizentur; (exclamationes populi rem adiuuerunt.) — Quomodo praedicatae ſint 4 ſynodi, p. 1334. in magna eccleſia cum venit patriarcha oecumenicus voces prolatae ſunt a populo: multi anni Patriarchae — m. a. Imperatori (Iuſtino) m. a. Auguſtae — effodiantur oſſa Manichaeorum; ſanctam ſynodum praedica; Maria theotocos eſt; ſancta Synodus hoc dixit, qui non loquitur, Manichaeus eſt; Iuſtinus regnat, quem times — ſic per longum temporis et chartae ſpatium exclamationes pergunt. Scripſit inde Iohannes ad Hieroſolymitanum et alios &c. e quibus *Epiphanius*, Tyri, reſpondet ſic, vt voces et acclamationes ſui populi epiſtolae ſubiiciat; atque Tyrii tantum non Conſtantinopolitanos lateribus et linguis ſuis vicerunt. *Petrus* apam. e *lectoribus* voluit facere ſubdiaconos, (quaſi dedecori hoc ſit; vnde de ordine honoris huius conſtat.) Multa atrociter dixit; ne quidem crucifixus deſcendens vos liberabit e meis manibus; — omnes eccleſias et altaria deus comburet, et faciet βουνον ἑνα, p. 1370. mulierem ſcenicam ſecum habuit; — baptizandi ſtare ſolent; figuram certaminis explentes; deorſum innuentes, manus complicantes, ἐυκαιρως trementes, et diaboli τη φθονερα περιεργια reſiſtentes, exſpectant λυτρωσιν — Eccleſiaſticorum multorum ſtatum haec epiſtola deſcribit. Audiui, p. 1372, quod Petrus aliquam mulierem, baptismo nondum dignam, λαβων εἰχε in baptiſterio, prope colymbethram, (nuda fuit, p. 1379.) Cum eſſemus in baptiſterio, ad inſtructionem baptizatorum, ſine tunicis et calceamentis exſiſtentium, diaconis exorcizantibus: venit epiſcopus et eiecit nos cum νεοφωτιστοις,

et

et introduxit canonicos, et mansit solus cum illis multas horas — ego *archihebdomadarius* fui. p. 1379. Libellus monachorum *Apameae*, de sceleribus Petri, p. 1387. Constitutio Imperatoris Iustiniani, contra *Seuerum*, *Petrum* et *Zoaram*; scripta *Seueri* vetantur, a nemine των εἰς καλλος aut ταχος, scribantur; amputatio manus scribentium poena. p. 1409. concil. *Hierosolymitanum* contra eosdem tres; eadem hic confirmata. Concil. *Aurelianense* 3. a. 538, canones 33. c. 4. contra *extraneas* mulieres; (licet iam saepe vetitae fuerint.) 6. nemo ex laicis ante annualem *conuersionem* fiat clericus. 9. De his (clericis) qui defunctis vxoribus, concubinas publice sibi crediderint sociandas. 14. *Hora tertia* missarum celebratio inchoetur. 21. Si qui clericorum, vt nuper multis locis diabolo instigante actum fuisse patuit, rebelli auctoritate se in vnum coniuratione aut chartula data collegerint — 28. Persuasum est populis, die dominico cum caballis, bubus et vehiculis agi itinera non debere, nec vllam rem ad victum vel ad nitorem domus praeparare: hoc potius ad iudaicam obseruantiam pertinet. *Arare*, in vinea, agris, laborare, non licet. 30. *Iudaei* a die coenae domini, vsque in secundam sabbati in Pascha, quatriduo procedere, aut catholicis populis in vllo loco vel vlla occasione se miscere, non praesumant. Concil. *barcinonense* a. 540. vt Psalmus, — ante canticum dicatur; benedictio in matutinis sicut in vespertinis tribuatur; nullus clericus comam nutriat, aut barbam radat. Concil. *Aurelianense* 4. a. 541. canones 38. 1 *Pascha* secundum *Victorii* laterculum vno tempore celebretur. 2. Quadragesima aequaliter teneatur, et ieiunium sabbatis non soluatur. 4. Nullus in oblatione calicis sacri, nisi quod ex fructu vineae speratur (et hoc aqua mixtum) offerat. 13. Clerici a tutelae administratione immunes; quia hoc lex seculi etiam *paganis sacerdotibus* et ministris praestiterat. 16. Si quis christianus, vt est gentilium consuetudo, ad caput cuiuscunque ferae vel pecudis, inuocatis insuper nominibus

(num.) paganorum, fortaſſe iurauerit. – 24. Quaecunque mancipia ſub ſpecie coniugii ad eccleſiae ſepta confugerint, vt per hoc credant poſſe fieri coniugium – *Aurelianenſe* 5. a. 549. ſimiles 24. canones. c. 19, puellae in monaſteriis, aut in domibus propriis, tam puellae quam viduae, quae commutatis veſtibus *conuertebantur*, ſed coniugium contrahunt: communione priuantur. 20. Archidiaconus viſitet in carcere poſitos; 21. leproſis de domo eccleſiae victui et veſtitui neceſſaria dentur. 22. De ſeruis, qui ad eccleſiam fugiunt, dominus ſacramento fiat ſecurus. Si aut gentilis dominus fuerit, aut alterius ſectae – (ergo tolerabantur adhuc in ciuitate.)

Concilium oecumenicum *quintum* Conſtantinopoli 553. habitum multae lites praeceſſerunt, quibus *Iuſtinianus*, quantumuis theologicis ſtudiis deditus, vix finem facere valuit. Nec Auguſta, *Theodora*, abſtinuit ſiue ab eccleſiaſticis ſtudiis ſiue a parum liberalibus conſiliis. Huius certe iuſſu *Beliſarius Vigilium* papam fecit 538, *Siluerio* deiecto; ille nempe, ſicut nuper *Anthimus* Conſtantinopoli, Monophyſitis videbatur fauere. Hi iam inde poſt initia fere ſeculi in plures ſectas diuiſi; *Seueriani*, ſeu φθαρτολατραι, quia corpus Chriſti, licet vnius φυσεως, a mutationibus ſolitis non alienum ſtatuerunt; alii contrarium tenebant, ab aliis ἀφθαρτοδοκηται et Phantaſiaſtae vocati. Medii fere alii, *Xenaia* auctore, libere admiſſas mutationes diſtinxerunt. – *Agnoetae* quidam dicti, *Themiſtium*, alex. diac. ſecuti, qui vnam illam naturam Chriſti omnino ignoraſſe quaedam ſtatuerunt; his non defuerunt, qui contradicerent. Adeo *vna* φυσις varias ſententias ſecum traxit. *Origeniſtae* autem noui, (πρωτοκτισαι, Ισοχριςοι, per *Orientem* et *Palaeſtinam* non parum ſuccreuerant; etiam trium capitulorum aduerſarii: atque Monophyſitas fruſtra *Iuſtinianus*, *Mennas*, *Petrus* hieroſ. *Ephraimius*, antioch. ſperabant ſecum coniungere, condemnatione iſtorum capitulorum. *Vigilius* autem, rom. qui iam Conſtantinopolin inuitatus fuit, eam ob rem *Mennae*

com-

munionem negauit; *Theodorae* tamen artibus postea in eamdem sententiam ipse concessit, celebri isto *Iudicato.* Inconstantiam *Vigilii* Baronius, de *Marca*, aliique, virtutis in loco ponere studuerunt. *Iudicatum* hoc non sine artibus, et *concilii* persuasione, recepit, iuramento praestito, per sanctorum *clauorum virtutem*; per 4. Euangelia; per virtutem *sancti freni* &c. Ingentes inde aliae turbae per christianum orbem.

Hoc *concilium* oecumenicum, Tomo 3. *Harduini* praecedunt quaedam *acta*; *Vigilii* epistola ad vniuersam ecclesiam, cur in ecclesiam *Euphemiae* concesserit; narrat, qua vi ex basilica Petri Cpoli tractus fuerit. - Ideo hic vult manere, dum componatur scandalum. Damnatio *Theodori*, Caesar. Cappadoc. ep. quem *Vigilius* scandali totius auctorem dicit; *Constitutum* Vigilii ad confirmationem concilii; responsiones XL. ad totidem *Theodori* mopsuest. capitula; in his capitulis sunt multa, quae ad historiam *dogmaticam* pertinent; e. c. 57, etiam citra inobedientiam homines morituros fuisse, quia hoc aditum dedit ad maiorem vtilitatem. Redibunt ista in ipso concilio. Vigilius hic narrat, romanae ecclesiae morem non fuisse, aduersus mortuos ferre sententiam, p. 36. fatetur *graecae* linguae se ignarum esse, p. 39. Epistola *Italicorum*, quam legatis *Francorum* Constantinopolin afferendam dederunt, p. 47, ante *sex annos Vigilius* prope violenter abductus — graeci episcopi, habentes diuites ecclesias, secundum voluntatem principum, consentiunt facile, quicquid ab eis quaeritur. — Pessimi quique episcopi constituuntur — *Datius* ep. mediol. Constantinopoli dixit: quicunque in damnationem consenserit, episcopos *Galliae*, *Burgundiae*, *Spaniae*, *Liguriae*, *Aemiliae*, Venetiae non habebit communicatores; *Vigilium* alii pedibus, alii capillis, alii barba, abstrahebant, sed tam firmiter amplexus est altaris columnas, vt fractae fuerint — — sollicitarunt vnum notarium, qui *manum papae imitari* dicitur, et falsas chartas conscribi fecerunt - *Anastasius*, ab arelatensi episcopo ad Vigilium Constantinopolin

 missus,

miſſus, cum inde exire non poſſet, promiſit, epp. Gallicanorum animos inclinare ad damnanda capitula — *Datius* vt tandem poſt 15. 16. annos redire poſſit; mortui enim ſunt plerique epiſcopi, vnde immenſa multitudo ſine baptismo moritur. Pag. 51. Concilii *Conſtantinopolitani* ſeſſio 1. *Forma* imperatoris ante ſynodum lecta; exemplis imperatorum ante ſe vtitur; ſe omnem operam, ad coniunctionem orientis et occidentis contuliſſe; alios tria capitula damnaſſe, ipſum *Vigilium*, et quidem ſaepius, per *Iudicatum* adeo; ſed iam eum alius ſententiae eſſe; igitur Synodum de his rebus praecipue tractaturam &c. *Vigilius* ob paucitatem occidentalium, noluit intereſſe; (ſupereſt tantum latina deſcriptio, ſed duplex; breuior, et longior.) Ita *ſecunda* ſeſſio legationibus miſſis transacta; non deerant quidam latini, *Primaſius* ex Africa, quidam ex *Illyrico* &c. *Tertia*, 4. ſynodi confirmatae, et doctorum eccleſiae auctoritas, *Athanaſ. Hilarii*, *Baſilii*, *Gregoriorum*, *Ambroſii*, *Auguſtini*, *Theophili*, *Ioh.* Conſtantinopol. *Cyrilli*, *Leonis*, *Procli*, et aliorum patrum &c. *Quarta:* excerpta ex *Theodori* mopſueſt. libris. Fortiſſime contra *Apollinarium* libro 3. negat, *deum* ex virgine natum; non *deus* verbum natus eſt ex muliere, ſed (is); qui virtute S. Spiritus plasmatus eſt in ea; qui eſt ex ſemine Dauid, in ipſo plasmato deus, verbum, ἐγενετο (fuit,) in circumciſo, pannis inuoluto; diſpenſationi enim, quae circa eum erat, ordinem imponebat, vtpote et particulatim ipſum ad perfectionem perducens. — — Suam cooperationem ad propoſita opera praeſtabat ei (homini,) qui ſuſceptus eſt, (a λογῳ). N. 14. Ioh. 20. *Accipite* Spir. S. i. accipietis. *Thomas*, dicens, dominus meus, deus meus; non ipſum dixit deum et dominum, (nec enim reſurrectio docebat deum eſſe illum, qui reſurrexit,) ſed pro miraculo facto deum laudans. N. 16. In nomine Ieſu baptizati, (non relicta formula illa baptismi, Matth. 28,) ſicut in Moſe, vt leges Moſis attenderent; *Chriſtiani* vocantur, vt *Platonici*, ſicut hominibus ſectam quamcunque ſequen-

ſequentibus mos eſt, a dogmatis inuentore vocari. N. 20. — qui prophetarum voces omnes trahere tentant ad dominum Chriſtum — riſum praeſtant Iudaeis, quando ex ſcriptorum ſequentia nihil ad dominum pertinentes oſtendunt voces. N. 22. Quod Pſalm. 22. nullatenus conuenit domino, certum eſt; nec enim erat Chriſti hoc dicere: longe a ſalute mea verba *delictorum meorum*; (nempe *τροπος παιδειας* de Chriſti ſatisfactione nondum conſtabat) quod ſupra modum dictum fuerat prius a Dauide, propter illata ei mala, hoc ex operibus euenit in Chriſto. N. 25. Sicut per huiusmodi confeſſionem non *deitatis* Nathanael habere ſcientiam oſtenditur, (Iudaei enim talia ſperantes, quantum a ſcientia dei verbi aberant?) ſic et Martha per confeſſionem illam non deitatis habens tunc ſcientiam probatur; manifeſte autem nec *Petrus*, Matth. 16, 16. Sufficiebat ipſis, praecipuum aliquid et maius de ipſo praeter ceterorum hominum phantaſian accipere. Poſt reſurrectionem autem ſpiritu perducti ad ſcientiam — ſciebant — per vnitatem ad deum verbum locum habere (in Chriſto homine) participationem omnis honoris. N. 27. Animam ſi Chriſtus non habuiſſet, ſed ſi deitas eſſet, quae vicerat, nullatenus ad nos reſpicit lucrum, ad conuerſationis perfectionem — ſed oſtentationis fuit ſpecies — mortificans in carne, peccatum et manſuetans eius libidines, facile capiendos meliori ratione animae impetus faciens; erudiens autem animam et exercitans, ſuas paſſiones vincere — (Exclamationes iam in Synodo factae, anathema — vnus Theodorus, vnus Iudas. 29. Per vnitatem collectae naturae vnam perſonam effecerunt. Quando naturas diſcernimus, perfectam naturam dei verbi dicimus, et perfectam perſonam; nec enim ſine perſona eſt ſubſiſtentiam dicere perfectam; perfectam autem et hominis naturam et perſonam ſimiliter, Quando autem *ad coniunctionem* reſpicimus, tunc vnam perſonam dicimus 30. Bona voluntate oportet dicere inhabitationem factam eſſe, non ſubſtantia et operatione; (54, deus *λογος* ſtatim in ipſo initio complasmationis inha-

Bb 5 bitare

bitare bene voluit, vniens eum fibi adfectu voluntatis, maiorem ei praeftabat gratiam, vtpote gratia, quae in eum eft et in omnes homines diuidenda. Conferuabatur homini a diuina gratia voluntas bona integra ab initio, deo, qualis olim erit, fubtiliter fciente; feu, praefciente). 31. (Rom. 9.) eum, qui ferui adfumfit formam, nominans *fuper omnia deum*. N. 33. feqq. *Filius dei* faepius dicitur, de homine, qui domefticus deo conftitutus erat. 42. Chriftus — *iuftificatus* eft in fpiritu, 1 Tim. 3. (non deus; nam hoc contrarium cauffae, et *Apollinario* faueret,) 43. Maria num hominis an dei genitrix? vtraque; vnum natura rei, alterum relatione. Homo erat in ventre Mariae, in homine nato deus erat, non circumfcriptus, fed affectu voluntatis. 44. Gratia filius, qui ex Maria eft, homo; natura deus verbum; non duo filii. 45. Deus verbum non duas natiuitates fuftinuit. Hebr. 2, 10. *plures* filios; in filiationis ratione hominem affumtum ceteris connumerat; deitate fola filiationem naturalem poffidente; 50. quomodo homo et deus *vnum* eft? qui faluificat, et faluificatur? — centurio non acceffit ad eum, tamquam aeternum dei filium — 53. Apoftolus 1 Tim. 3, dicit, iuftificatum *ipfum* in fpiritu, fiue quod ante baptismum legem *perfectiffime* cuftodiit; fiue quod poft baptismum gratiae conuerfationem cooperatione fpiritus cum magna compleuit fubtilitate. 61. Permifit Deus peccatum, quia aliter difcere peccatum et moleftiam paffionum non poteramus, et magnitudinem immutabilitatis (in bono), quam poft hanc vitam daturus nobis erat. 63. His, quae pro doctrina hominum fcripta funt, et *Salomonis* libri connumerandi funt; Prouerbia et ecclefiaftes; quae ipfe ex fua perfona ad aliorum vtilitatem compofuit, cum *prophetiae* quidem *gratiam* non accepiffet, prudentiae vero, 1 Cor. 12. n. 64—67 fcriptor *Iobi* ex amore magno vani honoris hoc paffus eft, (graece *Amaltheae* cornu &c.) 68, cum me piguiffet *cantica canticorum* perlegere, quia nec fecundum propheticam fpeciem nec fec. hiftoriarum traditionem expofita

funt:

ſunt: tuae epiſtolae iuſſu diligentius relegi, conuiuio nuptiali — 69. Opprobrio praeuaricationis irritatus Salomon, componit canticam excuſationem, quod non poeniteat harum nuptiarum — 71. Scire debent omnes, aemulationis nuptialis codicem menſale canticum eſſe; *vnde nec Iudaeis nec nobis* cantici cant. *vmquam publica lectio facta eſt.* Pag. 89. Symbolum *Theodori* (vt in Concil. *Epheſino* act. 6.) deus verum hominum aſſumſit, Spiritus S. virtute in virginis vtero factum, natum ex muliere, et factum ſub lege, Galat. 4. — nec duos dicimus filios aut dominos — coniunctione ad deum, verbum, tam filiationis quam dominationis particeps eſt, — ſecundus Adam, oſtendens nobis futurum ſtatum, et ineffabilia nobis praebens futuri ſtatus bona, cum primus Adam praeſentium triſtium dedit nobis initium. — Exclamationes: hoc ſymbolum *Satanas* compoſuit — *Quinta* collatio; ex *Cyrillo*, contra *Theodorum*; hic ſcripſerat: naturas confiteamur, et diſpenſationes, *οἰκονομιας*, non abnegemus; *Cyrillus:* qui dicit oportere *non abnegari* diſpenſationes, humanitatis myſterium omnino eradicat. *Cyrillus* ſaepius ſcribit, *ignorauit* Theodorus altitudinem myſterii &c. Nempe longe aliter informauit *Theodorus*, cum aliis, quam *Cyrillus*, cum ſuis, iſtam doctrinam; hoc facile patet; ſed vtra deſcriptio ſit verior, atque an quaedam notio ſit vnice omnibus hominibus ſalubris: hoc non patet. Pag. 96 *Cyrillus* fatetur, ſi *Theodori* deſcriptio valeat, coniungi et deum *λογον* per inhabitationem Spiritus S. nobiſcum; ſed hic quis miraculum myſterii adſpiciat? Contra, ſi ipſe deus *λογος fit* homo, tum eſt vere mirabile myſterium. Nempe, ſi Chriſtus et ſalubris eius doctrina inhabitat in hominibus, aliud myſterium, infinitis quaeſtionibus et barbaricis flagitiis redimendum, illis non opus eſt; quibus vero miraculum myſterii ancipitis et numquam definiendi magis placet, illi et hoc teneant, vel neglecto iſto vero beneficii, vtcunque habuerit, fructu. *Cyrillus* pugnat pro nomine; *θεοτοκος*, *Theodorus* recte, vtrumque nomen fatetur

θεο-

θεοτοκος, ἀνθρωποτοκος. Cur iam *Cyrillus* in iſtum vult imperitare? Vt mirabiliorem et miraculoſiorem religionem ad plebem imperitam oſtentare liceat; menti enim emendandae iſta vniuerſa inſana diſputatio nihil vnquam contulit; vim autem religionis ingenuae corrupit. P. 97. dicit *Cyrillus:* Chriſtus de ſua plenitudine dans ſpiritum non ſolum hominibus, ſed etiam *ſurſum*, *et in caelo rationabilibus virtutibus.* P. 98. Ex libellis porrectis per presbyteros et diaconos magnae *Armeniae*, *Perſidis* et ex aliis gentibus ad *Proclum* conſtantinopol. ep. contra *Theodorum* et *Neſtorium*; ex *Cyrillo;* ex hiſtoria *Heſychii*, presbyteri Hieroſolym. Leges *Theodoſii* et *Valentiniani;* ex aliis ſcriptis; p. 107. ex *Theodoreto:* quid autem nouum praeter veteres illos doctores differit Theodorus? illorum enim vnusquisque humanam naturam et viſitatam et aſſumtam, et vnitam eſſe Spiritu S. et crucifixam et mortuam eſſe, et reſurrexiſſe, et ſedem mereri, quae ad dextram eſt, aperte et lucide docuerunt. Tu vero, (Cyrillum alloquitur,) cum ineffabilia, ſcilicet, verba audiſſes, magis hic alia et *diuiniora; alias* nobis introducis *praeter Pauli doctrinas* &c. Ita tandem caeleſtis veritas vincat, vti rem ipſam omnem acu tetigit Theodoretus! *Cyrillus* et pauci alii homines parum probi nec Chriſtum edocti, *noua myſteria* repererunt; ſic et p. 134. Theodoretus: vnitatem ſecundum ὑποςασιν, ignoramus; tamquam *nouam* et extra SS. — p. 112 excerpta ex *Auguſtino*, mortuos etiam anathematizandos eſſe. (de ea quaeſtione, *Lupus* ad concil, tom. 2. p. 159 ſeq.) P. 115. Epiſtola *Cyrilli* nomine conficta; p. 124. Synodus *mopſueſtena*, in qua *diptycha* inſpecta, an *Theodori* nomen inſit — *Sexta* collatio p. 139. Epiſtola *Ibae* ad *Marin*, praelecta; *Procli* ad Ioannem, Antioch. contra *Ibam;* excerpta e ſuperioribus conciliis. *Septima* collatio; *Vigilii* ſcriptiones, quibus condemnauit 3 capitula. P. 175. et 185; ſub *Iuſtino* in *Cyrenſi* eccleſia, *Theodoreti* imago in currum impoſita, et cum Pſalmis circumuecta, collectio

collectio *Theodoreti*, *Theodori*, *Diodori* et *Neftorii*, quafi martyris; — p. 186, *Iuftiniani* facra, ne *Vigilii* nomen fit in diptychis, (haec alieno loco haberi videtur, ex quaternionum confufione, *Basnage* a. 553. n. 32.) *Octaua* collatio; — 189, mirati fumus dei patientiam, (cur non imitati?) quod non diuino ftatim igne incenfa eft lingua *Theodori* — p. 194. praedicta 3 capitula et defenfores eorum anathematizamus — fequuntur 14 *anathemata;* fi quis non fatetur τας δυο γεννησεις τȣ λογȣ — 4. cum multis modis ἑνωσις, (*vnitas* latine) dicatur; Eutychiani την κατα συγχυσιν, Neftoriani, σχετικην (κατ' αξιαν) fed ecclefia, κατα συνθεσιν, i. e. ὑποςασιν. 6. Si quis non vere et proprie θεοτοκον dicat Mariam — 7. Si quis *in duabus* intelligas, ιδιοϋποςατȣς τας φυσεις. 8. Si *ex duabus* non intelligat, *manentibus* &c. 12. Si quis defendit impium *Theodorum.* 13. Impia Theodoreti fcripta; 14, Epiftolam Ibae. Certum autem eft *Cyrilli*, in vita *Sabae*, teftimonio, *Origenem* in hac fynodo damnatum; collatione *quinta*, vt *Basnagius* in annalibus recte obferuauit; plura de hac *Synodo Garnerius*, in *differtatione*, quae *Auctuario* inferta eft, et *Norifius* praecipue, in differt. de fynodo 5, capitibus 13. Nec *Thomaffinus* plane hic negligendus, differtatione 19; e qua patet, quam incertae fuerit auctoritatis per occidentem. *Monotheletae* in Sexta Synodo dicuntur poftea *tres falfos quaterniones* addidiffe; fimili ratione opinatur *Lupus* in differtat. tomo 2. operum, p. 157, Origeniftas abstuliffe hic acta contra *Origenem.* Ceffit autem *Vigilius*, et ipfe confirmauit Syno di decretum; vid. *Petri* de *Marca* de Epiftola *Vigilii* ad *Eutychium*, in appendice operis de *concordia* et facerdotii imper. edit. *Boehmerianae*, p. 207 feq. fatetur in ea, rara non effe *retractantium* exempla. Idem menfe februario 554 edidit *Conftitutum*; hic epiftolam *Ibae* dicit non effe Ibae, fed confictam; effe haereticam, vsque ad n. 25. inclufiue, latius haec tractat. Inde *Theodorum* et *Theodoreti* fcripta damnat, — — quaecumque vero antea fine

fuo

ſuo nomine ſiue quorumlibet, prolata fuerunt, pro defenſione trium capitulorum, praeſentis pleniſſimi Conſtituti auctoritate damnat.

De *Origenis* libris pauca in hac ſynodo habentur; ſed ſatis multa iam antea contra eius vniuerſam doctrinam agitata fuerunt; praecipue a. 545, *Iuſtinianus* celeberrimum iſtum λογον ad *Mennam*, ſuo nomine edidit; Hieroſolymitanorum monachorum ſtudiis, *Pelagii* romani apocriſiarii miniſterio, facile concedens. Exſtat p. 243 tom. 3. *Harduini*. Atrociſſime in *Origenem* ſententia fertur; ſed, quemadmodum in codice quodam regio multo breuius habetur, quam in alio: ita eo minus de integritate hiſtoriae conſtat, quod non ignoramus, malis manibus multa olim in vetuſta hiſtoriae documenta licuiſſe. Dolendum autem eſt, hanc *Origenianam* cauſſam tanta adhuc obſcuritate inuolui, quae eſt ad doctrinae publicae rationem non exiguo momento. Iam enim illud docendi diſcrimen, quod fuerat olim diligenter obſeruatum, quo eruditiores ſua ingenii facultate libere vtebantur, licet populo traderetur eadem et ſimillima, breuiſſima etiam, formula: hoc diſcrimen ab iſto tempore tandem plane ſublatum fuit, imperato quaſi vnico omnibus arbitrandi modulo. Verboſiſſima autem eſt tractatio contra animae praeexiſtentiam; ſaepe *Gregorius*, theologus, *Iohannes*, chryſoſt. citantur; etiam *Petri* alex. quaedam loca, ſed minus certa. Nec Chriſti animam praeexſtitiſſe; nec cum ea λογον iam ante ἐνσαρκωσιν coniunctum fuiſſe. — Omnium impiorum etiam daemonum poenam finem habituram eſſe, docuit *Origenes*, p. 267. — in poſterum nulli ordinentur epiſcopi aut praefecti monaſteriorum, niſi qui cum aliis haereticis, *Sabellio*, *Ario*, *Apollinario*, *Eutyche*, *Dioſcoro*, *Timotheo*, *Petro*, mongo, *Anthimo* trapez. *Theodoſio*, alex. *Petro*, antioch. et *Petro* apameae, *Seuero*, antioch. etiam *Origenem* cum exſecrabilibus eius dogmatibus anathematizarint. Poſt excerpta quaedam e libris *Origenis*, (ſed quae ſunt e latinis *graece* translata, de qua re mirari nos

nos licet,) et poft anathematismos nouem, fequitur *Iuftiniani* epiftola ad *Mennae* fynodum, in qua imperator atrocia multa complectitur, ex iis, quae *Origenes* aut recte, aut certe non in plebis gratiam, fcripferat; p. 233 fequuntur canones concilii oecumenici 5ti aduerfus *Origenem*, fic certe in codice caefareo fcribuntur; priores funt ipfis verbis fere omnibus defcripta pars iftius epiftolae Iuftiniani; ceteri compofiti funt ex canonibus iftis 9 et aliis. Operae pretium effet, *Origenis*, fi qua fuit, arcanam difciplinam recognofcere. Sequitur p. 287. *Iuftiniani* προγραμμα feu confeffio, aduerfus tria capitula, edita iam a. 546. exftat etiam in *chronico alexandrino* p. 345. edit. *parif.* fcribitur: ἑν ἐν τρισιν ἡ θεοτης, και τα τρια (notabimus pluralem) ἑν, ἐν οἱς ἡ θεοτης, aut, vt dicatur accuratius ἁ (pluralis) ἡ θεοτης, θεον ἑκαϛον, in neutro. Latinus vetus interpres pofuit; *quae tria* deus pater, deus filius, deus fpiritus S. Sed in graeco non eft; ipfe deus λογος dedit pro nobis το ἰδιον σωμα, ne in hominem fides et fpes noftra fit. — Ενωσις καθ᾽ ὑποϛασιν intelligitur, ὁτι ὁ θεος λογος, ἡ μια ὑποϛασις ex tribus diuinitatis hypoftafefi, ȣ προϋποϛαντι ἀνθρωπῳ vnita eft, fed in vtero virginis creauit fibi ex illa ἐν τῃ ἰδιᾳ ὑποϛασει σαρκα ἐψυχωμενην, ὁπερ ἐϛι φυσις ἀνθρωπινη. Hanc vnionem docet nos Apoftolus Philip. 2, 7. — τῃ ȣσιᾳ hominis non vero τῃ ὑποϛασει, vnitus fuit deus λογος, non προϋποϛαντι homini, ficut *Theodorus* et *Neftorius* docent, qui σχετικην ἑνωσιν dicunt, (antea negabat *Cyrillus*, Neftorium nomine ἑνωσις vti.) — Ipfe τȣς παντας ἡμας φορει (non definimus nos effe perfonae), vt omnes feramus vnum deum, p. 291. *Cyrillus*, quoties dixit φυσιν λογȣ incarnatam, nomine φυσεως ἀντι ὑποϛασεως vfus eft, (fed *Cyrillus* hoc numquam ipfe adiecit, contra defcribit vnionem φυσικην, i. e. ἀληθινην) p. 293, non licet dicere μιαν φυσιν i. e. ȣσιαν; p. 296, dicunt quidam, homo ex corpore et anima tantum μια φυσις — fed ideo hoc dicitur, quia κοινως κατα πασων των ὑποϛασεων feu προσωπων, των ὑπο το αυτο ειδος

αἰȣ

ἀναγορευμενων, κατηγορειται — Christus autem non μιαν φυσιν aut ουσιαν significat, quae κοινως dicatur de pluribus προσωποις — p. 301 nemo in catholica ecclesia adhuc ausus est dicere tres φυσεις sicut tres ὑποστασεις; qui sic dicit, ignorat *magnum pietatis sacramentum*, quod corde creditur &c. humana natura in hypostasi του λογου την αρχην της ὑπαρξεως ἐλαβεν, non habuit propriam. Sequuntur 13 anathemata

Sed redeundum iam est ad occidentalium synodos. *Arelatensis* a. 554. canonum 7. 1. *oblatae*, quae in altario offeruntur: a comprouincialibus episcopis, non aliter nisi ad formam *Arelatensis* offerantur ecclesiae. 2. Monasteria sint sub episcopo. Pag. 334. *Childeberti* regis constitutio: vt *simulacra* vel *idola* daemonibus dedicata, abiiciantur — ne noctes peruigiles cum ebrietate, scurrilitate, canticis etiam in ipsis sacris diebus, agant; aut *dansatrices* per villas ambulent. Concil. parisiense a. 555, vt in locum mali episcopi alius substitueretur; *paris. aliud*, a. 557, canonum X. de rebus ecclesiasticis; illicitis coniugiis; *Ioannes* ep. rom, mittit Aepiscopo *Viennensi* de *capillis Pauli*, vt esset ecclesiae, eius intercessione, solatium, p. 342. Concilium *Landauense* 1. excommunicatio (inclinatis crucibus ad terram) regis *Mourici*, qui regem Cynatu perfide occidit; accepto iugo poenitentiae rex dedit 4 villas pro redemtione animae suae et pro anima Cynetu; in alia *synodo* 560 similiter rex Morcant satisfecit pro caede, tribus monasteriis remittendo omne regale seruitium, et vtrem mellis et lebetem ferream — Synodus ibidem tertia, qua is, qui fratrem suum occiderat in caussa contentionis regni, excommunicatur; depositis crucibus, reliquiis et cymbalis versis — donauit igitur multa praedia, quia eleemosyna extinguit peccatum, Eccles. 4, 33. Concil. *Bracarense* 1. a. 561. capitula 17. contra Priscillianistas. C. 2. In ipsa diuinitate trinitatem trinitatis esse dixerunt Gnostici. C. 8. Si quis credit, quia aliquantas in mundo creaturas diabolus fecerit, et tonitrua, fulgura-

tem,

tempeſtates, ſiccitates ipſe diabolus faciat, ſicut Priſcillianus: anathema. (Atqui hoc dixit auctor vita te S. *Hidulphi*, inter acta ordin. SS. Benedicti, nec editores aliquid animadverterunt.) C. 15. Priſcilliani ſecta ſecum habuit mulieres adoptiuas. Alia capitula, vt ea, quae non vno modo adhuc tenebantur, iam ad vnam formulam reuocentur. Idem *ordo* pſallendi; eaedem lectiones; vna populi ſalutatio, non ſicut Priſcilliana prauitas permutauit. 12. Vt extra pſalmos nihil poetice compoſitum in eccleſia pſallatur. 16. Qui ſibi violenter inferunt mortem pro illis nulla in oblatione commemoratio fiat, nec cum pſalmis ad ſepulturam ducantur. Sic et de iis, qui pro ſceleribus puniuntur; nec pro *catechumenis*. 18. Corpora defunctorum nulla intra baſilicam ſepeliantur; ſicut nec intra ciuitates et murorum ambitum ſolet fieri. 21. Ne in poſterum vnusquisque, quod in ſua *ſeptimana* oblatum fuerit, ſibi defendat, ſed conſtituto tempore ſemel aut bis in anno diuidatur inter omnes clericos.

Concil. *lugdun.* 2. canones 6. c. 2. vt teſtamenta, quibus aliquid eccleſiae confertur, valeant, etiamſi aliquid a legum ſecularium ordine viſa fuerint diſcrepare. 3. Ne animas (homines) improba traditione aliquis captiuare audeat. 6. Vt (etiam) in prima hebdomada menſis *noni*, *litaniae* ſicut ante adſcenſionem, celebrentur. Concil. *turonenſe* 2. canonum 27. vt bis per annum ſynodus ſit; 3. vt corpus domini in altari non imaginario ordine, ſed crucis titulo componatur. 5. Ne pauperes per ciuitatem vagentur. 10. Contra extraneas (quae non eſt mater, ſoror, filia,) mulieres. 13. Epiſcopum *epiſcopam* non habentem nulla ſequatur turba mulierum — C. 14. citatur *Seneca*: peſſimum in eo vitium eſſe, qui id, in quo inſanit, ceteros putat furere. Nullus ſacerdotum aut monachorum colligere alium in lecto ſuo praeſumat — *ſchola* labore communi conſtruatur, vbi omnes iaceant, abbate aut praepoſito gubernante, vt dum duo vel tres viciſſim legant et excubent, alii conſolentur. — 16. De ieiuniis *mona-*

chorum; per plerosque menſes — excepto triduo, quo ad calcandam *gentilium conſuetudinem* patres noſtri ſtatuerunt priuatas in *Kalendis* Ianuarii fieri litanias. 18. Pro reuerentia S. *Martini* iſte pſallendi *ordo* ſeruetur, per omnes menſes. — 19. *Archipresbyteri vicani*, diac. et ſubdiaconi in hac ſuſpicione tenentur a populo, quod cum coniugibus ſuis maneant; — itaque aliquem alium pro teſtimonio habeat in cella. — Si inuentus fuerit presbyter cum ſua *presbytera*, diac. cum diaconiſſa, ſubdiac. cum ſubdiaconiſſa, annum integrum excommunicetur — C. 20. Ex *Innocentii* ad *Victricium* rotomag. epiſtola, ne ſacrae virgines nubant — cum etiam in chronicis legatur, de *virginibus veſtalibus* — viuas defoſſas fuiſſe. 21. Contra incertas nuptias; ex leuit. 18. et cod. theodoſ. 22. Ne vltra quidam *calendas* Ianuarii ex antiquo errore colant; aut in feſtiuitate *cathedrae Petri* cibos mortuis offerant — vel ad neſcio quas *petras*, arbores, aut fontes ea perpetrent. — 23. Licet *hymnos ambroſianos* habeamus in canone, volumus tamen et eos amplecti, quorum auctorum nomina fuerint in limine praenotati. 24. Dum inter ſe ſaeuiunt domini noſtri, et alterius res peruadunt, ſi res eccleſiae contingere praeſumant, talis tres admoneatur; ſi pertinaciter perſiſtit, tum omnes clerici et qui paſcuntur ex ipſo alimento, conueniant, et auxiliante Chriſto, *circumſepto clericali choro*, necatori pauperum pſalmus 108. dicatur, vt veniat ſuper eum illa maledictio, quae ſuper Iudam venit. — Epiſtola ſynodalis: vt propter cladis grauiſſimae imminentem neceſſitatem, nuptialia vota differant — decimas ex omni facultate, pro reliquis conſeruandis deo offerant — ſi quis in Abrahae collocari vult gremio, eiusdem (decimas dantis) non repugnet exemplo. — — Epiſtola *Radegundis* p. 370, de inſtituto a ſe monaſterio puellarum in pictaua vrbe — *mundo in finem currente* (ſic et *Gregor.* M. ad regem angliae fine ſeculi rhetoricabatur) — haec mea ſupplicatio, quam manu propria ſubſcripſi in vniuerſalis eccleſiae *archiuo* ſeruetur. —

Epiſcopi

Epiſcopi decreto peculiari confirmant; ſi qua virgo ex hoc monaſterio, imo ex caeli regno, ſicut Eua de paradiſo, voluerit exire, mergenda et conculcanda vili platearum in luto. — Concilium apud *Lucum* a. 569. in Hiſp. ſub rege *Theodomiro*, tempore *Sucuorum*, pro fide catholica; catalogus prouinciarum eccleſiaſticarum, et Metropolitarum 6, exceptis *Legione* et *Oueto*, quae nulli metropoli fuerunt ſubditae. Concil. *Bracarenſe* 2, a. 572. poſt *lecta* Petri praecepta, in epiſtola, quae pro regula ſacerdotum euidenter ſunt adſcripta; (eſt e *prima* epiſtola, ſemper in ſingulari;) C. 1. viſitatio eccleſ. per Epiſcopum. Ante viginti dies baptismi, ad purgationem exorcismi catechumeni currant; in his XX. diebus diſcant ſymbolum; diſcant, vt idololatriam, homicidium, adulterium, periurium, falſum teſtimonium et reliqua peccata mortifera fugiant; quod nolunt ſibi fieri, non faciant alteri; credant reſurrectionem et diem iudicii. Sic epiſcopus de eccleſia illa ad aliam proficiſcatur. 2. Ep. nil aliud per eccleſias dioeceſeos ambulans tollat, quam honorem *cathedrae*, i. e. 2. ſolidos; 3. *Gratia dei* et impoſitio manuum (ordinatio) non venumdetur; 4. vt modicum *balſami* (chrismati inſeruiens) quod benedictum, pro (poſt) baptismi ſacramento datur, quia a ſingulis *tremiſſes* pro eo exigi ſolent, nil vlterius exigatur. 6. Si quis eccleſiam pro quaeſtu cupiditatis aedificat, vt quicquid ibidem de oblatione populi colligitur, cum clericis diuidat; quod in aliquibus locis *vsque modo dicitur fieri:* &c. 7. Multi pauperes ideo filios ſuos a baptismo retrahunt, quia clerici *illis violenter pignus tollunt.* — 9. A metropolitano nuntietur *paſcha*, quoto calendarum die, vel quota luna debet ſuſcipi; ceteri epiſcopi vel clerici *breuiculo* ſubnotantes, in ſua quisque eccleſia, adueniente *Natali* domini, poſt lectionem euangelii, populo nuntiet, initium *quadrageſimae* nullus ignoret; in eius principio conuenientes in vnum vicinae eccleſiae per *triduum* cum pſalmis per ſanctorum baſilicas ambulantes (*proceſſionem* dicunt; vt olim *matris* deum fuit

 pompa;)

pompa;) celebrent litanias. 10. Ex veteris Priſcillianae haereſeos foetore cognouimus *adhuc quosdam presbyteros* in hac audacia detineri, vt *poſt acceptum* merum, *miſſas mortuorum* vel oblationem, auſi ſint conſecrare - pag. 391. S. *Martini*, bracarenſis epiſcopi liber capitulorum ex Graecorum Synodis collectorum; canonum. 84. Synod. *Autiſſiodorenſis* a. 578. canonum 45. c. 1. non licet calendis Ianuarii *vetula* aut *ceruolo* facere, vel ſtrenas diabolicas; 3. non licet *compenſos* in domibus propriis nec *peruigilias* in feſtiuitatibus ſanctorum facere; nec inter ſentes, vel ad *arbores* ſacriuos (leg. *ac riuos*,) vel ad fontes vota exſöluere, ſed in eccleſia vigilet, et matriculae ipſum votum aut pauperibus reddat. Nec ſculptilia, aut pede, aut homine lineo (ligneo, votum pro pedis aut filii ſanitate, ligneo pede nolunt ſolui; argenteo &c. poſtea fiebat.) 4. Non licet ad ſacrilegos vel auguria, non ad caragios, (*Auguſtin.* ſerm. 241. de temp.) nec ad ſortes ſanctorum, vel quos de ligno, aut de pane faciunt, adſpicere. 6. Chrisma cum transmittitur, fiat cum *chrismario* et *linteo*, ſicut reliquiae ſanctorum deportari ſolent. 10. Super vno altario non 2. miſſas in vna die licet dicere. 12. Non licet mortuis nec euchariſtiam, nec oſculum tradi; nec velo nec pallis corpora eorum inuolui. 14. Non licet in baptiſterio ſepeliri. can. 27-32. De matrimoniis vetitis. 33. Non licet presbytero ad *trepalium*, vbi rei torquentur, ſtare. 36. Mulieri non licet nuda manu euchariſtiam accipere. (*Auguſtini* ſermo 252. de tempore.) Concil. *matisconenſe* a. 581. canonum 19; ex euocatione *Guntramni* regis. C. 2. In monaſterium puellarum non licet extra *oratorium* vel *ſalutatorium* ingredi. C. 5. Nullus clericus ſagum aut veſtimenta et calceamenta ſecularia induere praeſumat. 13. Ne Iudaei chriſtianis iudices aut *telonarii* eſſe permittantur; per quod chriſtiani illis videantur ſubiecti. 16. Nefas eſt, quos Chriſtus ſanguine ſuo redemit, perſecutorum, (Iudaeorum) vinculis manere irretitos. Pro bono mancipio, dentur

tur Iudaeo 12. solidi. C. 20. Monacha quaedam, *Agnes*, quae de monasterii septis *fuga* ante aliquot annos discesserat, dicitur instigante diabolo, res ad se pertinentes aliquibus potentatibus velle donare, modo possit singulari habitationi vacare et monasterio se subtrahere. Excommunicatur, quicunque res illas, (agellos) monasterio abstulerit. Concil. *lugdun.* 3. a. 583. c. 6. ne puellae e monasterio recedant; aliter excommunicantur. 6. *Leprosi* ab episcopo victum et vestimenta accipiant. *Veranus* episc. pag. 458. statuit: sacerdos, qui non solum pro suis sed etiam *pro alienis peccatis intercessurus* accedit ad mysteriorum loca, non potest esse maritus; nam Paulus dicit, probet se vnusquisque (ministrorum) et sic panem illum praesumat (offerre) quasi 1 Cor. XI, 28. sic exstaret, mutauit multa. Concil. *matiscon.* 2. a. 585. canones 20. 1. custodite diem *dominicam*, quae nos denuo peperit et a peccatis omnibus liberauit — noctem quoque ipsam spiritualibus exigamus excubiis, nec dormiamus in ea — 3. Paene per singulos dies ac natales martyrum baptizant; ita vt vix 2. aut 3. inueniantur in sancto Pascha: itaque ex hoc tempore non permittatur. — 5. Vt ex more antiquo *decimas* inferat omnis populus. 6. Vt nullus presbyter confertus cibo aut crapulatus vino, sacrificia contrectare et missas priuatis festisque diebus celebrare praesumat. C. 15. Si quis secularium honoratorum in itinere obuiam habeat aliquem ecclesiasticum, vsque ad inferiorem gradum honoris, veneranter illi colla subdat, per quem christianitatis iura promeruit. Si secularis equo vehitur, et clericus similiter, ille *galerum* de capite auferat — si clericus pedes graditur, et secularis equo vehitur: illico ad terram defluat, et debitum honorem clerico exhibeat, vt deus, qui vera caritas est, in vtrisque laetetur. Qui vero haec, quae *spiritu Sancto dictante* sancita sunt, transgredi voluerit, ab ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, suspendatur. (Nempe talia Christus et apostoli admonuerunt?) 19. Clericus non intersit foralibus sententiis; nec in

in *atrio fauciolo*, vbi pro reatu fuo aliquis interficitur. Fuit in hac fynodo aliquis epifcopus, qui negauit *mulierem effe hominem*; *Gregor.* turon. lib. 8. c. 20. Concil. *toletan.* 3. a. 585. fub *Reccaredo* rege, poft triduanum ieiunium, ob *Arianos* oppreffos. *Gothi* et *Sueui* iam ad fidem conuerfi. Repetitio Symboli *nicaeno* Conftantinopolitani, et *chalced.*; fubfcripfit rex et regina; *acclamationes*. Oratio epifcopi catholici ad Arianos epifcopos vel maiores natu, conuerfos, pag. 474. Epifcopi refpondent, et anathemata proferunt; n. 16. quicunque libellum deteftabilem anno *Leuigildi* 12. a nobis editum; in quo continetur *Romanorum* ad haerefin arianam traductio, et in quo gloria patri *per* filium, *in* Spiritu S. male a nobis inftituta continetur. Hunc libellum fi quis pro vero habuerit, anathema fit in aeternum. 17. Quicunque *ariminenfe* Concil. non ex toto corde refpuerit, anathema. Subfcribunt 8. epifcopi, vt presbyteri et diaconi, conuerfi. *Fonfa*, vir illuftris et tres alii illuftres, atque omnes *feniores* Gothorum fubfcripferunt. Rex iubet, ante facram coenam, iuxta orientalium morem, fidei fymbolum (Conftantinopol.) vnanimiter (a populo) clara voce recitari. Sequuntur canones 23. c. 5. compertum eft, epifcopos, presbyteros et diaconos, venientes ex haerefi (ariana) vxoribus adhuc copulari. Hoc in pofterum ne fiat; aliter fient lectores. Qui in cellulis fuis mulierum confortium habuerint: diftringantur canonice, mulieres autem ab epifcopis venumdentur, et pretium pauperibus detur. 16. Omnis facerdos cum iudice idololatriam per *Hifpaniam* et *Galliciam* perquirat. 17. In quibusdam Hifpaniae partibus filios fuos parentes interimunt, fornicationis auidi. 22. Religioforum (fi non licet ftatim omnibus chriftianis fic perfuadere;) corpora cum Pfalmis (ob fpem refurrectionis) tantummodo debent ad fepulcra deferri; *funebre carmen*, quod vulgo defunctis cantari folet, vel pectoribus fe caedere, prohibemus. 23. Ne vltra, ficut confueuit populus, per fanctorum folennitates,

falta-

ſaltationibus et turpibus inuigilent canticis. Edicto regis confirmatur concilium. A. 589. excommunicatio publicata eſt in monachas numero plures quam XL, quae e monaſterio *Pictauenſi*, egreſſae erant, duce *Chrodildi*, *Chariberti* regis filia, et *Baſina*, Chilperici filia, quia abbatiſſam *Leubouerain* ferre non poterant, pag. 527. anno 590, iudicium epiſcoporum, in concil. *pictauenſi*, contra *Chrodildem* et *Baſinam*, *Chrodieldis* non rediit in monaſterium. Concil. *Narbonenſe*, 589, rege *Reccaredo*. Canones 15. ne clerici purpureis veſtibus vtantur. 2. Vt in fine pſalmorum, et in pauſatione maiorum, dicatur *Gloria*. 4. Vt omnis homo, Gothus, romanus, *Syrus*, *Graecus*, Iudaeus, die dominico operam nullam faciat; aliter ſi ingenuus eſt, det comiti ciuitatis *ſolidos* 6; ſi ſeruus, flagella centum. 9. Iudaeis non liceat corpus defuncti deducere pſallendo; aliter comiti dent vncias ſex. 11. a modo nulli liceat ordinare diaconum aut presbyterum *litteras ignorantem*, ſi qui ordinati fuerint, cogantur diſcere. 14. Si qui viri ac mulieres *diuinatores*, quos dicunt *caragios* ac *ſorticularios* in cuiuscunque domo, *Gothi*, *Romani*, *Syri*, *Graeci* vel Iudaei fuerint inventi — qui eos interrogat, excommunicatur et 6. auri vncias dabit; iſti autem seductores, *fuſtigenter publice*, vendantur — 15. Ne quis audeat feriam quintam, ſ. diem Iouis, colere &c. Pag. 495. *decreta Gregorii* M. I. ad *Leandrum* hiſp. ep. poſtquam de vetuſta ac putreſcente naui *eccleſ.* queſtus fuerat — de *trina* merſione baptismatis; nihil officit in vna fide eccleſiae diuerſa conſuetudo; nos *tertio mergimus*, et *triduanae* ſepulturae ſacramenta ſignamus — in *vna* merſione, poteſt diuinitatis ſingularitas deſignari. *Synodus* romana anno Mauritii 13. vt altaris miniſtri non cantent, (in hac ſede;) ne cantor moribus deum ſtimulet, cum populum vocibus delectat; vt ad pontificis ſeruitia cubiculi ſecreta non pueri ſed quidam ex clericis eligantur; ne Papa cum dalmatica ſepeliatur, quam populus ſolet pro reuerentia partiri et ſcindere; pro ordi-

 natione,

natione, vel pallio, ſeu chartis atque *paſtello* aliquid dare non vltra liceat; pag. 499. ad Secundinum, *incluſum.* N. 5. *Aloëm*, *thymiama*, *ſtyracem* et *balſamum*, ſanctorum *martyrum* corporibus offerenda, latore praeſentium deferente transmiſimus. 6. Anima, vtrum ab Adam deſcenderit, an ſingulis detur, incertum remanſit, eamque in hac vita inſolubilem faſſi ſunt (SS. patres,) eſſe quaeſtionem. 7. Quod *imaginem* illius, quem colis, (Chriſti) tibi dirigendam rogaſti, valde nobis placuit — nos quidem non quaſi ante diuinitatem proſternimur ante illam: ſed eum adoramus, quem per imaginem aut natum aut paſſum aut in throno ſedentem recordamur. Ideoque direximus tibi, imaginem *dei* Saluatoris et S. Mariae, dei-genitricis, beatorumque app. Petri et Pauli; et vnam crucem; *clauem* etiam pro benedictione, a S. corpore Petri, vt per ipſum a maligno defenſus permaneas. — Ad *Theoctiſtam*, Patriciam. P. 505, quantae virtutis *praecurſor* (Iohannes) noſtri redemtoris fuit, nouimus; et tamen ſicut mortis eius hiſtoria teſtatur, *poſt mortem eius corpus incenſum* eſt. Pag. 509 ſeq. interrogationes Auguſtini, cantuar. aepiſcopi. De obuentionibus eccleſiaſticis diuidendis; de clericis poſt clericatum contrahentibus. Diuerſa conſuetudo *Miſſarum* non improbanda; de furto et reſtitutione eccleſiaſticarum rerum; duo fratres poſſunt 2. ſorores ducere; gradus conſanguinitatis et affinitatis vsque a tertia vel quarta generationem demum liciti; 8. in hoc tempore ſancta eccleſia quaedam per feruorem corrigit, quaedam per manſuetudinem tolerat, quaedam per conſiderationem diſſimulat, ſed ita, vt ſaepe portando et diſſimulando compeſcat. 10, Mulier etiam praegnans poteſt baptizari; infans etiam ſtatim, ſi mortis periculo vrgetur; — ne dum tempus adhuc ad *praebendam redemtionem* quaeritur, interueniente morte, inueniri non valeat, qui redimatur. Ad concubitum vir accedere non debet, quousque infans ablactetur; praua eſt conſuetudo, vt aliis mulieribus ad nutriendum tradant. — Ex culpa

primi

primi homines factum est, vt esuriremus. Quando nocturna pollutio celebrationem et communionem impediat? Concilium *Hispalense* I. a. 590. capita 3. an valeant libertationes mancipiorum ecclesiae, et donationes, quae proximis (excepto, filiis et nepotibus) de familiis ecclesiae factae erant; contra feminas extraneas. Episcopi *Istriae* seu *Venetiarum*, imper. *Mauricium* litteris adierunt, questi, *Gregorium* rom. *milites* ad *eos misisse*, cum tribuno et excubitore, vt cogerentur ad Gregorium venire; imperator ad Papam: *iubemus*, tuam sanctitatem nullam molestiam illis episcopis inferre. Multae querelae de monasterio pictauensi, p. 527, contra abbatissam — quas credebamus innocentes monachas, nobis protulerunt praegnantes — atrocia multa facta. Plura eius generis satis foeda narrat *Gregor.* turonensis; episc. *Aegidius*, in concilio *metensi*, falsis chartis vsus est; idem ob crimen maiestatis reum se esse tandem confessus est. Concil. *caesaraugustanum* 2, a. 592. c. 2. vt *reliquiae*, quae in locis Arianorum inuentae sunt, *igne probentur*. Concilium *Barcinonense* a. 599. regis *Christianissimi Reccaredi* 14. pro *chrismatis* liquore nihil accipiatur, ne *gratia dei* vendita simoniacum euentum conciliet.

CAP. V.

De scriptoribus huius seculi.

1. Graeci.

Dorotheus, alex. monachus, scripsit pro defensione chalced. Synodi; ideo ab *Anastasio* in exilium missus; (*Theophanes;*) *Timothei*, qui et κολων et λιτροβελης dictus est, post eiectum *Macedonium* Constantinopolitani patriarchae, videtur esse liber, de variis haereticorum variorum recipiendorum in ecclesiam formulis; *latine* olim in biblioth. patrum, graece a *Meursio*, (*in variis diuinis*); *Combefisio*, (auctuar. nouum tomo 2.) et *Cotelerio*,

telerio, in monumentis eccleſ. graec. tom. 3, editus, quae editiones non parum differunt; longe autem auctius exemplum in *Vindobon.* biblioth. MStum ſupereſt. Nempe in aliis eccleſiis obtinuerat alia conſuetudo; itaque varie hanc formulam mutarunt. De *Timotheo* plura *Theodor.* lector. *Iohannis*, cappad. ab a. 518. patriarchae Conſtantinopoleos, exſtant quaedam epiſtolae, pro cauſſa *chalcedonenſis* ſynodi; ſic et eius ſucceſſor *Epiphanius*, epiſtolas ad *Hormisdam* quinque reliquit. *Procopius*, *Gazaeus*, ſophiſta, collegit *commentarios*, in octateuchum, qui latine tantum adhuc exſtant; et quidem ſatis male editi; meliorem edit. *Olearius* moliebatur. Scholia in 4. regum et paralip. a *Meurſio* edita; epitomen commentariorum in Ieſaiam edid. *Curterius*; in 12. prophetas minores commentar. graecus fuit in Ieſuitarum bibliotheca pariſ. legit et *Photius* ϛιχων Homericorum metaphraſes. *Anonymi* ſcriptoris (*Cosmae*) commentarios in *Octateuchum*, libris 12, recenſet *Photius* codice 36. χριϛιανων βιβλος; *Pamphilo* cuidam ſex libros inſcripſit; auctor μυθικωτερος μαλλον η αλη θεϛερος. Iſta inerant. Nec caelum nec terra eſt figura σφαιρικη, termini caeli cum terrae terminis cohaerent. Stellae omnes mouentur, *angelis* miniſtrantibus; praecipue operam dedit τη διηγησει της σκηνης, ſ. *Leuitico.* Angelos non eſſe in coelo, ſed tantum ſuper ϛερεωμα, et nobiſcum; Chriſtus adſcendens a terra εἰς το μεταξυ τȣ ȣ̓ρανȣ και τȣ ϛερεωματος ingreſſus eſt, et quod τȣτο ἐϛι και μονον, ἡ βασιλεια των ȣρανων. lib. 7. Anaſtaſio inſcripſit; quod ἀκαταλυτοι οἱ ȣ̓ρανοι. lib. 8. *Petro* cuidam, in ᾠδην Ezechiae regis, et ſolis reditum. Idem narrat, ſe in canticum cantic. ſcripſiſſe. *Iohannis* (Maxentii) *Scythopolitae*, (qui cum aliis monachis *Scythis* ſententiam, *vnus ex trinitate pro nobis paſſus* eſt, diligenter defendit, licet et *Hormisdas* obſtaret) ſuperſunt, *latine* aliquot ſcriptiones contra *Neſtorianam* hypotheſin; ſcripſerat etiam contra *Eutychen* et alios eccleſiae deſertores, *Photius* cod. 95. alicuius *Iohannis Scythopolitani*

ſcholia

scholia in *Dionysium* areop. olim distinguebantur, quae postea cum *Maximi* illis commistae fuerunt; atque istas *Iohannis* Vsserius putauit easdem esse, quae *Dionysio* alex. tribuebantur. *Ephraimius*, ex comite orientis post a. 525. episcopus *Antiochiae*; scripsit pro ecclesiasticis dogmatibus, et chalced. concilio. *Photius* recenset cod. 228. et 229, tria volumina. *Primi* λογος primus est epistola ad *Zenobium*, scholastic. Emisenum, Acephalum, (ob trisagii additamentum;) defendit epistolam *Leonis*. Trisagium in oriente ad *Christum*; in *occidente* et a *byzantiis*, ad *trinitatem*, referri, hos posteriores itaque additionem istam non ferre; hic ibi in *Europa*, loco eius, *qui crucifixus* &c. addi, *sancta trinitas* miserere nostri. Canonem *Constantinopolitani* concilii, patrum 150. secundum, hic auctor numerat 166. *Leo*, rom. primus claris verbis elocutus est, *dei* matrem esse την θεοτοκον, quod patres ante ipsum non dixerant. 2. λογος seu caput. Ostendit *Leoni* conuenire cum *Cyrillo*, *Gregorio*, nysseno, *Iulio*, romano; et phrasin, *vtraque* faciente, a *Cyrillo* quinquies vsurpatam, quam *Seueriani* sugillare audeant; Cap. 3. si articuli apponuntur, ὁ θεος, ὁ ανθρωπος, (in descriptione Christi) non efficitur ὑιων δυας; sic *Ignatins*, *Iulius*, *Athanas*. *Gregorii*, *Basilius* locuti sunt. Cap. 4. vnius et eiusdem est, flere (humanitatis) resurgere, (diuinitatis.) Cap. 5. quae natura clauis affixa crucis; hanc phrasin *Isidori*, monachi, alexandrini, epistolis confirmat; Alia epistola ad *Iustinianum*; in alia petit, *Anthimi* συνοδικα transmitti; in alia respondet, et vult luculentius adhuc ab *Anthimo* Eutychen et dogmata eius anathematizari; Epistola ad *Domitianum*, ad illustrationem quarumdam phrasium, quibus *Ephraimius* vsus fuerat e. c. Fieri non potest, ὑποςασιν ὑποςασει vniri, καθ' ὑποςασιν, Paulum Petro; nec ὀσιαν τῃ ἑτερᾳ ὀσιᾳ, seu ἑτεροουσια, vt sic, εἰς ταυτοτητα ὀσιας συνελθειν, animam et corpus μιαν ὀσιαν efficere. Alia ad Syncleticum, metropolitam Tarsi, similiter contra

Ace-

Acephalos. Alia ad *Anthimum*, trapez. ep. Ad *Brazen*, persam, sententiae ex sola scriptura sacra; ad monachos quosdam, qui minus sanae doctrinae erant. Alia, ad ἀποσχισας; *Callinici.* In alio libro, *Synodica* πραξις *Ephraimii; Cyrillum* alicubi φυσιν dicere pro *hypostasi*; (licet saepe, e. c., contra Nestorium, φυσιν pro ὀυσια dicat?) Sequitur in volumine epistola ad *Megan*, ep. Berroias; alia ad Monachum *Eunoïum*, de corruptione et incorruptione (carnis Christi,) ἀφθαρσια, ὑγεια, φθορα autem, νοσος. Λογοι πανεγυρικοι 7, in dies festos &c. In altero *volumine*, 4. λογοι. 1. Defensio phrasium *Cyrilli* in epistola 2. ad *Succensum* contra *Seuerianos*. 2. Responsio ad *Anatolium*, scholasticum; 3. defensio synodi chalced. ad *Domnum* et *Iohannem*, ascetas in Cilicia secunda. 4. Ad monachos, Orientales, partis Seueri. *Cyrilli* phrasis: δυο τας φυσεις hominis νοȣμεν, sed tantum εν ψιλαις ἐννοιαις, sed μιαν ἑνος ἐιναι νοȣμεν, sic, vt τα δυο, non sint vltra duo, sed per vtraque vnum ζωον perficiatur. Ibi μιαν, intelligendum est ὑποςασιν, non vero φυσιν. (Inde a *Gnosticorum* et *Manichaeorum* disputationibus vsitata significatio φυσεως poterat satis certa esse.) Ea similitudine et *Gregorius*, naz. vtitur, et *Eustathius*, antioch. et *Antiochus*, ptolem. ep. ὁ διπλȣς και ἁπλȣς, Christus, ne deus sit παθητος, ne homo, per se, *mundum seruare* dicatur. (Nempe iam alia ἐννοια, quam antea, valebat) *Haeresis* autem dicit, ἐπαθε θεϊκως ἁμα και ἀνθρωπινως. *Cyrillus* porro: το ὁμοȣσιον τῳ ὁμοȣσιῳ non vnitur secundum hypostasin, sed ἑτεροȣσια την καθ' ὑποςασιν ἑνωσιν ἀποτελει. Porro hic auctor patrum colligit testimonia, quod το κοινον καλειται et φυσις et γενος, et ὀυσια. Catachrestice vero φυσις pro ὑποςασει — pag. 415. de sacra coena, το παρα των πιςων λαμβανομενον σωμα Χριςȣ, και της ἀισθητης ὀυσιας ȣκ ἐξιςαται, (vbi ergo transsubstantiatio, μετȣσιωσις) και της νοητης ἀδιαιρετον μενει χαριτος. *Nestorius* naturarum διαιρεσιν κατα τας ὑποςασεις, ἐσοφιζετο ἑνοποιειν

ποιειν τη μια προσκυνησει. *Eutyches* autem, qui vnionem secundum hypostasin non negauit, ὁμουσιον ἡμιν την σαρκα noluit confiteri. (Nempe, quid tandem flagitii aut maleficii vtrimque admiserunt, cum SS. luculenter dixerit nihil, quia ad nostram omnium σωτηριαν et perfectionem ea definitio nihil contulit.) In *secundo* λογῳ respondet ad 5. capita, de quibus *Anatolius* requisiuit. 1) An etiam nunc Christus deus nostra in carne γνωριζεται; 2) si *Adam* compositus fuit, quomodo immortalis creatus?) 3) vnde scimus, *Iohannem* euangel. adhuc manere. 4) Si immortalis fuit Adam, quomodo ignorauit το συμφερον; 5) quid est illud, ecce Adam sicut vnus ex nobis. Respondet ad *primum*, ex multis SS. et patrum testimoniis; *Iesaias*, quis iste ex *Edom*, i. e. γηϊνος, et idem: vestimentum eius εκ βοσωρ, hebraeis hoc est σαρκινος &c. Si μιας ὀυσιας est κατα την σαρκωσιν, secundum *Manen*, μια etiam illius γεννησις, et ματην filius hominis dicitur. Ad *secundum*. Homo ipse malum elegit, et sic φθοραν loco ἀφθαρσιας induxit; anima immortalis morti, non quidem αισθητῳ, sed νοητῳ tradita est; peccatum enim est eius mors. — Omnia extra deum, περιγραπτα, ergo non ἁπλα, sed συνθετα. — *Henoch*, *Elias* et *Iohannes* adhuc περιοντες ἐν τῳ σωματι, horum exemplo patet, si Adam non peccasset, eum adhuc in corpore fore; sed et hi gustabunt olim mortem, καν ριπη ὀφθαλμου. Per tres γενεας fidem hi praestant; ante legem, *Henoch*; post legem, *Helias*, post gratiam, *Iohannes*. Ad 3. ex traditione et sermone Christi ad *Petrum*. Nec obstat, quod *Eusebius* vitam Iohannis sub *Traiano* conclusit; nempe e mundo adspectabili ex eo tempore abfuit, sicut Henoch. Huic sententiae conueniunt αἱ πραξεις Iohannis et ὁ βιος, quos libros non pauci adhuc ostendunt. Sapienter autem addit *Ephraimius*, quaestio των παρα την ἐυσεβειαν προβληματων, bene quidem habet, si veritate non aberrat; sed si etiam erret, non καλον quidem, sed damnum animae non infert. Ad *quartum*: sicut diabolus

et alii angeli ignorarunt. Ad 5; quidam *Ironice* intelligunt; nec proprie θεος γεγονε. Sed ſic intelligendum: ecce αἰσθησιν ἐδεξατο, οἱον ἐςι το, φανταζεσθαι γενεσθαι θεον. In tertio λογω, ad Domnum et Iohannem, aſcetas, defendit ſynodum *chalced.* cui 470. ἀρχιερεις ſubſcripſerunt. *Flauianus* vnam λογȣ incarnatam φυσιν, i. ὑποςασιν, luculenter defendebat; — ex *Cyrilli* commentario epiſtolae ad Hebraeos adduxit auctor teſtimonia (de hoc *Caue* et alii nondum admonuerunt, in *Cyrilli* deperditis;) ex *Dionyſio*, areop. Nemo, praeter *Apollinarium*, dixit συνθετον ȣσιαν. Verbum *habitauit* ἐν ἡμιν, *Domnus* cum ſuis intellexit, τοις ἀνθρωποις συνανεςραφη, ſicut dicitur, ἐσκηνωσεν ἐν Σοδομοις &c. ſed hoc reprehendit *Ephraemius*, in noſtra natura; ſicut *Chryſoſtomus*, *Cyrillus*, *Athanaſius* et *Gregorius* theolog. intellexerunt. *Seueriani* dicebant, φυσις non eſt απροσωπος nec ἀνυποςατος, igitur 2. φυσεις ſunt 2. προσωπα και ὑποςασεις. Sed πολλα των ἐν τοις ȣσι φυσις μεν λεγεται, nec tamen ſtatim ſequitur neceſſario etiam προσωπον, e. g. φυσις aquae, irae, belli. Nemo dicit προσωπον ψυχης, σωματος, aut ὑποςασιν, licet φυσιν dicamus — *Proclus* ἐν τη τεσσαρακοςῃ dixit: της φρικτης οἰκονομιας τας δυο φυσεις εἰς μιαν ὑποςασιν ἑνωσασης. Inde defendit *Leonis* rom. phraſes p. 423 ſeq. ex *articulis*, nihil ſequi ad perſonarum numerum. *Ignatius* ad Smyrnaeos, *Iulius*, rom. et alii ſic ſcribunt. *Cyrillus* in *Malachiam*; *Ambroſius*, mediol. pag. 426, contra *Paulum* Samoſ. id dixit, qui *alium* docuit eſſe illum aeternum filium, *alium* iſtum poſteriorem; — poſtea de diſcrimine quod eſt inter ȣσιαν, γενος, et εἰδος, et ὑποςασιν, illa enim το κοινον, τα δε το προσωπον, et quod *exteri* dicunt, καθ' ἑκαςον. — Alicubi patres dixerunt φυσιν pro ὑποςασει, ſed hoc *putandum eſt*, νοειτω, *catachreſtice* ab illis dici; ne ſibi contra dicant, et ſic noſtros patres ἐξυβρισωμεν. Sic abuſus eſt φυσει *Athanaſius*, in epiſtola ad *Iulianum*, imperat. et *Iulius*, rom. (nempe

niſi

nisi *Apollinaristarum* sunt ista,) etiam *Cyrillus*, in *scholiis*, φυσεις seu ὑποςασεις manserunt ἀσυγχυτοι; alibi, in tertio capit. anath. si quis vnius Christi διαιρει τας φυσεις ἠγȣν ὑποςασεις &c. Nempe rei caput est illud, vtrum fuerit antea eadem ἐννοια de Christi persona; hoc occupatur, historia non addicit. *Seueriani* respondere solent, si vetustiorum istae phrases occurrunt, non ἀπο γνωμης, nec ἑκȣσιως, ȣδε κατα πιςεως ὁμολογιαν, sed ὡς ἐν ἀντιθεσει της ψευδωνυμȣ γνωσεως, και ὡς κατ᾽ οἰκονομιαν, και ἐπι καιρȣ, και ὑπο τινος αἱρετικης ἀναγκης ἐκ βιαζομενȣς, p. 427. *Quartus* λογος ad quosdam monachos orientales, Theopaschitas; p. 429. citat *Cyrilli* commentar. in *Matthaeum*, libro primo. p. 431. Respondet ad obiectam *quaternitatem*. p. 434. μορφη non significat hypostasin sed ȣσιαν. p. 436. Non mirum quod *chalcedonensi* contra dicitur; ποσαι γαρ της πρωτης συνοδȣ, (Nicaenae) κατειπον συνοδοι, και τοτε ἀρχιερεων ȣσαι πληρωμα; την δε των CL, ȣ δ᾽ εἰ γεγονε, τινες των Αἰγυπτιων εἰδεναι ἠθελησαν. *Iulius* rom. μιαν φυσιν dixit pro *hypostasi*. Adiecit *Ephraemius* epistolas *Symeonis*, Stylitae, et *Baradati*, monachi ad *Basilium*, antioch. vnam. Operae pretium nos fecisse putamus, quod ista hic excerpsimus. *Simeon*, iunior, *stylites*, variarum et epistolarum et precum auctor fertur; (*Allatius*, de *Simeonum* scriptis.) *Iustinianum* imper. etiam solent recensere inter scriptores; eius certe iussu *corpus iuris ciuilis* editum fuit; (institutiones, lib. 4. *Digestarum*, lib. 50. *Codicis*, lib. 12.) *Nouellae* etiam, post a. 535. quas inter est constitutio contra *Anthimum*, *Seuerum*, *Petrum*, et *Zoaram*, a, 536. Edictum contra *Origenem*; Epistola ad concil. oecumenicum 5tum; ad Synodum *Mennae* anni 541. ad synodum a. 546. contra 3. capitula; Confessio rectae fidei; seu edictum contra 3. cap. Istae scriptiones certe auctoritatem a nomine imperatoris habebant. Ad *Iustinianum* schedam illam regiam scripsit *Agapetus*. Huius seculi etiam *Iobius*, monachus, esse

videtur,

videtur, ex cuius opere multa recenſet *Photius*, cod. 222, memoratu digna. οἰκονομικη πραγματεια, λογοις θ', κεφαλαιοις 45. Ad problematicam doctrinae chriſtianae rationem et hiſtoriam luculenter vtilis; de eadem enim re diuerſas doctorum collegit liberaliter ſententias; 1. cur *filius*, non pater aut ſpiritus S. humanam naturam ſubiit. ὁ λογος ſcil. ad nos, qui in ἀλογιαν cecideramus, venit, την εἰς ἀλογιαν καταπεσουσαν φυσιν ἡμων, nec ad το νοερον ſed ad το σαρκικον ἀπονευουσαν ἀνελαβετο, και ἐσκηνωσεν ἐν ἡμιν. 2. Cur in praeſepe, boum et aſinorum menſa? Imago Iudaeorum et ethnicorum ſunt iſta animalia; vtramque gentem εἰς ἀλογιαν conuerſam, ὁ λογος ἀνεκαλεσατο. 3. Sagena in mari; parabola docet ἐσχατην ἀλογιαν humani generis, quod cum piſcibus comparatur. 4. *Staterem*, quem *Petrus* inuenit, ſymbolum eſſe, per τον λογον hominem της ἀλογιας ἀπολυθηναι, idem innui eo, quod Chriſtus aſino et pullo vectus eſt; quod poſt reſurrectionem piſcem aſſatum comedit; ὑπο του λογου πυρουμενον το ἀλογον, liberari ἀλογιας et βρωμα νοερον του λογου fieri. Idem ſignificari *linguarum* in apoſtolos collato dono; et Iohannem *vocem* clamantem: quod ὁ λογος venerit ſanare το της ἀλογιας ἀρρωστημα. Hac ratione ab aliis abit ſcriptor, qui ideo *filium* dicunt veniſſe, quia ad *filiationem* vocandi eramus. *Filius*, δημιουργος και πλαστης, debuit opificium corruptum renouare et inſtaurare. Cur, cum vna celebretur trinitatis potentia, *per filium* dicitur pater feciſſe, non vero contra? Quia filius *dextra*, brachium, ſapientia patris. Quod autem addit: quia *omnia* per filium facta dicuntur, niſi etiam incarnatio per ipſum προηλθε, falſum iſtud fore, hoc *Photius* non probat; quia filius, licet *omnia* per ipſum facta ſint, tamen non *iſtorum* omnium naturam ſubeat. (Sed hoc ad *Iobium* nihil pertinebat.) Filium, creatorem, qui nouit naturam opificiorum, etiam leges tuliſſe; itaque legislatoris etiam eſſe κρισιν ποιειν. Αναπλαττων το πλασμα per ſe ipſum, et primus leges implens, *exemplum* πολιτειας

τειας se nobis proposuit; quam explere non difficile, si respiciamus ad ἀρχηγον et χειραγωγον. Optimus autem est ille legislator, qui non verbis solum, sed operibus potius το πρακτεον νομοθετει, ideo Act. 1, 1. dicitur: quae incepit Iesus *facere* et docere. Sed cur non per hominem aliquem? quia per hominem, (Mosen &c.) ne Iudaeorum quidem vnus hic populus τε κοινε νοσηματος ἀνερραθη. Quomodo enim homo, ipse immundus, το ὁμογενες ἐξεκαθηρεν; sed nec per angelum fieri poterat; quomodo enim hic τας ἀρχας &c. poterat triumphare? Servus ipse, quomodo leges latas ad euangelicam πολιτειαν transferre poterat et μετατατταιν; Sed Christus potest: dictum est in lege; *ego autem dico vobis.* — Cur non deitate sola ὁ λογος homines ἐσωσε; — semper habebunt, quod requirant, quibus hoc non sufficit, quod datum est. Quaedam dicitur deus *non posse*, nempe, ταυτα των μητε ὀντων ἐςι, μητε δυνατων ὁλως ὑφεςαναι. Duplex est δυναμεως nomen, p. 302. 1) Proprie, sic deus dicitur παντοδυναμος, atque res exsistentes secundum ἐμφυτον δυναμιν facere dicuntur. 2. Idem ac πρεπον, καθηκον consignificat. P. 303. ἐυλογως nostram σωτηριαν ea ratione perfecit; cum enim omnis alia methodus iam antea (frustra) adhibita fuisset; (prophetae enim, τερατα, beneficia, minae, poenae non defuerant,) et cum νοσημα προς το ἀνιατον ἐχωρει: necessario ipse λογος iam se καθηγητην, doctorem, renouatorem ἐισηγησατο, voluntate patris et συνεργια Spir. Sancti; *Ideo* vltimo demum tempore venit. — P. 305. nobis, ob corporis societatem, facilius deus indulget; non vero angelis. — Ideo homo ex diversa natura compositus est, vt etiam το περιγειον τῳ λογῳ exornaretur. P. 306. Cur autem incarnatur λογος; vt nobis exemplum virtutis relinquat, quod libere et sponte sequamur, ex imitatione; vt το λογικον ὑπο τε ἀλογε καταδελευθεν ipse λογος liberet p. 307. baptizamur; deinde χριομεθα μυρῳ, et sanguinem pretiosum accipimus; candida veste vtuntur baptizati, symbolo angelici splendoris.

 P. 308.

P. 308. Cur Moses de angelorum creatione non tradat; non pauci Hebraei, et qui eos sequuntur, mundum per angelos putarunt conditum. Ab Adam ad Noe hominibus angelorum natura non innotuit; vsque ad Abrahamum. Λογῳ quinto similiter exponit, imaginem patris naturalem nos restituere ad imaginem dei, *προς το νοερον*, ex *ἀλογιας*. P. 311. Cum *natura* diuina sit, *ἀρρητος*, patet, *ὡς ὀυτε λογισμῳ τινι, ὀυτε ῥηματι ἀυτο τουτο ὁπερ ἐστιν ἐκκαλυπτεται, ἠ ὀνομαζεται* - nec illa est, quae *ἐννοησωμεν* aut nominamus, sed *ὑπερ ταυτα* est. *Dionysii* areop. scriptis vtitur - deus *τα ἐν χρονῳ παντα ἐπισαται ἀχρονως*. P. 314. a *Iudaeo* conuerso quodam didicit, vnde compositum sit *μελοδημα* illud, seu *trisagium*; ex cantico *Cherubico* et Psalmo 41. Pag. 316. tres *μεταθεσεις πολιτειων* in SS. *prima* ab idololatria ad legem, in qua periodo solus pater clarissime innuitur; fil. autem et Spir. S. tantum per aenigmata. *Secunda*, vsque ad Euangelium, in qua fil. et Spir. S. clarius reuelantur. *Tertia* instat, qua *το ἑνοειδες* trinitatis clarius cognoscitur. Ideo *pater* prius innotuit, vt a multitudine deorum homines transferrentur; fuit mos Hebraeorum et Hellenum, deum hominum adeo *patrem* dicere; inde cognitio *patris*, qui filium habet - recte igitur *solus pater* per legem et prophetas luculenter praedicatur, p. 317. *πνευμα θεου τοις παλαιοις παχυτερως, και ὡς ἐφ᾽ ἡμων*, (ita vt seruetur *το ἑνιαιον της ὑποστασεως*) *ἀκουομενον*, scandalum *πολυθεïας* nullum intulit, p. 318. Ideo nec *de filio* luculenter praedicatur in V. T. sed iis phrasibus, quae et ipsae *το ἑνιαιον της ὑποστασεως* possint non seiungere, vt, *manus* dei, *λογος*, sapientia; nam ista etiam in homine *ὑποστασιν* non seiungunt; *filii* nomen si occurrit, obscuritate quadam inuoluitur, vt, filius meus es tu; postula a me &c. quae sunt *ἀνθρωπινα*. — Spiritus dicitur *digitus* dei; digitus autem est *manus* (filii,); hominibus, qui *πολυθεïαν* amabant, *trinitas* non potuit statim ab initio praedicari, p. 319. — Cum et homo, *γνησιως προσανεχων θεῳ*, *filius*

filius dei iure dici posset, iam via patuit ad οἰκονομιαν δια σαρκος, cum iam vsitatum esset, hoc nomen, (filius dei,) και ἐπι ψιλων ἀνθρωπων τιθεσθαι, et homines eo non percellerentur — p. 320. Ideo non statim initio homo factus est λογος, quia non conueniebat statim το μεγιςον Φαρμακον adhibere — cum obliuioni tradita esset ἡ θεοποιος πλανη, tunc conueniebat τον ἀληθη θεον ἐν σαρκι Φανερωθηναι. P. 321. Nil prohibet, etiam eum, qui non est κυριος της ἀφεσεως, remissionem peccatorum promittere. Christus subobscure se gessit, vt diabolum lateret, sicut *Ignatius*; (idem inde a primis scriptoribus, *Irenaeo* &c. plures sic senserunt, atque οἰκονομιας inde orta est disciplina, seu vt copiosius de humana Christi, quam diuina, diceretur.) Itaque inde ab initio, δια το πολυθεον, SS. συγκαταβαινουσα non ὡς ἐχει Φυσεως ἡ ταξεως ἡ τριας, sed sicut nobis est εὐπαραδεκτον, docuit— Cur V. et N. T. obscuritate et difficultate intelligendi differunt, p. 323. — ne Iudaei, si clare scissent, τα του νομου παντα ῥυησεσθαι, istam politeian spernerent, quae peritura erat 324 — etiam N. T. non statim sed κατα προκοπην reuelauit τα τελεια, p. 325. sunt adeo, qui ne quidem nomina *Epistolarum apostolicarum* sciunt, aut catalogum librorum V. et N. T. licet sit facillimum, p. 326. Deum non esse *sine filio*, (ex Gregor. *nysseno*,) seu λογῳ. Nomen *deus* (*Photius* addit) κοινον των θεαρχικων ὑποςασεων ὀνομα, complectitur το γονιμον και το ἐμπνουν. *Filius* et πνευμα, cum deus sit ἀρρητος, nomina nobis συνηθη, και συντροφοι προσηγοριαι. Pag. 330. quomodo *pro omnibus mortuus* est Christsts, cum longe post tot elapsas γενεας demum Christus venit? respondet, SS. saepe dicit, sicut hic viuentibus sic et τοις ἐν ᾅδου per Christum την ἀπολυτρωσιν παραγενεσθαι, (σωτηρια ipsis βραβευεται, p. 331.) — vt *mortuorum* et viuorum Κυριευσῃ, alibi, τοις ἐν Φυλακῃ πνευμασι, ἱνα κριθωσι μεν σαρκι, ζωσι δε πνευματι, vt iudicentur carne, viuant autem spiritu, ὁσοι κ᾽ ἀν ἐν ᾅδου Χριςῳ πεπιςευκασι.

κασι. 1 Cor. 3, 15. σωθησεται i. e. διαμενει aeternae poenae addictus. Veni vocare *peccatores* non *iustos*; p. 331. 32. de *iustis* multa dicit, *Maria*, *Ioseph*, *Iacobus*, *Oblias* (sic legendum, pro Ιωβ λιαν,) *Anna*, *Lazarus*, &c. iusti; atque κατα παν ἐθνος, γενος και πολιτειας ἰδιωμα τους κατ᾽ ἀρετην ἐστι μαλλον βιουντας ὁραν, ἡ τους τἀναντια σπουδαζοντας, — si meretricem et τελωνην dicas, κακεινων ἰσθι τους βραχυν σπινθηρα τινα της ἀνθρωπινης ἐυγενειας διασωζοντας, — sed absunt homines a perfecta iustitia; veni καλεσαι και ἐπαναγαγειν προς ἐκεινην την ληξιν, ἡς κατωλισθησαν. P. 334. non potuit signa facere, Matth. 13. et c. 17. propter ἀπιστιαν, non poterant eiicere diabolum; Paulus autem 1 Cor. 14, τα σημεια τοις ἀπιστοις. — Nempe, auctor signorum προνοειται ἀγειν τους ἀπιστους εἰς σωτηριαν πειθω, igitur illis signa proponuntur, οἱ το ἐπιτηδειον της ὑπακοης ἀντιπαρεχονται. Quos autem scimus destinato consilio ad talia caecutire, iis ματαιον και ἀπρονοητον foret, προβολη σημειων. Cur Christus non, vt homines sic angelos restituit? Quia solus homo σαρκι και ὑλῃ συνεδεθη, ἑτοιμη δε προς ὀλισθον ἡ ὑλη, sicut et Paulus dicit, το φρονημα της σαρκος &c. inde diuino auxilio largius fruitur. — Istam oeconomiam scriptura sacra dicit iustitiam dei, et κρισιν et misericordiam; iustum enim erat, homines, qui luto coniuncti erant, tanta misericordia dignari; per carnis vincula συμπαθειας ἠξιωθη humanum genus. Altera ratio est, p. 336, quod deus non ἀυτοτελη την φυσιν, sicut angelis, hominibus tribuit; medium hominem posuit θανατου και ἀθανασιας, vtriusque αἱρεσεως κυριον. Erat igitur δικαιοκρισιας dei, τοις ἀτελεσι, opportuno tempore, το λειπον ἀναπληρωσαι. — Nos ad pleraque peccata ὀντι γε ἑκουσιοι εἰ και μη το ὁλον ἀκουσιοι, καταπιπτομεν — Christus non necessario transfert ἐπι το κρειττον· sed τον θεοφιλη βιον πραξις ἀριστη και νευσις εἰς θεον, ὁπερ ἐστι πιστις ἀκηλιδωτος, κατασκευαζει. Ad hoc nobis doctor et ductor est λόγος incarnatus — nobis ἀναστασιν, ἑνωθεις,

θεις, και το αφθαρτον χαριζεται — p. 338. auctor etiam contra *Origenem* sententiam dixit. Pag. 339, cur baptizandi renuntiant Satanae et τοις εργοις illius, non vero hominibus malis &c. Saepe auctorem *Photius* studiosius collaudat; non sine ratione, φιλοκαλος enim est.

Cosmae, (si verum est nomen, et non potius a κοσμε descriptione,) *aegyptii*, tandem, post mercaturam, et longa itinera, monachi, superest *Christiana topographia*, s. christianorum opinio de mundo, libris 12, quam *Montfauconius* in collectione noua edidit tomo 2; viribus omnibus contra *sphaericam* figuram mundi agit; caelum terrae coniungi; (huius auctoris haud dubie est etiam illius *Christiani* liber, in *Octateuchum*, *Photii* cod. 36. de quo pag. 410.) plura *Montfauconius* in praefatione operis monuit. De transitu maris rubri, in *Clysmate*; vestimenta Israelitis in deserto non defuisse, non per miraculum, sed per mercatorum studia; paradisum in altera illa terra fuisse, quae oceanum ambiat; de *natali* domini; sacerdotes pro viuis *offerentibus* precantur, suscipe gratiarum actionem seruorum tuorum, αποδιδες αυτοις αντι προσκαιρων, αιωνια, pro *defunctis* autem: την ψυχην αναπαυσον, carnem eius exsuscita — p. 299. Epistolas *canonicas* dicit inde a priscis temporibus inter dubias ab ecclesia poni; plerique aiunt, eas non apostolorum, sed presbyterorum simplicium esse; *Seuerianus*, episc. gabal. in libro contra Iudaeos, illas proscripsit; apud Syros tres, Iacobi, Petri 1. Iohannis 1; aliae penes illos non habentur. Auctor statim ad aliud opus, latiorem terrae descriptionem complexum, et *Constantino* cuidam dicatum, remittit; — p. 139. narrat, de modo mercaturae inter populos, qui lingua vti ad ignotos non possunt; auri massulas imponunt επιχωριοι mercimoniis allatis, et recedunt; et toties repetunt, vt ementes et vendentes non vltra dissentiant. De rege *Elesbaan*, Auxumitarum, (antea, p. 354.) 141. monumentum adulitanum, *Ptolemaei*, Euergetis; romanam monetam omnes gentes in commercio admittunt. —

 P. 156.

P. 156. Pluuias deus *δια των ἀγγελικων δυναμεων* fieri iussit, *ἀναγοντων* ex mari in nubes — p. 163. deus lucem creauit *προς παιδειαν των ἀγγελων* — recte animadvertit, p. 164, Iudaeos voluisse a Christo miracula, *ἐπι τιμορια* hominum, sicut Moses fecerit; (ipsis dominantium, aut ab eorum opinionibus diffidentium;) p. 165, Christus illo flagello, Idh. 2, non homines percussit, sed animalia eiecit, quae ex lege offerebantur, istis autem sacrificiis vltra non opus erat. De propagatione christianae religionis per cognitas prouincias, pag. 178. 179. *Hebraei* per 40. annos litteris exarandis exercitati; itaque in monte *Sinai* et in omnibus mansionibus videre est lapides e montibus delapsos, hebraicis litteris inscriptos, pag. 205; eas inscriptiones Iudaei quidam dicebant, habere: *profectio* - - ex tribu - - anno - - mense - - , vt multi nostro aeuo in diuersoriis scribere solent. P. 210, deus, etiam post lapsum, non ex ira, sed *φιλανθρωπια* res hominum curauit p. 211, hic apertius demonstratur, mortem non ex ira homini illatam esse, cum *Abel*, qui non peccauit, ante peccatorem *Cain*, moritur. Henoch, p. 213, qui cum Elia Antichristo se opponet, vt eius errorem arguat, secundum *ecclesiasticam traditionem.* — Dicant *οἱ τερατολογοι*, qui mortem nobis *ex ira dei* obvenire volunt, non vero *κατ' οἰκονομιαν και σοφιαν*, (vt peccatum eo magis odio habeamus, et amemus iustitiam) in hoc clarius ostenditur, mortem homini *ὀ κατ' ὀργην* illatam esse, p. 215, deus eorundem potestatem dedit homini post lapsum, imo aliquid amplius concessit, ex seminibus terrae comedere, Genes. 9, 1 seq. — hominem ad immortalitatis desiderium instituit. (sicut *Theodorus* Mopsuest.) — Abrahamo incepit deus futuram *ἀναστασιν* reuelare, p. 218. cum *carnem* dedit Christus, tamen filius dei dicitur Rom. 8, 32. traditus, quia caro fuit *ἀνταλλαγμα* eius, sicut artis loco *Isauri*, p. 219. Dauid fecit de Christo 4. Psalmos 2. 8. 45. 110. quae ex aliis psalmis ab Apostolis allegantur, non quasi in ipsum *κυριως*

εἰρημενα,

εἰρημενα, ſed ὡς ἁρμοζοντα τῃ ὑποθεσει, e. g. Pſ. 22, ſicut accommodauit Paulus locum Deuter. 30, 12. in epiſt. ad Rom. 10, 6. Petrus Matth. 17, 4. Ieſum aequalem Eliae et Moſi putabat, itaque tria tabernacula, p. 228. *Elias* dux aduerſus Antichriſtum *reſeruatur* p. 229. Minores prophetas *Hoſeam*, *Ioel*, *Amos*, *Abdiam*, *Ionam* recenſet ante *Ieſaiam*; inde *Michaeam*, *Nahum*, *Abacuc*, *Ieremiam*, numero *decimum*; *Zephaniam*; *Ezechiel*, *Daniel*. *Prophetae* aut proprios libros ſcripſerunt; alii autem *in templo Scribae*, γραμματεις. (ita in chronico *alexandr.* etiam; et multa in vtroque ſcriptore plane conueniunt; quia e *tertio* quodam vterque ſcriptor hauſit.) *Salomon* non fuit prophetiae gratia donatus, p. 239, ſed ex *ſapientiae* dono, (vt *Theodorus* Mopſueſt. pag. 394. cum eo et plura conueniunt, e. g. de duplici *ſtatu*, de quo multa libro 6. habebat; plura p. 292, quae videntur *Theodori* Mopſueſt. verbis deſcribi.) *Ioh.* baptiſta, prophetarum ſupremus, p. 244, peſſima quaeque huius vitae ſupplicia *comparantur*, ἐξωμοιωσεν, poenis poſt mortem; ibi bona et mala aeterna ſunt. — Regnum caelorum, *caeleſtis vita* iam ineunda. *Lucas* ſcripſit adverſus aliorum *ficta* euangelia: *Petrus*; *Stephanus*; *Paulus*, (hic dicitur κανοναρχης,). Scripturae mos eſt, *creationem* patri; *incarnationem*, filio; *regenerationem ex mortuis*, ſeu ἀναςασιν, Spiritui S. tribuere, p. 257. ſicut ſol habet, vim illuminandi et calefaciendi, quae diverſa eſt, ita deus pater habet ex ſe τας δυο δυναμεις, filium et Spiritum S. — Apoſtoli et patres vtuntur exemplis diuina ὀσια longe inferioribus, σωματικωτερον ſcribentes. — Viſum fuit deo, trinitatis confeſſionem nobis *non ab initio tradere*, ſed aenigmatice, in deſcriptione creationis, locutus eſt in plurali; p. 262. Samaritae et *Montani*, nec prophetis credunt, nec angelum, Spiritum, animam immortalem credunt; p. 264, *Stephanus*, abbas Antioch. in *lunaribus* calculis verſatiſſimus, praedixit eclipſes ſolis et lunae;. Chriſtus adſcendit in caelum i. e. firmamentum;

 illud

illud coelum non diſſoluetur, licet *hyperbolice* quaedam phraſes loquantur; *canonicas* epiſtolas eccleſia antiquior inter *dubia* repoſuit, nec vel *vnus commentatorum* earum habuit rationem, p. 202. Diſciplinae gratia deus hunc mundum condidit; ſi *ab initio* nos feciſſet *immortales* et ἀτρεπτες, careremus illa παιδεια των λυπηρων et μαθησει, p. 294, (plane ex *Theodoro* mopſueſteno; adeo hic auctor eſt *Neſtorianus*, quod vel inde patet, quia *Eutychen* ſaepe reprehendit alioſque haereticos, ſed numquam *Neſtorium*). In canticum Ezechiae et reditum ſolis; (quod *Photius* commemorabat; p. 410. igitur hoc ſupereſt hic; et illuſtrari poteſt hiſtoria huius operis ex *Photii* recenſione). *Hiskias*, opinatus *Dauidem* de ſe pſalmos iſtos ſcripſiſſe, 19. 20. et plures alios, et prophetiam *Ieſaiae* 7, 14. ad ſe referens, ἀνθρωπινον τι παθων — p. 301. Corona *anni*, Pſalm. 64, 12, circulus 12. menſium. Paulus ordines angelorum, principatus, throni &c. didicit in raptu in caelum; ex *Athanaſii* feſtalibus epiſtolis, (vsque ad 45. mam) recitat ſententias, *de regno caelorum* iſto; ex *Seueriano*, Gabal. in Hexaëmeron multas partes deſcripſit; *ſpiritus dei* ſuper aquis, non ille ſanctus, ſed aëris motus; pag. 330, adferam ex abundanti teſtimonium ſchismatici noui illorum patris, *Conſtantinopoli* adhuc degentis; *Theodoſii*, ep. alexandr. — Etiam *Timothei*, τȣ προ ἀυτȣ, p. 332, ex pluribus ſermonibus. Liber XI. de animalibus *indicis*; vidi animal Rhinoceros; etiam mortui *pellem*, *palea refertam*, in Regia ſeruatam. Graecis *Taprobane*, Indis *Serendiua*, inſula; ibi eſt eccleſia e perſide venientium chriſtianorum; Presbyter ordinatur in Perſide, p. 337. totam Indiam et *Huniam* Phiſon fluuius dirimit. Lib. 12. multi exterorum ſcriptorum antiquitatem SS. confirmant; (vt in *chronico* alexandrino, *Ioſepho* &c.) *Caue* putat *chronici* alex. auctorem compilaſſe ſua ex *Coſma*; ſed videtur potius vterque auctor ex communi fonte alio hauſiſſe. Ad

hiſto-

historiam textus graeci N. T. multa possunt ez hoc libro colligi.

Zacharias, e scholastico ep. mitylenensis; scripsit contra philosophos, qui aeternitatem mundi asserunt; *graecolatine* aliquoties editus dialogus; de duobus principiis, contra Manichaeos; *Turrianus* latine transtulit, (in *Canisii* lect. antiquis.) *Eutychianus*, adanensis in *Cilicia* clericus, auctor historiae poenitentiae S. *Theophili*, oeconomi adanensis; qui dicitur Christi et matris eius abnegationem sua *manu scriptam diabolo* tradidisse; Mariae autem auxilio hanc *syngrapham* recepit. Acta SS. Febr. 4. Primum superstitionis inuenustissimae exemplum videtur a nobis iure suo hic recenseri. *Gregentii*, Homeritarum in *metropoli*, *Taphar*, aep. disputatio cum Iudaeo, *Erbano* per quatriduum, (licet nec haec narratio sit integra,) hic commemoranda, non quod videatur huius seculi esse, sed quod historiam illam illustrat, quam p. 354. sub rege *Elesbaan* designauimus. Plura *Lambecius* tomo 5. p. 127. (et ex eo *Oudinus* tom. 1. p. 1423,) e MStis et *Menaeis* collegit. Fertur et νομοθεσια *Gregentii*, seu regis *Abramii*, leges nouis christianis latae; ceterum inuenustis mendaciis locus hic non defuit; graece et latine aliquoties edita est haec disputatio. *Anastasius* in monte *Sinai* antea monachus, post antiochenus patriarcha; ad quem *Gregorius* M. scripsit plures epistolas. Auctor olim creditus, ὁδηγου, a *Gretsero* editi. quem librum alij rectius Anastasio aliquot seculis seriori tribuunt; *senioris* huius *orationes* seu sermones quidam supersunt MSti; sine fide autem longa scriptionum series ad hunc refertur. Scripserat etiam contra *Iustiniani* imp. sententiam de ἀφθαρσια corporis Christi. *Eustratius*, Constantinopolit. presbyter et *Eutychii* patriarchae domesticus; cuius in funere et *orationem* habuit, in actis SS. in tom. 1. mensis April. appendice editam. Librum *de animarum* statu, (quem *Allatius* edidit de perpetua occidentalium et orientalium consensione in dogmate de *purgatorio*) recensuit *Photius* cod. 171.

Animas statim post mortem *ἐνεργειν*, apparere autem *κατ' ἰδιαν ὑπαρξιν*, capite 3, quod sacerdotum *θυσιαι, προσφοραι, δεησεις, ἱκεσιαι, ἐλεημοσυναι*, pro mortuis fidelibus *ἐπιτελȣμεναι* omnino *πταισματων ἀφεσιν* procurant iis, *ὑπερ ὡν ἐπιτελειται ταυτα*. *Τα τριτα*, *tertio die*, offerri, ad mysterium triduanae resurrectionis domini; *τα ἐννατα*, *nouemdialia*, similiter, quod post diem octauum a resurrectione apparuit discipulis; *quadragesimalia*, quod tot dies cum discipulis versatus Christus. — In hoc libro narrat, *Gamalielem*, Pauli praeceptorem, baptizatum, *Nicodemum* martyrio functum, Gamalielis *ἀνεψιον*, vtrumque a *Iohanne* et Petro baptizatum, cum filio *Gamalielis*, Abibo. Librum hunc inscripserat *Chrysippo*, hierosolym. presbyt. qui *Luciano* cuidam hierosolymit. presbytero, sub *Iohanne* episcopo, dixit *Gamalielem* apparuisse, atque ista narrasse. Atque quam corrupta fuerit religionis publica indoles, ex talibus scriptis satis colligitur. *Eulogius*, ex presbytero antioch. tandem patriarcha *alexandrinus*; cuius plures libros *Photius* recensuit. Codex 182. *κατα Ναυατȣ* (*Nauatum*, *Cornelii* rom. aduersarium) *και περι οἰκονομιας, λογοι* quinque. Libris 5. e scriptura contra *Catharos* seu *Nouatianos* pugnat; quinto autem, *περι τȣ δειν τιμαν τα των μαρτυρων λειψανα*, (*Nouatiani* ergo abfuerunt ab isto reliquiarum studio.) *Nouatiani* circa *Alexandriam* hoc fieri non patiuntur. Libro 6to refutat *τα περι της Ναυατιανης λεγομενα ὑπομνηματα*, et *ψευδεπιγραφον ἀθλησιν* Nouati episcopi; (liber igitur fuit, Certamen seu martyrium, cod. 208. Nouati.) Illa hypomnemata continent: sub *Decio* et *Valeriano* accepisse *Perennium*, ducenarium, mandatum, quo christiani ad sacrificia cogendi erant. Multi cesserunt *τῃ βιᾳ*, etiam *Macedonius*, episc. romae, (nempe paparum indices dicunt post *Fabianum* vsque ad *Cornelium* sedem vacasse; sed hic interponendus esset;) qui habuit nouem presbyteros; ex his solum *Nouatum* non cessisse; multae quaestiones *Perennii* et responsiones iis stultiores

Nouati

Nouati hic narrabantur. Cum *Nouato* Marcellum et Alexandrum, Aquileiae episcopos, et Agamemnona, episcopum Τιβερεως, et quosdam alios Christianos, fidem caste seruantes, vixisse, in domuncula propria. *Aegyptios* episcopos inde *Nouato* romanam ecclesiam attribuisse. Codice 208. eumdem librum sed multo breuius recenset; si superessent *Nouatianorum* ὑπομνηματα, haud dubie historia *lapsorum* non parum illustraretur, quam nimis facile contra Nouatianos solemus informare. Codice 225. liber, λογοις β. ad *Domitianum*, *Melitenes* metropol. contra *Timotheum* et *Seuerum*, qui *tomo* Leonis contradixerunt. Primi λογȣ capita 4. secundi, c. 16. Lege hac vtitur: non fas esse ex parte quadam sententiam ferre de auctoris διανοιᾳ. — Eadem lege et patres vsi sunt; *Eustathius*, antioch. in sex λογοις contra Arianos; quorum quidam dixerunt, Christum fecisse peccatum, illud alterum autem omittunt, deus erat in Christo. Sic et *Basilius* dixit, *Valentinum* confinxisse suam opinionem, ὀλιγας tantum Apostoli λεξεις ἀποσπαραττοντα. Iis, de homine Christo, addenda sunt, p. 396, illa, Rom. 9, 5. et Hebr. 1, 3. Ipse *Seuerus* alibi hanc fert legem; μηδε ἐκ μιας ῥησεως, ἡ ἐπιϛολης ἡ συνταγματος ἐϛι παραϛησαι την ὁλην τȣ συγγραφεως ἐυσεβειαν. (Nempe, modo profectus, vicissitudo cognitionis et successio opinionum non negligatur.) *Leonis* epistola per partes illustratur. Codex 226. Contra eosdem Acephalos, *Theodosium* et *Seuerum*, pro *Leone* rom. cuius epistolam in 14. capitula Haeretici illi distinxerant; et opponebant, ne in Synodo quidem *chalced.* hanc phrasin his verbis occurrere, ἡ καθ' ὑποϛασιν ἑνωσις. Ea phrasis, vt *Cyrillus* vtitur, significat, quod ἡ τȣ λογȣ ὑποϛασις ἡνωθη φυσει ἀνθρωπειᾳ — Codex 227. Inuectiua in *Theodosianos* et *Gaïnitas*, qui ad tempus fuerunt vniti. Distinguit οἰκονομιας το εἰδος, quod triplex solet ecclesia scire, sed ad nullum accedunt ipsorum studia mala, quae potius fidei προδοσιαν διεπραξαντο. Dogmate saluo, *primum genus* circa aliquid

των

των ἔξωθεν αὐτȣ versatur, atque saepe fuit πρoσκαιρος, et προς βραχυ τι των ἐκ ὀφειλοντων ἀνασχομενη, sicut Paulus talem oeconomiam in ritibus iudaicis seruauit, ad tempus. *Secundum genus* περι τας λεξεις λαμβανει την συςασιν, licet recte habeant dogmata ecclesiae, tamen ρηματα quaedam, quae simplicioribus scandalo essent, κἀν ἐκ εὐλογοι γινωνται προφασεις, silentur, ἀποδιωπαθαι συγκαταβαινει ταυτα. Sic *Athanasius* (de substantia) varie loquentes sed consentientes, concessis illis phrasibus, rebus vniuit. *Tertium* Genus, pertinet ad communionem ecclesiasticam, sicut *Theophilus* cum *Gelasio* seruauit communionem, qui tamen palatinum *Eusebium* in sacris diptychis habebat. Hac ratione ostendit την ἑνωσιν *Acephalorum* nil ex oeconomia ista excusari posse. Codex 230, volumen λογοις XI. I. Ad episcopum romanum, qui videbatur reperisse in *Eulogii* Synodica, quae non sufficerent purae doctrinae, de 4. Synodis &c.; igitur hic λογος copiosius ista repetit et exponit. Describens duarum naturarum vnionem καθ' ὑποςασιν non abstinuit nomine κρασεως, recto tamen sensu. II. Dogmaticus, de trinitate et oeconomia. Quaedam sunt δογματα, alia κηρυγματα, (sic fere et *Basilius*;) *dogmata*, μετ' ἐπικρυψεως και σοφιας traduntur, ne profanis pateant; κηρυγματα autem constant claris praeceptis vitae christianae. Sunt autem et dogmatum quaedam μυςικωτερα, quae παντελως, ὡς το ἐπος φαναι, σεσιγηται, atque illis tantum μυςικως traduntur, qui δια λογȣ ζωντος habent spiritualem sapientiam, (sic *Origenes* περι ἀρχων). Distinguit inde, quae de Christo dicuntur; quaedam ἀληθως και κυριως, quaedam κατ' ἀναφοραν, de nobis sumta, vt peccatum, maledictio, ἀναφερεται ἀφ' ἡμων, ὡς κεφαλης, ἐκεινȣ παντων ἡμων ἀνασχομενȣ γενεσθαι, e. g. factus pro nobis καταρα. Sic et το ἀνυποτακτον ἡμων και την ἀγνοιαν, sicut caput totius corporis, ἀναδεχεσθαι, et illud, deus meus cur me reliquisti, δι' ἀφατον φιλανθρωπιαν, ὡς ἑαυτȣ, τα ἡμετερα οἰκειȣμενον. (Itaque haec

non

non proprie de Christo vult dici; nempe de mediatorio officio ἐννοια nondum perfecta erat.) III. Contra eos, qui patribus et chalced. synodo detrahunt. *Manes* σχηματι et φαντασια incarnationem describit. *Ioh.* antioch. et *Paulus* Emisen. illud, *habitauit in nobis*, intelligunt quasi interpretationem eius, σαρξ ἐγενετο. — Non omnia, quae haeretici dicunt, fugere et amoliri fas est. Multa ad defensionem *Cyrilli*, *Ambrosii* &c. licet *Athanasius* περι σαρκωσεως et *Gregor.* neocaesar. ἐν τῳ περι της κατα μερος πιςεως noluerint de Christo dici duas naturas; nemo ostendet, eos hoc sensu prohibuisse, quo nos describimus. — Silentio (phraseos, σεσαρκωμενη, cum dicitur μια φυσις) non tollitur illud, quod alibi saepius dictum fuit; potest etiam alicubi intelligi, vna natura, i. e. ȣ τραπεισα, perfectione sua non excidens. *Apollinario* praeiuit *Valentinus* p. 447, qui his verbis dixit: των Γαλιλαιων ἐπι χριςȣ δυο φυσεις λεγοντων πλατυν καταχεομενος γελωτα. ἡμεις γαρ τȣ ὁρατȣ και ἀορατȣ μιαν εἰναι την φυσιν dicimus. Sed et *Manichaeus* ad *Scythianum* scribens, reprehendit eos, qui 2. naturas dicunt, scribens: ὁ δε τȣ ἀιδιȣ φωτος υἱος την ἰδιαν ȣσιαν ἐν τῳ ὀρει manifestauit, non 2 φυσεις habens, sed vnam ἐν ὁρατῳ τε και ἀορατῳ. *Polemon* autem, Apollinarium praeceptorem, ȣτως ἀνευφημει scribens: deum dicentes et hominem eundem, non verentur μιαν φυσιν τȣ λογȣ σεσαρκ. quasi compositam confiteri; si enim deus perfectus et homo perfectus ὁ αὐτος, duae igitur naturae ὁ αὐτος, sicut ἡ των Καππαδοκων εἰσηγειται καινοτομια, και Αθανασιȣ ἡ οἰησις, και των ἐν Ιταλια ὁ τυφος, atque pro nostris se gerunt, quasi sentiant cum S. patre nostro Apollinario, et praedicant, sicut οἱ Γρηγοριοι, naturarum δυαδα. Pergit *Eulogius*: sicut in Nicaena synodo patres Ario opposuerunt το ὁμοȣσιον, και τοι της λεξεως ȣπω τοις πατρασι ἐπιπολαζȣσης, imo adeo κεκωλυμενης ab iis, qui *Paulum* Samos. damnarunt, sic et Chalcedone — *Iulius*, rom. si est γνησιος ὁ λογος, vtitur φυσει pro ὑποςασει.

ςασει. — Hominis exemplo hic commodiſſime vti non licet, p. 449. 451. 452. *Cyrillus*, γνωμων της ἀκιβειας,- ex Gregorio: ἡ κενωθεισα θεοτης -- ſequens λογος p. 454. contra eos, qui ἀνθρωπινοις ἐπινοιαις opinantur ſe poſſe την ἀληθη θεολογιαν ὑποβαλλειν. De trinitate — το ἑν ἐπι της θειας ὀσιας non ſic νοϛμεν, vt in creaturis, - apud nos non eſt Κυριως ἑν, ſed τι ἑν, &c. — contra eos, qui ὑποςασιν dicunt ἰδιωμα μονον εἰναι, p. 456. ἰδιωματα enim ἐν τη ὀσια et περι αὐτην ὁραται — Si quaeratur de creatis, quid eſt *hypoſtaſis?* facile vtcunque reſpondetur. Si vero de beata natura (deo,) non tutum eſt reſpondere, παρ᾽ ὁ παρεδοσαν οἱ θεοφοροι patres. — *Eulogius* idem ſcripſit ad *Chriſtophorum*, qui varia quaeſiuerat; *deus* fecit Dauidem numerare populum, et iratus eſt tamen; reſpondet, *deus* non raro adhibetur, non de vero deo, ſed etiam de *Diabolo*. *Varia lectio* in hac narratione, p. 461, noſtra exemplaria non habent, ſicut tuum. Sub *Leone* confirmarunt chalced. concilium plures quam MD epiſcopi, — Haeretici in multas opiniones diuiſi, p. 464. aliud φυσεις, aliud ὀσιαν eſſe finxerunt; φυσιν εἰς γενικην και ἰδικας φυσεις diuiſerunt. *Seuerus* ad *Sergium* grammaticum: vnam ὀσιαν de Chriſto dicere volumus, alii ὑποςασιν ὀσιαν idem eſſe ſtatuerunt, de trinitate etiam tres ὀσιας dicere auſi, p. 464, vnde ſequitur, etſi his verbis non dicunt, tres deos et θεοτητας eſſe, vt ſentiant. Contra *Agnoetas*; monachi quidam Eremi iuxta Hieroſol. auctores opinionis; negat autem *Eulogius* vel hominem Chriſtum aliquid ignoraſſe. De Chriſto quaedam ſecundum ἀναφοραν, alia autem κατα ἀληθειαν dicuntur, (ſic iam antea alibi p. 428.) patres quidam ignoraſſe quaedam Chriſtum dixerunt, contra *Arianos*, non vt dogma, ſed ne humana diuinitati τϛ μονογενϛς tribuantur, vt filius ſit patre minor. Tandem vltimus λογος, ὁρος ἐκφωνηθεις τοις Σαμαρειταις. Samaritae in varias ſectas abierant; quidam Ieſum, Naue, putarunt eſſe eum, de quo Moſes dixit, prophetam ſicut me &c., alii vero *Dosthen*, ſeu

seu *Dositheum* ἀνεκηρύττον, Samaritanum, *Simonis*, magi, συγχρονον, vnde et *Dostheni* dicuntur. Fuit autem ille ὑβριστης prophetarum, praecipue *Iudae*, e patriarchis XII; ad se ipsum omnia traxit. μυριαις δε ἀλλαις νοθειαις την μωσαϊκην octateuchon κατακιβδηλευσας, et alia quaedam συγγραμματα, ἀπεναντια της νομοθεσιας, συντεταχως, sectatoribus suis reliquit. ἀναστασιν negauit. Pars vtraque domesticae sententiae libellos aduersarios edidit. *Eulogius* cum synodo vtramque refutauit, *Marciani* anno *septimo*; Resurectionem e Mosis libris demonstrare studet, p. 467. (ad patres, ad populum suum colligi.) — *Dostheni* τα εἰδωλα dixerunt δαιμονια, aliud autem φυλον δαιμονιον non admiserunt. Ista *Photius* recensuit; capita 7, *Eulogii* de duabus naturis I. C. inter S. *Maximi* opera *Combefisius* edidit. *Iohannes*, quem *ieiunatorem* dixerunt, Eutychium Constantinop. excepit, *oecumenici* patriarchae titulo vsus, (forte, quia exspirauerat in occidente imperii romani pars, vnde *Graecis* videbatur dignitas augeri, a *Pelagio* Romano et *Gregorio* M. ideo vehementissime exagitatus; inter *Chrysostomi* opera habentur quaedam scriptiones minores, quae eius sunt; et de *poenitentia* duplex liber; de *trina* mersione ad *Leandrum* hisp. epistola, periit. *Leontius*, byzant. ex aduocato monachus in noua *Laura* S. Sabae, in palaestina (eum cum *Leontio*, cyprio, eundem facit *Vossius*; de eo autem *Basnagius* quaedam accuratius admonuit, ad *Canisium*;) eius supersunt libri seu *actiones* X. *de sectis*, graece et latine editi, mediocris momenti; *latine* autem adhuc libri 3. aduersus *Eutych.* et *Nestorianos*; liber contra fraudes *Apollinaristarum*; solutiones argumentationum *Seueri*; (est in *Canisii* lectionibus antiquis; qui et ex bibliotheca *bauarica* octo libros *Leontii* recenset, quibus eruditum optat interpretem, quia *Leontius* in argumentis versatur, quae etiam acutissimos scholasticos exercerent; inter istos liber 5. pro naturali diuinitate Christi; contra eos, qui Christum θεοφορον, sed non *deum* esse dicunt; 8. defensio sententiae, vnus ex trini-

trinitate in carne passus.) Istas scriptiones *Basnagius* putat sub *Phoca* potius, seu ineunte sec. VII. ab eo compositas fuisse; nec est parum verosimilis opinio. Lib. 1. contra Nestor. et Eutych. vtrique eodem argumento, diuerso consilio, vtuntur; natura non est sine hypostasi, ergo duae hypostases, Nestoriani; ergo non duae sed vna natura, Eutych. — num vero caro est ἀνϐσιος? ergo aut naturam a carne remouete, aut duas hypostases tribuite Christo; (ergo falsum est, naturam non esse sine sua hypostasi.) Contra Nestorium: non est idem hypostasis et ἐνυποςατον, seu *quod* est in subsistente; sicut aliud est substantia, et aliud esse in substantia. ἐνυποςατον declarat substantiam, sed non *aliquem* vnum; significat, non esse accidens, vt scientia in anima. Aliud est, non esse sine hypostasi, aliud esse hypostasin. Natura igitur seu substantia, numquam sine hypostasi esse poterit; non tamen natura est hypostasis. — Hominis qui anima et corpore constat, exemplum, est exemplum, non se habet vt prototypon ipsum; non esset exemplum, nisi haberet dissimile. — In Christo non locum habet species, sicut est species hominum, (non est species Christorum, vt dicatur vna natura ad illos.) Homo habet vnam naturam, (speciei) et duas naturas, propter partes; in Christo igitur non potest dici vna natura; aliter sequetur et vnam esse naturam carnis et patris, quod triangulo illustrat, cuius tria latera tribus personis diuinis constant. — Vnionem naturarum alii secundum ὑποςασιν, alii sec. ἐνεργειαν, alii sec. γνωμην describunt; sunt autem etiam, qui εὐλαβειαν simulantes nihil affirmant, sed ineffabilem esse; alii, incarnatus est, vt voluit. Inter auctoritates patrum laudat *Iustini* de trinitate; *Hippolyti*, de benedictionibus *Balaam*; *Iulii* ep. rom. *Hilarii*, pictau. libro 9. *de fide*; *Ambrosii* mediol. quem confundit postea cum alio alexandrino, qui contra *Apollinarium* scripsit. *Augustini*; *Isidori* pelus. ad *Cyrillum* alex. quod verus et *super omnia deus* homo factus est; *Cyrilli* ex commentariis in ep. ad *Hebraeos*; — Lib. 2. dialogus contra *Aphthar-*

Aphthartodocetas, seu Christi corpus ante resurrectionem, iam fuisse incorruptibile. In Mariae vtero (*haereticus*) ex vnione cum verbo corruptibilitatem caro deposuit; passa autem est caro *volente verbo*, non legibus naturae, sed ratione oeconomiae. — Orthodoxus, p. 564. tom. 1. Basnagii: damnatio peccati, cum nullum locum in eo reperisset, substitit, et a reis (a nobis) deinceps recessit; mortua mors est, cum carnem, quae non peccauerat, inuasit. (sic et *Gregor.* theol. in lumina, postea allatus p. 574.) p. 565, Iudae osculum, propter similitudinem habitus domini cum habitu discipulorum. — p. 568, λογος experientiam corruptionis prohibuit; potentiae diuinae est, non accidisse corruptionem, ratione miraculi, *non lege naturae* humanae. — corpus protoplasti non in constitutione sua habebat, vt immortalis esset, alioqui numquam, opinor, ligno vitae ei opus fuisset. — Dominus non habuit tale corpus, quale fuit Adami *ante lapsum*, sed talem carnem, qualem habuit Adam post lapsum damnatus — alioqui, quomodo debitum (mortis) pro nobis soluisset? aut *norma virtutis*, et omnibus optimae vitae regulam in se vitam perfectissimam proposuisset? — aliquo tempore post confessum ad dextram in coelis caro Christi demum habet eam laudem; testimonia patrum p. 570 seqq. pro orthodoxo. *Athanasius*, *Gregor.* naz. dicunt, est homo *natura* mortalis, factus ex iis, quae non erant; propter similitudinem vero cum eo, qui *est*, deo, corruptionem naturalem retudisset; si mandatum custodissemus, facti essemus, quod non eramus, ad lignum vitae accedentes; quid facti? Immortales. Lib. *tertius* contra Nestorianos. p. 576, *Nestoriani* promittunt munera, opes imperatoris, egenis; primum gradum in magistratibus, eruditorum conuictum — irrident simplicitatem ordinis monastici, hortantur ad legendos libros gentilium; monachis persuadent vt fiant clerici in vrbibus; quidam *Nestorium* damnant — p. 577. *Leontius* in *Theodorum* antioch. inuehit; epistolas *catholicas* abrogat (idem antea ex *Cosma*) *inscriptiones*

 hymno-

hymnorum et psalmorum penitus reiecit, omnes Psalmos iudaice ad Zorobabelem et Hiskiam retulit, tribus (quatuor, *Cosmas*) exceptis. *Canticum* cantic. 2. libros paralipomenon et *Esdram* repudiauit. Aliud symbolum fecit, in quo post fidem in deum patrem et vnigenitum filium et spiritum S. scripsit, credere in dominum Iesum Christum; aliam etiam *missam* effutiuit, praeter illam, quae a patribus tradita est ecclesiis, nec reueritus est illam *Apostolorum* aut *Basilii*; in qua blasphemiis non precationibus την τελετην oppleuit — eius libros p. 578. sectatores in linguam chaldaicam et *armenicam* transtulerunt, imitati Arianos, qui barbaros *occidentis* corruperunt. *Antichristum* annihilauit; a trinitate creatum esse dixit Christum, profecisse post baptismum ad perfectionem, et ne deficeret, breui temporis fuisse hanc vitam; tandem per martyrium (etiam angeli admonitione,) consummatus consessum ad dextram dei assecutus est, p. 580. Excerpta e libris *Theodori* p. 583 seq. gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis, scil. participare adoptionem — Hebr. 1, ἐν υἱῷ, sine articulo; cum articulo enim ille naturalis filius. — Ex *Diodoro*, tarsensi, pag. 591 seqq. e libro contra συνουσιαστας. — Si homines non peccassent, non opus fuisset lege; si non auxissent peccatum, qui erant in lege, non opus fuisset gratia — a *Paulo*, samosat. deriuat *Leontius*. *Eusebii*, dorylaeensis, charta publice proposita p. 593: adiuro eum, quia hanc chartam acceperit, vt ostendat Episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus, laicis habitantibus Constantinopoli, et vt exemplum det illis, ad confutationem *Nestorii*, qui sentit idem cum Paulo, samos. *Leontii* aduersus eos, qui proferunt quaedam Apollinarii, falso inscripta *patrum* (*Gregorii* thaumat. *Athanasii*, *Iulii*) nomine, p. 600. — *Ariani* dicunt patrem *homousion* creaturis; — *Polemius* instruens *Cataphronium*; *Paregorio*, *Vranio*, *Diodoro*, *Iobio*, episcopis, scribens, p. 602. *Tomus* de incarnatione ex variis libris *Apollinarii*, p. 604. — naturam carnis nobis esse homousion

nullo

nullo autem modo συνεσιωσθαι diuinitati. *Timotheus*, apollinar. caro est deus, quatenus vnita est diuinitati in vnam personam; p. 606, corpus honoratum est *vnione naturali* cum increato — p. 607, sicut homines homousii sunt animantibus ratione carentibus; diuersae vero substantiae, vt rationis participes: sic et dominus homousios hominibus, secundum carnem; diuersae vero substantiae, quatenus λογος et deus. Ex *Apollinarii* sermonibus, pag. 608 seqq. — idem est deus et homo, in sola vnita natura diuina *incarnata* pag. 609. (hinc *Cyrilli* phrasis et historia posterior intelligi potest clarius;) *Solutiones* argumentorum *Seueri* p. 613. seu dialogus *Acephali* et orthodoxi. — De ἐπινοια, et diuisione κατ' ἐπινοιαν, 619. *Leontii*, dubitationes hypotheticae contra eos, qui negant esse in Christo post vnionem duas veras naturas, p. 625. In *MStis* dicuntur etiam aliquae orationes *Leontii* superesse. Ab hoc *Leontio* alii rectius distinguunt Leontium episcopum in Cypro, Neapoleos seu Hagiopoleos; qui scripsit apologiam contra Iudaeos, pro christianis, cuius non exigua pars in concil. nicaeno 2. excitatur; aliquot sermones et vita *Iohannis* eleemosyn. et *Simeonis*, stulti, ei tribuuntur. *Loci* etiam communes theologici, ex scriptis patrum, lib. 1. των θειων, 2. των ἀνθρωπινων, cuius generis collectiones per doctrinas particulares (contra Arianos, Nestorianos, Eutych.) solebant inde ab aliquo tempore fieri. Ex *haereticis* eminuit *Seuerus*, Antiochenus aliquo tempore Episcopus, sub *Iustino* vix linguae exsectionem euasit, sub *Iustiniano* cum *Anthimo* damnatus est. Scripsit et multas *epistolas*, quarum saepe fit mentio in vetustioribus auctoribus, etiam quosdam sermones; in *catenis* citantur commentaria in aliquos libros, nisi *Seueriani* nomen intelligendum est. Nominatur et liber φιλαληθης (vid. *Anastasii Hodegus*; responsa ad quaestiones sacras, in MSto *Euangeliario* biblioth. Vindobon. occurrunt; nec sine veri specie *Caueus* tribuit ei

librum de ritibus baptismi et S. ſynaxeos apud Syros, Antwerp. 1572. 4. editum.

Hiſtorici graeci:

Theodorus Conſtantinopol. lector, hiſtor. eccleſ. collegit *tripartitam*, libris 2, ſeu ex *Socrate, Sozom. Theodorito;* et ipſe ſcripſit libros 2, qui ad annum 518. pertingunt, e quibus multa collegit *Nicephorus*, Calliſtus. *Iohannes*, rhetor, antioch. ſcripſerat hiſtoriam a *Theodoſio* iuniore, ad *Iuſtini* ſenioris aliquot annos; Euagrius eum aliquoties excitat. *Procopius*, caeſar. palaeſt. rhetor, *Beliſarii* comes, a negotiis ipſe non alienus, chriſtianis ſacris externis forte, ob ſuam rem, deditus, ceterum nec gentilibus ſuperſtitionibus captus; ſatis autem eruditus. Scripſit de bello *perſico*, libros 2; de bello *vandalico*, lib. 2. de bello *Gothico* lib. 4. ἀνέκδοτα, ſeu *arcanam* hiſtoriam, (adeo horridis, foedis atrocibusque flagitiis plenam, vt ne typis quidem omnia tradi voluerint editores; nec deſunt, qui *Procopii* eſſe infandum librum dubitant.) De *aedificiis Iuſtiniani* libros 6. Praeter ſuperiores editiones ſiue plurium ſiue quorumdam librorum, exſtant cuncta in corpore *byzantino*. *Heſychius*, mileſius, dignitate *illuſtris*, vixit adhuc ſub *Iuſtiniano*. Scripſit Hiſtoriam ῥωμαϊκὴν τε καὶ παντοδαπὴν, quae a *Belo* vsque ad *Anaſtaſium* imper. pertingebat; (*Photius* codice 69.) per VI. τμήματα. 1) Ante troianum bellum; 2) ab *Ilio* capto ad *Romam* conditam; 3) vsque ad *conſulum* magiſtratum. 4) A conſulibus ad *Iulium* Caeſarem. 5) Ad *Conſtantinum*. 6) Ad *Anaſtaſii* mortem, quem imperatorem ſtudioſiſſime collaudauit. Alius eius liber, qui hiſtoriam ad *Iuſtinianum* continuauit; a *Photio* ibidem nominatur. Nobis ſupereſt liber, de *viris* eruditione *illuſtribus* (in quo *Tribonianum* dicit paganum et atheum fuiſſe; ipſe igitur chriſtianus.) De rebus conſtantinopoleos; qui libelli e maiori opere forte collecti, aut eius quaſi ſupplementum fuerunt. *Nonnoſus*, presbyteri alicuius

cuius filius, *Iuſtiniani* legatus ad Saracenorum regulum, ad *Elesbaan*, Auxumitarum regem, ad *Homeritas* et alias gentes *orientales*; quam *legationum* hiſtoriam *Photius* recenſet codice *tertio.* Sub *Anaſtaſio* iam *Nonnoſi* παππος legatus fuit, pacis cauſa. (*Gregorii*, epiſc. *agrigentini* commentar. in eccleſiaſten libris XII. e graecis collectum ſcriptoribus, ſuperiori adhuc ſeculo habuit *Romae Petrus Poſſinus.*) *Cyrillus*, palaeſtin. *Scythopol.* in magna *Laura* monachus; ſcripſit *Ioh.* Silentiarii, abbatis ſui, vitam; S. *Euthymii*, abbatis et S. *Sabae*, quas ſcriptiones *Metaphraſtes* ſuo more interpolauit. *Paulus Cyrus*, (Silentiarius, officii nomen) templum S. *Sophiae*, a Iuſtiniano exſtructum, carmine, quod ſupereſt, deſcripſit; plurium olim poematum et epigrammatum auctor. *Theodorus*, Iconii epiſc. auctor hiſtoriae martyrum ſub Diocletiano, *Iulittae* matris et *Cyrici*, triennis pueri; quam *Combefiſius* edidit; alia enim acta, minus probata iam in Gelaſii decreto (pag. ooo.) antea legebantur. *Iohannes*, ex Epiphania Syriae vrbe, auctor fuit hiſtoriae a fine *Iuſtiniani* ad *Mauritii* tempora; eius *Euagrius* facit mentionem. Hic *Euagrius*, ſcholaſticus antioch. ex eadem vrbe, Epiphania; tandem quaeſtor et praefectus honorarius. Scripſit hiſtor. eccleſiaſticae libros 6, a ſynodo *Epheſina* vsque ad finem ſeculi ſexti; plures epiſtolae et orationes in cauſſa *Gregorii*, antioch. patriarchae, quae perierunt. *Photinus*, Conſtantinopolit. presbyter ſcripſerat vitam *Iohannis*, ieiunatoris, patriarchae Cpolit. parum liberaliter, vt videtur ex fragmento concil. nicaeni 2. art. 4. *Stephanus*, ep. Hierop. ſcriptor vitae S. *Golanduchae*, quae ex Magis ad chriſtiana ſacra tranſiit.

Huius ſeculi an fuerit *Heraclianus*, epiſc. *chalcedon.* non ſatis conſtat; videri poſſit, quia *Manichaeorum* nomen non parum adhuc celebrabatur. Scripſit libros XX. contra Manichaeos, (*Photius* cod. 85.) precibus *Achillii*; vſus eorum libris, qui iam ante ipſum in eadem cauſſa ſcribendo verſati fuerant. Poſt *Hegemonium*, qui *Ar-*

chelai diſputationem contra *Manichaeum* conſcripſerat; poſt *Titum* ep. boſtrenſem, qui tamen non tam contra Manichaeos (vniuerſe) quam contra *Addi* ſcriptiones tractauit; quod et de *Georgio*, laodic. valet; poſt *Serapionem*, ep. Thmueos, et *Diodorum*, qui libros 25. edidit, 7. priores contra *viuum euangelium*, ſeu potius *Addi* librum, *μοδιον*. (videtur hoc nomen ex Euangelio eſſe, ſub modium ponere λυχνον,) in ceteris autem libris, vindicat SS. loca, quibus abutuntur. His cunctis vtitur liberaliter; alia etiam ſupplet de ſuo; non abeſt a philoſophia. Períit hoc opus non ſine noſtro damno. Sub finem huius ſeculi *anonymos* aliquot alios ſcriptores, incerti temporis, recenſuit *Caueus*; *Leontium*, arabiſſi epiſcopum, cuius ſermones de *creatione* et *Lazaro* rediuiuo, excerpſit *Photius* cod. 272. *Sophronium*, qui contra *Eunomium* pro Baſilio ſcripſerat ſic, vt *Theodori* mopſueſt. diligentiam vicerit. *Heſychii*, Conſtantinopolit. presbyteri 4. λογȣς de ſerpente aeneo, idem *Photius*, cod. 51. recenſuit; auctor confinxit Moſis ad populum et populi ad Moſen orationes. Cod. 115. *Photius* deſcribit anonymi librum contra *Iudaeos* et Teſſarescaedecatitas; hic auctor negauit Chriſtum paſcha legale celebraſſe; inerat *Metrodori* alicuius computus 28 cyclorum, qui 19. annis conſtabant, a *Diocletiano*, in annos φλγ porrectus. Cod. 116. incerti auctoris magnus *computus*; contra *Metrodorum* libro 4 ſcripſit; de bis ſexto, embolimaeo menſe, epactis ſolis, lunae &c. negauit Chriſtum legale paſcha egiſſe, anno vltimo, licet ceteris vitae ſuae annis. *Anonymi* plures ſcriptores alii; e. g. martyrium VII. puerorum ſub Decio, cod. 253. martyrium *Timothei*, apoſtoli, cod. 254. (in quo, *Iohannem* apoſt. ſcripta variis linguis euangelia ordinaſſe, correxiſſe, et vnicuique *trium* nomen addidiſſe;) cod. 255, martyrium *Demetrii*, ſub Maximiano; πολιτεια ſanctorum patrum *Metrophanis* et *Alexandri*, epp. conpolit. cod. 256, in quo libro de vita *Conſtantini* multa; (*Hoſium* cordub. *Synodica acta* nicaena attuliſſe ad

occi-

occidentales; *Athanaſium* ad *Aegyptios* et Libyas; *Alexandrum*, Conſtantinopol. adhuc presbyterum attuliſſe *Thracibus*, et in *Illyricum*; *Macedon. Theſſaliam*, *Achaiam*, *Helladem*; (Synodum nic. poſt annos 3. et dimidium demum finitam &c.) *Codice* autem 257, certamen S. *Pauli*, Conſtantinop. ep. confeſſoris; (multa ſub *Conſtantio* imper.) Vita *Athanaſii*, cod. 258.

Ad *aſceticas* ſcriptiones pertinent, plures *Iſaaco*, Syro, adſcripti *ſermones*; *Iohannis*, Climaci a libro iſto dicti; ſuperſunt, *κλιμαξ*, ſeu ſcala paradiſi, capitulis 30 et liber ad paſtorem; hos libros in ſermonem graecobarbarum transtulit *Margunius*.

Haereticis adnumerandus eſt, ſi *Leontium* (de ſectis,) aliosque audimus, eruditus ſcriptor, *Iohannes*, *Philoponus*, *Tritheitarum* ſtator praecipuus; qui hoc ſeculo floruit, licet forte ſeptimum viuendo attigerit. Multa ſcripſit *grammatica*, (de *dialectis* graec. ſupereſt;) *philoſophica*, (in analytica, in 4 libros primos *φυσικων*, primum meteororum etc. Ariſtotelis; de aeternitate mundi, contra *Proclum*, qui eam affirmauerat;) *theologica*, (in *Hexaemeron* ſupereſt, et de Paſchate, a *Corderio* edita, 1630. 4.) *Photius* quaedam recenſuit; codice 50, *Iohannis* philop. *διαιτητης*, contra VII capitula, quorum meminerat in hoc opuſculo, ſcripſit *Nicias*, monachus; *contra Seuerum*, legit adhuc *Photius*, et videntur capitula 17 contra *Acephalos*, in biblioth. *Viennenſi Neſſelii* (cod. 216. n. 12 fol. 99.) ex hoc ſupereſſe libro. 2 libros contra *Hellenas* Philoponi, contra reſurrectionem cod. 21. quem refutauit cod. 22. Theodoſius monachus. Philoponi contra quartam ſynodum ſeu chalced. codice 55. Tmemaſi 4; adhaerebat alius *Iohannis*, neſtoriani, ſcriptio contra eandem ſynodum. Codice 73, recenſet Philoponi libellum, contra ea, quae de *trinitate* ſcripſit ſub *Iuſtino* Iohannes ep. conpol. in ſermone catechetico, quam prima indictione habuit. *Φυσεις και ουσιας και θεους πλασαμενος*, (Photius ſic iudicat vehementius,) blasphemat; *έν, ποσα σημαινει*,

μαινει, (de quo et Eulogius et alii,). patres etiam in rem ſuam attulit, *Gregor.* theolog. *Baſilium*, *Athanaſ. Cyrillum.* (Nempe, ſi 2 ſunt in Chriſto naturae, ſunt etiam 2 perſonae; idem enim eſſe φυσιν et ὑποςασιν, atque trinitatis etiam eſſe tres φυσεις vt tres ὑποςασεις, communem autem deitatem. Hoc quod commune eſt, eccleſia dicebat in trinitate φυσιν, ergo vnam.) Codice 215, Philoponi contra *Iamblichi* librum περι ἀγαλματων, quo euincere volebat Iamblichus, θεια eſſe τα εἰδωλα, et θειας μετεσιας ἀναπλεα, quae opinio a chriſtianorum in ſanctas imagines ſtudiis non longo interuallo videtur abfuiſſe. Libri VII de creatione mundi multa continent lectu digna et epitomen quaſi eorum, quae a *Theodoro*, mopſueſt. (contra quem ſaepe ſcribit,) *Baſilio*, aliisque dicta erant, non neglectis philoſophorum graecorum opinionibus. lib. 1. c. 10, angeli diu ante hunc mundum adſpectabilem exſtiterunt. C. 11, multa, quae in SS. non leguntur, ἐξ ἀκολεθιας συλλελογι.μενα habentur in eccleſia. C. 12, *Theodorus* negat vniuerſam per terram effuſum fuiſſe diluuium, quia nondum habitata fuerat vniuerſa etc. multa *Theodori* hic ſunt; quae in *Coſma indicopleuſte* leguntur, *Theodori* nomine non addito, comparandus ergo eſt liber cum libro; atque credi fere poſſet, *Coſmae* librum eſſe contra *Philoponum.* Lib. 2. *quatuor* interpretationes Geneſ. 1,2. Citat cap. 1. tractatum ſuum περι των ῥοπων. C. 4, ſphaerica eſt terra. C. 15. Theodorus ἐσιαν σκοτες dixit, cum Manichaeis. C. 21, vtitur *Phlegontis* narratione de ſolis defectu et mortem Chriſti anno *Tiberii* 19 adiungit, *Dionyſii* areop. etiam epiſtolam ad *Polycarpum* affert. Iſtae tenebrae *nox prima*, qua Chriſtus deſcendit ad inferos; ſic tres dies et *tres noctes* ſaluantur. C. 23, Hebraei diem *vnam* nominant Hebdomadis primam. Lib. 3. *quatuor* interpretes Geneſ. 1, 6. C. 1, terram eſſe medium vniverſi. C. 10, contra eos, qui negant ſphaericum eſſe caeleſte corpus. C. 13, ii, qui non valent res ipſi intelligere, debent eccleſiaſticis doctoribus obedire; libro *ſexto* praefigun-

figuntur *quatuor* interpretes. C. 4, pluralis ille trinitatem signat. C. 6, *ad imaginem*, intellig. de principatu in cetera animalia. C. 10, *Theodorus* scripsit: Deus, cum studiosius vellet τα της εικονος ἡμιν διασωσαι, accepto vno e nobis homine, ἀθανατον και ἀτρεπτον ποιησας, εἰς ὀρανον ἡγαγεν, ἑαυτῳ συναψας. *Philoponus* ipse addit, diabolum fefellit velamentum carnis; istam ἐννοιαν *Theodorus* non amplexus est, sed sibi aliud consilium Christi excogitauit. C. 23, anima brutorum συνυφισαται corporibus, ἀχωριστος αὐτων, sed hominum anima χωριστη σωματων, ἐξωθεν αὐτοις εἰσκρινεται. Cap. 25, ex Exod. 21, 22 patet, quod *post formationem* corporis ἡ της ψυχης γινεται εἰσκρισις. Lib. 7. Genes. 1, 28 quatuor interpretes. C. 6, bonum, ἀγαθον, latius est τȣ καλȣ, non semper ἀγαθον est καλον, licet contra. C. 10, contra Manichaeos. Malum est ἑκȣσιον. C. 11, non est malum ὀσιωδες, sed ex abusu των φυσικων ἐνεργειων oritur, προαιρεσις ipsa non est κακον. Disputatio de paschate: 13 lunae, pridie *legalis* Paschatos, domini caenam mysticam contigisse; festum *Azymorum* erat die 15; festum Paschae autem 14. Ceterum *Corderii* translatio ineptis erroribus typorum non caret, nec omnia fideliter reddit. Pertinet ad hanc Tritheitarum caussam liber, quem *Photius* recensuit, codice XXIV, continentem *acta* sub *Iustino* imperatore, Constantinopoli, *Iohanne* patriarcha, inter *Cononem* et *Eugenium*, *tritheitas*, et *Paulum*, *Stephanumque*, ex haeresi των διακρινομενων. Hic *Conon* et *Eugenius* videntur *Philoponum* defendere; cum enim *Paulus* et *Stephanus* postularent, vt anathema dicerent *Philopono*, recusarunt, sed testimonia attulerunt, quod cum *Seuero* et *Theodosio*, ipsorum praeceptoribus, consentiat. Quod ad ceteram doctrinam de deo attinet, pie loquuntur, τριαδα ὁμοȣσιον, ὁμοφυη, θεον ἑνα, και μιαν θεοτητα: sed blasphemant: μερικας ȣσιας, και ἰδικας θεοτητας, ἰδικας φυσεις patrem filium et Spiritum S. dicentes. Itaque non ipsi fuerunt *Tritheitae*, sed a catholicis hoc nomine solebant insigniri.

Latini Scriptores.

Caesarius, arelat. epiſc. eius nomine feruntur *Homiliae* numero 46 olim aliquoties editae; ſed quaedam ſatis incertae. Diligentius in editione *Benedictinorum* Auguſtini ſermones illi ſelecti fuerunt, qui olim *Auguſtini* nomine venire ſolebant; numero 158 deſignauit *Oudinus* tomo I; *epiſtolae* tres ad Abbatiſſas, in codice regularum *Holſtenii*, qui et *teſtamentum* eius edidit; ep. ad *Ruricium*, lemouic. ep. *Caniſius* edidit. Scripſerat etiam de gratia et lib. arbitrio contra *Fauſtum*. *Laurentius*, novar. epiſc. cognomento, ob homiliarum ſuauitatem, *Melliſluus*; ſcripſit, de *duobus temporibus* 1) vsque ad Chriſtum. 2) Vsque ad finem ſeculi; videtur idem liber eſſe, ac 2 homiliae de *poenitentia* et eleemoſyna, aliquoties editae; homil. de *muliere chananaea*, in *Mabillonii* anal. *Fulgentii* rusp. tandem ep. cuius vitam *Ferrandus* diac. ſcripſit, ſuperſunt libri 3 ad *Monimum*; prior de duplici praedeſtinatione agit; pauca inſunt liberalis ingenii documenta. — diſceſſurum a deo praeſciuit deus, non praedeſtinauit; non eſt auctor malarum cogitationum, tamen ordinator malarum voluntatum, de malo mali cuiuslibet opere, bonum operari non deſinens etc. *ſecundus* tres quaeſtiones complectens; de ſacrificii oblatione; de Spir. S. miſſione; (ad euchariſtiam) de ſupererogatione Pauli. *Sacrificium* corporis et ſanguinis Chriſti plerique *ſoli patri* exiſtimant immolari. — dum haec inter nos quaeſtio vertitur, *recurrendum eſt* ad eos *patres*, quos deus velut luminaria poſuit, quorum fidem dignatus eſt a ſe inſpiratam oſtendere — nos dicimus, non ſoli patri, ſed ſimul vnum patri, filioque offerri — *Abraham* aedificauit altare domino etc. eligant haeretici quod volunt; vt aut conſentiant ab Abraham filio exſtructum — Cur, ſi omni trinitati ſacrificium a nobis offertur, ſancti ſpiritus tantum miſſio poſtulatur, (ad ſanctificandum ſacrificium?) quaſi ipſe pater, a quo Spiritus S. procedit, non poſſit hoc

ſancti-

sanctificare; aut filius non possit *corporis sui sacrificium, quod offerimus* nos, sanctificare. — non est localis spiritus S. aduentus — sed — vt per gratiam spiritualem in corpore christi, quod est ecclesia, caritatis vnitas seruetur — vt ea gratia qua factum est, vt ecclesia, Christi corpus, fieret, et hoc fiat, vt omnia membra in vnitate corporis perseuerent. — Manichaeo adserente, in libris V. T. *nihil de Christi in carne* vera futuro aduentu prophetice contineri, ostendit Augustinus plenam esse scripturam etc. mysticis expositionibus. Liber 3. de vera expositione illius, *verbum erat apud deum.* contra eos, qui dicebant, *apud* deum, sed non *in* deo. Spiritus est *in homine* et *apud* hominem. Sic est verbum apud deum, sicut est in mente verbum, in corde consilium. Mens cogitando generat de sua substantia verbum, intra se, vt genitum habeat apud se. *Contra Arianos*, ad decem eorum obiectiones. — in patre, filio et Spiritu sancto vnitatem substantiae accipimus, personas confundere non audemus. Beatus autem Ioannes apostolus testatur dicens, *tres sunt qui testimonium* perhibent *in caelo*, pater, verbum et spiritus; et tres vnum sunt. Quod etiam beatiss. martyr *Cyprianus* in epistola de *vnitate* ecclesiae, *confitetur* — atque vt vnam ecclesiam vnius dei esse monstraret, haec confestim testimonia inseruit; dicit dominus, *ego et pater vnum sumus;* et iterum: *de* patre, filio et spiritu sancto scriptum est, et tres vnum sunt. Nam et in libro de *oratione* dominica, Danielem et tres pueros, ternarum horarum circulis reuolutis orationem fundere solitos, memorauit; in *trium* horarum curriculo, et in *vnius* orationis officio, *vnum* deum esse trinitatem euidenter ostendit. (Talibus argumentis nos facile caremus.) *Fulgentii* libri tres ad *Thrasimundum*, Vandal. regem, de mysterio mediatoris Christi, 2 naturas in vna persona retinentis. — Naturae primitias suscipiens dominus, sicut *in suo corpore*, cunctorum *fidelium* corpus, sic *in sua anima* vniuersorum fidelium *animas* per *naturae vnitatem* et gratiam iustificationis

nis accepit. — iustitia iu carne et anima Christi simul processit; quam nobis Petrus imperat *imitandam*. — peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, vt *a peccatis nostris separati* cum iustitia viuamus — vt autem *humanae naturae* hoc *pontificatus officium* demonstraret Paulus, Hebr. 5, addit, omnis pontifex ex hominibus etc. dignum fuit et nostrae saluti conueniens, vt deus verus ex deo substantialiter natus, veram hominis carnem et animam susciperet, in vtraque cum tentatore pugnaret et vinceret; ac deinceps in vtraque tentatis subministraret auxilium, cum in vtraque infirmis et morituris victoriae *praeberet* exemplum. — quia per peccatum homo fuit separatus a deo, inter deum irascentem et hominem peccatorem, talis vtique mediatoris debuit interuenire persona, quae *ad propitiandum deum* homini, *totum verumque in se deum* de deo natum, haberet; et ad reconciliandum *hominem* deo, totum in se natum de homine hominem contineret — ac sic hominis natura, *quae mutata fuerat in deterius*, per illum *tota redintegraretur*, quo nihil est melius. Deus est Christus; Ioh. 1. Gal. 4, 4. Ps. 86. mater Sion dicet homo, et homo factus est in ea; ipse fundauit eam altissimus. Huic dicto illud Apostolicum prorsus est comparandum, Rom. 9, 5. secundum *carnem*. Ariani sine anima rationali, cuius loco λογὸς; per hebraismum autem omnis *caro*, est omnis homo; vt omnis *anima*. Verbum *habitauit in nobis*, explicat, in homine, in substantia praecipue illa, quam ad imaginem suam fecit deus, (sicut *graeci* multi.) — Tu es filius dei, Ioh. 1, 50. non solum libenter id audiuit, quod de *patre naturaliter semper est*, (ita catholici intelligebant filius dei, Ariani et alii aliter,) sed etiam praedicauit euidentissime; quod ex muliere misericorditer factus est, filium hominis se dicens. — dei infinita substantia ineffabiliter est in singulis creaturis tota et in omnibus tota, non minoratur in minimis, nec augetur in magnis – Liber 3. lib. 2. de immensitate diuinitatis filii dei. — Homo non potuisset — si vel exemplo vel auxilio caruisset. Inquirendus ergo fuit

fuit vnus, —— sed num hoc posset homo per solum hominem? —— nec angelico potuit reparationis munus adipisci subsidio, angeli enim et ipsi poterant labi. Igitur ipsa virtus fuit necessaria, quae sola naturaliter mutari deprauarique non posset; haec stantem angelum a ruina potuit custodire, et lapsum hominem reparare. —— Multa ex V. T. vt translatio, parum certa, illa suggerebat, attulit ad probandam *diuinitatem* filii dei; etiam lib. Baruch *Ieremiae* tribuit — caro Christi est *localis;* — Liber *tertius* de sacramento dominicae passionis. (contra eos, qui credunt divinitatem filii in cruce dolores et passionem substantialiter sensisse; Arianos.) — quae est vnigeniti *exinanitio*, nisi accepta passibilis et mortalis humanitas Christi? — non solum *filius dei* secundum id, quod natus est de homine, *dictus est Christus*, verum etiam homo ille *deus* dicitur, quod est a deo susceptus. Psalm 45, vnctus spiritu S. dicitur deus. — ex coniunctione *naturali* nomen dei et hominis habet vnitas personalis — licet in morte Christi carnem morientem anima fuisset desertura, diuinitas tamen nec ab anima nec *a carne suscepta* posset separari. — Christus *Lazarum* suscitaturus, in diuina natura nec animam suam, cum semetipsum turbauit, deseruit, *quia ipse semet ipsum turbauit;* nec a carne sua, cum fleret, abscessit. *Deus in carne passus*, non carni compassus, deus passionem *in carne* sensit, *cum carne* non sensit. —— non tunc nata est *diuinitas* Christi in se, cum *nata est* pro nobis *in carne.* — hominis carnem propterea *habuit mortalem*, vt nobis plenam conferret immortalitatis gratiam — — Iohannes Euang. dicit — posuerunt *Iesum* in monumento, non dixit, corpus Iesu, ob vnitatem personae, quia deus hominem non deseruit, quem ex virgine suscepit; sciebat Iohannes, quod susceptor pleni *hominis deus totus esset* cum carne sua *in sepulcro*, totus cum anima in inferno; — vt ostenderetur, *quid in* Christo potuerit tradi, prophetice dicit liber Iob 19, terra tradita est in manus impii; et tamen pro vnitate personae non solum humanitatem Christi

sed

ſed Chriſtum traditum tenet eccleſia. — Ipſa Chriſti *diuinitas*, quae ſecundum animam contriſtari, et ſecundum carnem dignata eſt *pro nobis mori* (ſatis dure et ἀκυρως iſta in abſtracto;) — Sic oportuit noſtrorum peccatorum deleri chirographum, vt dum vetus homo noſter ſimul cruci affigitur, tamquam in tropaeo victoria triumphatoris panderetur. Reſtabat tamen, ad plenum noſtrae redemtionis effectum, vt illuc vsque homo a deo ſuſceptus deſcenderet, quousque homo peccati merito cecidiſſet; i. e. *ad infernum*, vbi ſolebat peccatoris anima torqueri; et ad ſepulcrum, vbi caro conſueuerat corrumpi — — vt per morientem temporaliter carnem iuſti, donaretur vita aeterna carni; et per deſcendentem ad infernum animam iuſti, dolores ſoluerentur inferni. — *Sacerdos* tamen et *hoſtia*, *humanae naturae* tam officia cognoſcuntur eſſe, quam nomina. — non neſcimus, hunc locum (Coloſſ. 2, 8 – 15.) a nonnullis *ad perſonam patris referri*; ſed magis id ſenſus *capituli* huius oſtendit, vt vnus idemque filius, non ſolum Chriſtus, qui ſuſcitatus eſt, ſed etiam deus ipſe, qui Chriſtum ſuſcitauit, appareat; vt conſtet, Apoſtolum *dei* nomen ad filii, qui eſt ex patre, ſubſtantiam, nomen vero *Chriſti* ad eam *naturam* retuliſſe, quae eſt ex *homine*. Verſum 15, ἀπεκδυσαμενος, auxit *Fulgentius*, vt alii *Latini* ſic, *carne ſe exuens*; non pater chirographum cruci affixit, non pater carne ſe exuit — *Humanitas* Chriſti nec tota in ſepulcro fuit, nec tota in inferno; ſecundum animam Chriſtus ex inferno *rediens* ad carnem, quam in ſepulcro reliquerat – – ſecundum *ſolam carnem* mortuus – ſecundum *totum hominem*, quem accepit, *localiter deſerens* terram Chriſtus, ad coelum adſcendit – In *ſermone* de duplici natiuitate Chriſti ſub finem: Chriſtus conceptus in vtero, factus eſt *particeps mortis* noſtrae; reſurgens, facit nos particeps vitae ſuae. *Sermo* de laudibus Mariae ex partu ſeruatoris: o coniunctio ſine ſordibus facta: vbi *maritus* ſermo eſt, *vxor* auricula; nulla fieri grauedo potuit concipienti, nulla triſtitia parturienti: de caelis medicus tranſiens per

virgi-

virginem, illaesam fecit virginem permanere. Qui disrupta corporum membra in aliis poterat integrare tangendo, quanto magis in sua matre, quod inuenit integrum, potuit non violare nascendo. In angusto corporis membro sustinuit, quicquid sustinet caeli; cum esset grauida, salubri *leuitate* plaudebat; lumen enim, quod intra se habebat, *pondus habere non poterat.* Facta est Maria fenestra caeli, scala caelestis; quia per ipsam deus descendit ad terras, vt *per ipsam* homines adscendere mereantur ad caelos etc. Sed ista sufficiunt, vt intelligamus, quantum mali religioni ingenuae afferant mysteriorum immodica studia; de Maria enim inuenustissimas quaestiones repererunt posteriores. *Fulgentii* supersunt praeterea epistolae 18, quas inter libellus *de fide*, ad Donatum; epistola *Victoris*, qui *Ariani* sermonem mittit confutandum; *Scarilae* epistola; *Ferrandi* diac. duae &c. Porro, liber de *trinitate*, ad Felicem; liber ad *Victorem* contra sermonem ariani, qui a catholicis desciuerat. De remissione peccatorum libri 2; de veritate praedestinationis et gratia dei, libri 3; liber ad *Scarilam*, quo respondet de incarnatione, et animalium noxiorum viliumque procreatione; liber *de fide*, ad Petrum (olim Augustino adscriptus;) liber aduersus *Pintam*, pro fide catholica, qui tamen non esse videtur *Fulgentii*, ob ineptiarum documenta; sermones seu Homiliae plures, de quibus tamen non omnino constat. Fragmenta e libris 19. contra Fabianum; perierunt autem scriptiones multae, in quibus libri 7. de gratia dei, aduersus *Faustum* regiensem ep. Librum, de *praedestinatione et gratia* quem Theoph. *Raynaldus* defensum ibat, plerique eruditi vident non esse Fulgentii. Pleraque complectitur omnia editio *parisiensis* 1684. 4. cui *Chiffletii* adiumentum non defuit.

Epiphanius, Scholasticus, italus, vtriusque linguae peritus; qui *Cassiodorio* auctore, historiam *Socratis*, *Sozomeni* et *Theodoriti*, latine transtulit, vnde compendium fecit *Cassiodorius*, historiae *tripartitae* nomine.

Codicis

Codicis encyclici translatio eidem debetur; plura alia interierunt, e *Didymo* aliisque translata. *Anicius Manlius Torquatus Seuerinus Boethius*, illuſtriſſimae familiae, ſummis etiam honoribus geſtis clarus, a rege *Theoderico* tandem, ob rerum nouarum ſuſpiciones, (vetuſtus prologus, libris *de conſolatione* praefixus, in *Mabillon.* itiner. ital. aperte narrat, *Boethium*, cum Graecis contra regem conſilia iniiſſe;) in carcerem coniectus; quo otio ad ſcribendum vſus eſt; tandem gladio occiſus eſt. Eruditionem atque ingenium eius vel recentiores cum celeberrimis quibusque veterum comparant. Scripſit partim *philoſophica* multa; dialogos 2 in *Porphyrium*, a Victorino translatum; in multos *Ariſtotelis* libros, cuius etiam quaedam latine transtulit; de *ſyllogismis*, de diuiſione; definitione; de Arithmetica, lib. 2. de Muſica, lib. 5. de Geometria, lib. 2. de *conſolatione Philoſophiae*, partim ligata partim ſoluta oratione libris V, qui ſaepe ob grauitatem argumenti, editi fuerunt; partim *theologica*, aduerſus Eutychen et Neſtorium, ad Iohannem, rom. diac. quod trinitas ſit vnus deus, non tres dii, ad Symmachum ſocerum; de vnitate et vno; vtrum pater, filius et Spiritus S. de diuinitate praedicentur ſubſtantialiter. Confeſſio fidei breuis. *Magnus Felix Ennodius*, poſt matrimonium in clericorum ordinem adſcitus, ab *Epiphanio* ticinenſi, cui etiam ſucceſſit; ab *Hormisda* ad Anaſtaſium imper. bis in publica fidei cauſſa legatus. Superſunt *epiſtolarum* libri 9, parum vtiles; panegyricus in regem *Theodoricum*, ad hiſtoriam non nihil confert; Apologia pro Symmacho papa; vita *Epiphanii* ticin. et *Antonii*, lerinenſis monachi; praeceptum de *Cellulanis* epiſcoporum; benedictio *Cerei paſchalis*; Dictiones, ſeu declamationes, ſacrae 6, ſcholaſticae 7. controuerſiae 10. *carmina* &c. pleraque parum frugifera, niſi quod *Sirmondi* notae non nihil vtilitatis addiderunt; in operibus *Sirmondi* eſt copioſior ceteris collectio. Magnus Aurel. *Caſſiodorius Senator*, (non eſt nomen muneris,) ſub *Theo-*

Theodorico rei publicae, per honorum varios gradus, praefectus, a *Vitige* autem rege reiectus. Supersunt *variarum* epistolarum libri 12, (X. libri regum gothicorum nomine,) compendium histor. tripartitae; chronicon, ab Adamo ad Theodoricum, exigui et studii et momenti; computus paschalis; expositio in psalmos, ex Augustino; libri 2 institutionum ad diuinas lectiones, non inutiles; de *orthographia*, de septem disciplinis, de partibus orationis; de anima. *Complexiones* in Epistolas, actus, apocalypsin, ex Clemente alex. (*Maffei* primus edidit 1721, bis inde recusae;) perierunt alia; vt, panegyrici quidam, emendatio pelagiani commentarii in ep. ad Romanos, grammatica quaedam. Falso eius nomine olim ferebatur, liber de amicitia, qui est *Petri*, blesensis; expositio in canticum cantic. de schematibus et tropis SS. Optime ediderunt, benedictinus *Garetius*, 1679. et Maffei, 1729. *Hormisdae*, papae, supersunt multae *epistolae* et decreta; decretum de libris canonicis, quod *Gelasio* solet tribui, in quibusdam MStis *Hormisdae* tribuitur. *Orientius*, eliber. episcop. ab *Oresio* tarrac. ep. haud dubie diuersus, auctor commonitorii libris 2, metro heroico (rectius in editione *Martenii* ad seculum praecedens reiicitur.) *Felicis*, post *Iohannem* in carcere mortuum, episcopi rom. solent *tres* ferri epistolae; sed priores *duae* minus sunt ingenuae. *Nicetii*, ex monacho et abbate, treuir. ep. scriptiones, de vigiliis seruorum dei, et de bono psalmodiae, edidit *Dacherius* in Spicilegio; tomo 1. recent. edit. p. 221 seq. Ex prima apparet, fuisse, quibus *vigiliae* (Sabbati atque dominicae) parum placerent. Alterius scriptionis cap. 3. de modo psallendi, et vocibus non dissonis, ad sonum chori aptandis. *Epistola* ad *Iustinianum*, contra haeresin; ad *Chlodoswindam*, reginam longobard. vt maritum ad fidem cathol. adducat. *Dacio*, mediol. olim falso tribuebatur *chronicon* rerum *mediolan.* quod est *Landulfi*, et aliorum auctorum. *Iustus*, orgellit. in catalaun. ep. auctor commentarii in *cantic. canticorum*, saepius editi;

epiſtola ad *Iuſtum* diac. cuius hortatu ſcripſerat; et ad *Sergium*, papam, cui mittit commentarium; excuſat, quod membranis deficientibus *minutioribus litteris* impares quaterniones ſcripturam ſuſceperint, nec *ſtudioſe fabrefactis lateralibus* ambiatur; quod indicium non nihil ad antiquariam cauſſam pertinet. *Benedictus* ex *Aniciorum* familia illuſtri, monachorum ſui nominis parens; eius *regulam*, quam *Dialogus Gregorii* iam collaudat, centum et plures adhuc editiones ſatis vulgarunt; ceterae, quae hoc nomine olim ferebantur ſcriptiones, ſeriorum ſunt monachorum. *Iohannis*, ep. rom. *ſecundi*, feruntur epiſtolae 6, prima tamen ad *Valerium*, videtur falſa. *Dionyſius*, exiguus dictus, abbas romanus, a *Caſſiodorio* de diuinis lectionibus c. 23. laudatus adhuc viuus; multa e *graeco* tranſtulit latine; collectio ſeu *codex canonum* eccleſiaſticorum; *collectio* decretorum a *Siricio* rom. ep. ad *Anaſtaſium* 2. *Cyrilli* et concil. *alex*. epiſtola aduerſus Neſtorium; epiſtola *Proterii* paſchalis, cum ipſius *Dionyſii* epiſtolis 2. paſchalibus, (vid. *Petauii* appendix de doctrina tempor.) tranſtulit et alia. Celebris autem praecipue *aera Dionyſiana*, ab incarnatione Chriſti, qua in *Cyclo* paſchali annorum 97, ab a. Chriſti 527. vſus eſt. *Fulgentius Ferrandus*, carthag. tandem diac. in *capitulorum trium* damnationem non conſenſit, quam auctoritatem et plerique in Africa epiſcopi ſecuti ſunt. Eius opuſcula edidit *Chifletius*; *breuiatio canonum eccleſiaſticorum*, quos in capita varia redegit. *Epiſtolae*; vna ad Fulgentium, de 2. quaeſtionibus ſuper ſalute aethiopis moribundi; alia ad eundem, de 5. quaeſtionibus; ad *Eugypium* abb. de trinitate et 2. naturis Chriſti; ad Seuerum, ſcholaſt. Conſtantinopolit. quod vnus de trinitate paſſus dici poſſit; ad Anatolium, rom. diac. de re eadem; ad Pelagium et Anatolium, diaconos rom. pro tribus capitulis; ſcripſit et vitam *Fulgentii*. *Agapeti*, rom. ep. (a *Theodahado*, rege Gothorum Conſtantinopolin miſſi, vbi *Anthimi* in locum *Mennam* ordinauit;) ſuperſunt aliquot *epiſtolae*; ad *Anthimum*

thimum tamen non eſt genuina. *Facundus*, Hermianenſis in Africa epiſcopus, Conſtantinopoli diu verſatus, trium capitulorum ſtrenuus defenſor, contra *Vigilium* etiam, a cuius communione ſe ſeiunxit. Libri XII. pro defenſione 3. capitulorum (ad *Iuſtinianum*) et *epiſtola* catholicae fidei, pro 3. capitulis; item contra *Mutianum*, ſcholaſticum, aut potius contra *Vigilium*, ſuperſunt, *Sirmondi* in operibus optime. Lib. 1. c. 2. *Origeniſtae*, ob damnatum Origenem, haec eccleſiae ſcandala commouerunt, quaſi hac ratione ad eccleſiae communionem adduci poſſent *Acephali*, ſi 3. capitula damnarentur. Cap. 3. vnus de trinitate, Iohannes 1. epiſt. 5. tres ſunt qui teſtim. d. in terra &c. in *ſpiritu* ſignificans patrem — in aqua, ſpiritum S. in *ſanguine*, filium, — (ergo 7. verſum nondum legit; aliter e re ſua fuerat, ſine ſtudioſa iſta explicatione illo vti. Itaque etiam, vt tueatur iſtam explicationem, *Cypriani* addit auctoritatem: quod tamen teſtimonium Ioannis apoſtoli B. Cyprianus in libro, quem de *trinitate* ſcripſit, — de patre, filio et Spiritu S. *dictum intelligit*. Ait enim: dicit dominus, ego et pater vnum ſumus; et iterum *de patre* et filio et Sp. S. ſcriptum eſt, *et hi tres vnum ſunt*. Hic ſi v. 7. adfuiſſet, cur tam moleſta ſedulitate vſus eſſet?) Repetit hoc carmen poſtea, non vero verſum 7. — fuit aliquando quaeſtio de *nouo* nomine *perſonarum*, *ſubſiſtentiae*, trinitatis, quod eccleſiae placuit. Actor. 19. diſcipuli *tantum* Iohannis baptismate imbuti, a Paulo admoniti, in nomine Ieſu *baptizati*. — baptismo *nouo*; in *narratione* Lucae ſufficiebat ſolum nomen Ieſu ad diſcrimen baptismi Iohannis et Iudaeorum; etſi in baptismo fuit *forma* eadem, in nomine patris, fil. et Spir. S. Cap. 5. *Acephali*, quos ſignificantius nos *ſemieutychianos* poſſumus appellare. Lib. 2. c. 2. recitat ex *Iohanne* Antioch. laudes *Theodori* mopſueſt. (tres epiſtolas eius pro *Theodoro*, in ſynodo dictatas nominat *Liberatus* c. 10.) libro 3. praecipue defendit *Theodorum*; c. 2. e 13. libro codicis, quem *myſticum* appel-

 lauit,

lauit, et ex aliis, affert teſtimonia, quibus patet, *Theodorum* damnaſſe opinionem *Pauli* ſamoſat. qui negauit exſiſtentiam vnigeniti, quae eſt ante ſecula. Inhabitauit verbum ab ipſa in vtero plasmatione; non ſecundum communem inhabitationem, et gratiam; ſed iuxta excellentem, ſecundum quam etiam *adunari* dicimus vtrasque naturas, et vnam, *iuxta adunationem*, effectam eſſe perſonam; e libro 13. de incarnatione.) Mendacia Eutychiana, quaſi *Leo* Theodorum dixerit praeceptorem Neſtorii. —— Cap. 4. recte explicat et defendit *Theodori* locum, de centurione, qui Chriſtum adierit, non vt deum; *haec* enim nec diſcipulorum *erat ſcire*, ante crucem; multa loca ex *Theodoro* occurrunt lectu digna. Lib. 7. fine, recitat *Gregor.* nazianz. epiſtolam ad *Theodorum* mopſueſt. cum ſit ad alium, tyanenſem. Lib. 8. c. 2. refutat eos, qui dicebant *Proclum* Conſtantinopol. male nominaſſe *Theodorum*; *Theodoſius* et *Valentinian.* vetuerunt, in mortuos aliquam ferri ſententiam, C. 3. (itaque recte ſuſpectum ſit *Theodori* nomen, in Synodo quinta act. 5, cum in Epheſina et in codicibus non legatur, *Sirmond.*) C. 5. doceant, quomodo *Theodorus* talis ſit hareticus, vt ab eius nomine *Theodoriani* vocentur, qui Neſtoriani dicebantur. — Cap 6. Ex nomine *Cyrilli* inueniuntur quaedam *contra* Theodorum, quaedam *pro eo;* vnde neceſſe eſt, aut vtraque eſſe Cyrilli; aut neutra, aut alterutra — — C. 7. vt omittamus, quorum *nomina abolita ſunt cum haereſibus ſuis*, (an iam amatores harum opinionum omnes deſierant?) anthropomorphitas, Semiarianos, Aetianos, *Antidicomaritas*, Maſſalianos, quos et Euchitas, Euphemitas, *Martyrianos*, Sacianos (leg. Sabatianos) - *Marcelliani*, Photiniani, *Macedon.* Eunomiani, *Apollinariſtae.* — Praedicauit *Theodorus* in Chriſto 2. naturas, quem Eutychiani mentiuntur putaſſe duas perſonas. Lib. 9, e *Theodori* ſcriptis plura, quibus monſtratur alienus fuiſſe ab iis, quae de illo conficta ſunt. *Tria* ſunt, in quibus eius dicta calumniantur; 1) vnicam trinitatis

credi-

credidisse personam. 2) Aliam dei verbi et aliam *Christi* (ad *hominem* referebat hoc nomen et Fulgentius, p. 445.) personam, qui homo tantum fuerit. 3) Euacuasse eum omnes in Christum factas prophetias, quod Manichaeorum est — haec despicienda erant, nisi tantorum episcoporum coacta subscriptio *nugis talibus* nos respondere compelleret. *Theodorus* de psalmo 44. 45. tria loca. In Matth. XVI, 11. priore tempore eum homines aestimabant esse hominem et amplius nihil, sed ex magnitudine operum et gratia Spiritus S. quae super apostolos venit, intellectus est postea et creditus verus deus — secundum hominem et secundum eam, quae apparebat naturam, pleraque loquebatur; aliquot loca verbosa — haeretici velut fures et canes non integras sententias Theodori, sicut habentur, depromunt. C. 3. locus ex libro 5. de incarnatione. C. 52. lib. 6. C. 54. lib. 10. C. 70. Ioh. 1, 26; agnus dei, humanitas, quam videbat Ioannes; qui tollit peccata mundi, diuinitatis est — apostoli et doctores ecclesiae quaedam locuti, tamquam diuini sacramenti dispensatores, non omnibus eadem nec eodem modo tradentes. — Libris 15. de *inhumanatione* egit Theodorus (lib. 10. C. 1. ad XV. millia versuum; quemlibet librum 1000. versus) Lib. X. contra Eunomium: Iudaei Messiam ex prophetarum vocibus exspectabant — sed non propterea filium dei, deum, sciebant; hominem purum arbitrati sunt Christum, secundum probatissimos prophetarum futurum, licet parum aliquid his meliorem. Cap. 4. E quarto libro aduersus Apollinarem; e libro 9. Cap. 5. sacramentum adoptionis suscepit Christus et cum circumcisus et cum baptizatus est; et potest *sacramentum* adoptionis *nuncupari* adoptio: sicut *sacramentum* corporis et sanguinis eius, *quod est in pane* et *poculo* consecrato, *corpus* et sanguinem eius *dicimus*; non, quod *proprie* corpus *sit panis* et poculum sanguis: sed quod in se mysterium corporis eius sanguinisque contineant; sicut fideles *sacramentum* corporis et sanguinis eius *accipientes*, recte *dicuntur corpus* et

 sangui-

ſanguinem Chriſti *accipere*, ſic et ipſe Chriſtus potuit recte dici ſuſcepiſſe adoptionem filiorum, cum ſacramentum adoptionis ſuſcepiſſet. — — Chriſtus ſecundum humanitatem ſi *natura* dicatur filius dei, in Apollinarem incidimus; reſtat ergo, vt ſec. hum. gratia ſit filius dei. *Theodori* locus ex principio operis, de Apollinario et eius haereſi: aduerſarii, cum non poſſent mea reprehendere, *interpoſuerunt* quaedam inepta in medio noſtrorum ſcriptorum. — Idem ad *Cerdonem* ſuper expoſitione in *Pſalmos*. Cap. 2. Petrus apoſtolorum primus, cum non recte ambularet, *reprehenſus* a Paulo non indigne tulit. C. 4. quis ipſos apoſtolos, in ipſo tempore, *quo haec ignorabant*, (Ioh. 14, v. 9. 10.) haereticos fuiſſe audeat ſuſpicari. — Eccleſiae ſuae *nullam poteſtatem* dominus tribuit *in mortuis*, *ſoluendi et ligandi*. C. 5. de *Athanaſio*, qui *Dionyſii* quasdam ſententias excuſauit. C. 6. Sic *Baſilius* defendit *Gregor*. thaumaturgi, duras phraſes; *Hilarius* de ὁμουσιος, quod LXXX. patres contra Paulum ſamoſat. repudiarunt; in epiſtola, quam de exilio ſcripſit epiſcopis *Germaniae* primae et ſecundae, *Belgicae* primae et ſecundae, Lugdunenſ primae et ſecundae, prouinciae *aquitanicae*, *nouempopulanae*, et ex *Narbonenſi*, plebibus et clericis *toloſanis*, et prouinciarum *britanniarum* epiſcopis. *Hilarius* etiam defendit *Sirmienſe* concilium, in quo tamen dicebatur: non exaequamus patri filium; ſed ſubiectum intelligimus &c. *Martha* et *Maria* non ſciuerunt Chriſtum eſſe deum praeſentem, licet *filium dei*, qui in mundum veniſſet; aliter non dixerat, *ſi fuiſſes hic*. Lib. XI. c. 1. *Euſtathius*, antioch. qui primus fuit in *nicaeno* concil. ſcripſit: fil. hominis cur *ignorat* diem iudicii? Sicut hominem, cauſa ſalutis hominum, verbo coaptauit et deo: ſic iudicii diem cauſa diuini beneficii, competenter homini abſcondit; ne forte ineffabilia myſteria ſimilis generis hominibus *homo indicans*, diem ſecundi aduentus oſtenderet. C. 2. *Athanaſius* in epiſtola quadam ad *Antiochenos* ſcripſit, *duas eſſe perſonas*, hominis adſumti et dei

verbi

verbi adſumentis. *Petrus* alex. (in epiſtola ad epiſcopos, presbyteros et diac. ſub *Valente* Diocaeſaream relegatos) excitauit *Athanaſii* epiſtol. ad Antiochenos, in qua exſtat, Ieſus Chriſtus, qui iuxta hominem ſaluatoris intelligitur, non eſt *ipſe ὁ αὐτος*, Hebr. 13, 8, nam aliquando infans, vir annorum 30 &c. *Petrus* autem ipſe: integrum hominem aduentu ſuo ſaluauit ſaluator: ſi totum ſaluat, totum adſumſit, *non in adiutorium ſaluationis*, ſed ad totius ſalvationem. In eadem epiſtola *Athanaſius*: Spiritus vitae ſanctus cum patre et filio in ſingulis prophetarum tranſiens, qui indicat, quae erunt et quae fuerunt, — duas *perſonas* ſignificans, de homine ex Maria; et de illo, qui ante ſecula eſt; — dicunt quidam, quomodo Prouerb. 8, 22, *dominus creauit me*, in eum dictum eſt (hominem,) cum *operatio corporis* domini ſit a *quadringentis* annis. Scripſit etiam (Athanaſius, quod nomen repetit) contra *Manichaeos* (eſt *Serapionis* Thmueos ep.) quando enim hominem *Ieſum* video, intelligo qualis eſt &c. (at nomen *Ieſus* nec eſt in Serapione nec ad rem pertinere poteſt.) Cap. 3. ex *Amphilochio* iconienſi epiſc. Loca fere eadem, quae in dialogis Theodoreti habentur. *Gratianus* et *Theodoſius* maior, praeceperunt, vt illi ſoli eccleſias haberent; qui ex Amphilochii, Diodori et ſimilium *communione catholici* haberentur. Cap. 4. ex *Gregorio*, nyſſeno, ſimiles phraſes, pro defenſione *Theodori*. Cap. 5. *Chryſoſtomi*. C. 6. *Auguſtinus* fatetur, facile ſe errantem monenti cedere, nec aliis ſic credere, vt canonicis ſcripturis. C. 7. ex dictis *Cyrilli*, quibus ſolemus interpretando parcere. (E commentar. in *Matthaeum* etiam.) Lib. 12. Etiam Apoſtolorum tempore multi ignorabant aut aliter ſentiebant, quam veritas fert, tamen catholici. *Haemorrhouſa* non ſciuit Chriſtum deum eſſe. — Diſputamus inceſſanter atque incondite de fidei chriſt. *dogmatibus*, volentes in reprehenſione aliorum docti et religioſi videri; et quae reuerenter *parceque* tractanda ſunt, paſſim myſteria ventilamus, Inane myſteris nomen relictum

 eſt.

eſt. Nam inter otioſas fabulas et vulgares habentur neceſſariae et *paucis committendae* fidei quaeſtiones. Et in his omnibus videmur nobis cauſſam pietatis agere. — Multi, (*οἱ πολλοι*) per ignorantiam ſuam in plurimis errant — perfectiores, ſapientiae dono praeualent intellectu capere veritatem, et ea mente complecti, quae *tantummodo creduntur* ab aliis. — — Sapientiſſime hic *Facundus* ſententiam dicit de varietate cognitionis, et vitae virtutisque pari ſtudio. C. 3. de iure eccleſiaſticorum, in canonibus ſtatuendis, loquitur inuenuſtius. *Marcianum* exempla V. T. veritum, Oziae &c. ſciſſe, ſolius Chriſti eſſe, *regnum cum ſacerdotio ſimul habere.* Cap. 4. iratus eſt in *Zenonem*, qui ſibi nimium ſumſerit, (edicto *vnionis*, Henotic.) Illud facile conſtat, e multis huius ſeculi ſcriptis, *Facundi* hoc opuſculum eminere, lectu digniſſimum. Epiſtola ſeu liber contra *Mucianum*, qui ea, quae *Auguſtinus* contra *Donatiſtas* ſcripſerat, nunc iis aptabat, qui nollent in damnationem 3. capitulorum conſentire.

Vigilius, conſulis fil. romanus epiſc. per *Theodoram*, nec ſine ambitus crimine; *Silverio* eiecto, et occiſo tandem. Varii et parum liberalis ingenii homo. Superſunt *epiſtolae* quaedam, et ſcriptiones contrariae de tribus capitulis. *Ruſticus*, eius diacon. atque itineris Conſtantinopolitani comes, cum alio diacono Sebaſtiano, diſceſſit a *Vigilii* communione; auctor libri aduerſus *Acephalos*, ad hunc Sebaſtian. *Arator* ex Comite ſub Athalarico, ſubdiaconus romanus, edidit hiſtoriam apoſtolicam e *Luca*, carmine heroico. *Victor*, capuan. epiſc. *Harmoniam* euangelicam *Ammonii* ſeu *Tatiani*, vt putauit, latine vertit; *catenam* in 4. euangelia e veterum ſcriptis collectam habuit *Feuardentius*; auctor etiam fuit *cycli paſchalis*, contra *Victorium*. *Primaſius*, adrumeti in byzac. Africae prouinc. epiſcopus, circa ſeculi medium cum aliis eccleſiaſticarum rerum cauſſa Conſtantinopolin miſſus; collegit e latinis ſcriptoribus *commentaria* in epp. *Pauli*; et in *Apocalypſin*, edidit vtrumque *Gagnaeus*. Certum

eſt

eſt, eum etiam *de Haereſibus* tres libros ad Fortunatum ep. ſcripſiſſe (*Iſidorus* de ſcriptor. c. 5.) atque non defuerunt quidam eruditi, (*Holſtenius* fide codicis *vatic. Caue, Oudin*, qui tamen poſtea mutauit ſententiam, a qua et *Sirmondus* fuit alienus,) qui ſupereſſe eos putarent; hos nempe, quos *Praedeſtinati* nomine edidit *Sirmondus*. De qua re etſi non ſatis conſtat: operae tamen eſt pretium, hic pauca ex *Praedeſtinato* excerpere, quia commodior vix ſe obtulerit occaſio. Libro *primo*, de Haereſibus, XC haereſes deſcribuntur (ex *quinque* graecis ſcriptoribus Epitome, *Hygino*, *Polycrate*, *Africano*, *Heſiodo*, *Epiphanio*; ex iis enim *Philaſter* etiam collegit.) Nominat multos epiſcopos et ſynodos plures, contra Haereticos; ſed minus certa ſunt pleraque. Num. 47. de *Hieracitis*: ſicut, qui infantem occidit, *homicidae* crimen habet, (ſunt enim iam homines) ita, *qui eos baptismate* conſecrarit, mercedem ſibi de hominis ſalute acquirit; (igitur iſto tempore nondum vbique vigebat paedobaptismus.) Num. 50. *Audiani* clamant: noſtros epiſcopos habere diuitias, quas Chriſtus etiam laicos contemnere iubet. 71. Haereſis *Rhetorianorum*, a *Rhetorio*; dicunt omnes haereticos recte apud deum incedere, quia hoc in eorum mentibus datum eſt; ſic colunt deum, ſicut poſſunt. Error eorum nobis videtur reprehenſibilis, apud deum autem nec error eſt, nec vituperatio; in omnia templa, vbi invocatur Chriſtus, natus de virgine, introeunt. 73. *Theoponitarum*; diuinitatem in Chriſto docent ſic doluiſſe, ſicut anima in corpore. Sed — *anima* Chriſti humanitatis *ſenſit*, quam cum corpore adſumſit; non ipſe (ſenſit,) qui adſumſit. 74. Triſcillidae (τρισκελίδαι;) triformem deum adſerunt; vt quaedam pars ſit pater &c. et hinc trinitas in vnitate. Sed — *tria perfecta* (ſic) non *faciunt* tres deos, ſed vnum. 76. *Homuncionitae*, imaginem dei eſſe in corpore. 77. *Ametritae*, innumerabiles mundos eſſe dicunt. 79. Adecerditae (ἀδηκερδῖται) dicunt, Chriſto deſcendente ad inferos, omnis animarum mul-

 titudo

titudo occurrit ei, credidit, et *ſaluata* eſt. 82. *Iouinianiſtae; Ambroſius* ſcripſit contra eum; in eccleſia lateranenſi clamarunt anathema contra eos in ipſo initio quadrageſimae; — in ipſa *authentica* hebdomada Paſchae inventi ſunt epulantes, porcorum carnibus; aſſum porcum, quem in menſa eorum inuenerant (catholici) populi *collo eius* ſuſpenderunt et per totam ciuitatem fecerunt circuire. 84. *Heluidiani* — *nuper*, i. e. ſub *Siricio* rom. ep. orti ſunt et per Italiam et Gallias direxerunt diſcipulos ſuos. 85. *Paterniani* (an Partiani?) inferiores corporis partes a diabolo eſſe volunt; et *Venuſtiani* (a Venere) a *Damaſo* damnati, qui ad *Valerianum* ſeniorem de illis ſcribit: ſcire volumus pietatem veſtram, Venuſtianos in ſcelere turpiſſimo detectos ab apoſtolica ſede eſſe damnatos. 86. *Tertullianiſtae* a *Sotere* iam damnari ſed ideo ſerius ponuntur: *Octauiana* quaedam veniens ex Africa, cuius vir, *Heſperius*, videbatur Duci *Arbogaſto* valde coniunctus, qui etiam apud *Maximum* tirannum multum potuit. Haec mulier adducit aliquem tergiuerſatorem, verſutum daemonem, cui vix centum occurrerent *verboſanti*. Hic cum ſe presbyterum diceret Tertullianiſtam, meruit per *ſacrum* ſcriptum (Maximi,) vt ſibi collegium extra muros vrbis fabricaret. Quod cum impetraſſet a Maximo, ſanctorum noſtrorum excluſit *locum* (baſilicam martyrum); i. e. duorum fratrum *Proceſſi* et *Martiniani*, dicens eos *Phrygas* fuiſſe. Cum vero *Theodoſius* viciſſet Maximum, fugit cum matrona illa. Martyrum ſuorum excubias deus catholicae feſtiuitati reſtituit. — *Tertullianus* habuerat baſilicam apud Carthaginem, vbi populi ad eum conueniebant; quae fuit vsque ad *Aurelium* ep. Agente enim *Auguſtino* et diſputante cum eis, conuerſi ſunt, et ſuam eccleſiam ſanctae eccleſiae contulerunt. (Haec haud dubie ad *Priſcilliani* et *Ithacii* cauſſam pertinent.) 87. *Abeloitae;* nubunt quidem, ſed non vtuntur matrimonio; adoptant vero puerum et puellam; qui ſimiliter, poſt illorum mortem, faciebant, vicinis circumquaque generantibus,

bus, et filios suos inopes lubenter ad spem haereditatis alienae dantibus. 88. *Pelagiani* — infantes baptizandos, propter regulam vniuersalis ecclesiae, non vero, ob originale peccatum. Contra eos scripsit *Constantius*, tractator &c. pelagiani ecclesiam non habent, sed catholicae plebi permixti sunt, et communionem non renuunt. *Pelagius* in commentario ad *Romanos* 5, 12. *Caelestium* innuit, qui *primus contra traducem* scripsit. 90. *Praedestinatorum*, qui de nomine Augustini mentiuntur — negant virtutem mysteriorum (sacramentorum). Liber II. continet ipsam haeresin 90, quae adserit, dei praedestinatione peccata committi. Hic nos obseruamus, quod ignoramus, an iam fuerit repertum, ea omnia, quae a num. XXV. (pag. 302. *Sirmondi* edit. operum Venet.) leguntur, redire libro 3. num. 25. (pag. 336 seqq.) Negant vocabulum *omnis* esse signum vniuersale; e. g. *omnes* declinauerunt; non tamen omnes; *omnis* homo mendax, non tamen verum est; pars maxima significatur. Lib. 3. refutationem continet; num. 8. p. 318, ite ad catechumenos et poenitentes, et videte, vtrum pontifices *nolentibus* gratiam tradant; explorant baptismi veram voluntatem; et manum non imponunt, nisi *confessionem voluntariam* ostendenti; quomodo ergo dicitis, antecedit *gratia* voluntatem? — et tamen est etiam prior gratia, p. 319. nec enim nos rogauimus, vt veniret Christus, sed non rogatus aduenit — iam, ex tempore passionis et resurrect. quo iam *gratia* in mundo diffusa est, et *in gremio ecclesiae* haec *dona* diuinae *gratiae* collocata, qui non cucurrerit, ad ista dona dei, et ipse, non vadens ad ecclesiam, expectat, vt ad ipsum veniat ecclesia — hic dicimus, *gratia dei* absque personarum acceptione *in gremio* est collocata ecclesiae; si quis eam *voluerit* quaerere etc. cur ergo non vis, non petis? — Paulus *Rom.* 7. personam carnalis ipse suscepit — ibidem, 24, quis liberabit! *gratia dei*. Veniet ergo *gratia* baptismatis sacri et carnalem faciet spiritualem. — p. 329. nisi ex fide voluerit,

nullus

nullus ei baptismatis donum *gratiae diuinae* impertit. — quid eſt *gratia*, vt quod petieris gratis accipias; — amorem ſolum flagitans, quaſi oſtenſâ pulcra et diuiti puellâ, p. 331. — non ceſſauit lex naturalis, p. 334, Abel, Enoch, *Noe*, *Abraham* — Ioſeph, ceteri placuerunt legis naturalis inſtinctu. P. 335, *liberum arbitrium;* arbitrium in mente, *libertas* in corpore; fur clauſus non habet libertatem furandi; ſed arbitrium habet. — Hic eſt libellus veſter, quem nulli datis, niſi ſub ſacramento; (dicentes), vide ne prodas, ne des imperitis, regnum dei paucorum eſt; maxima pars muliercularum meretur a vobis hunc libellum accipere; documentum eſt praedeſtinationis, ſi eum ſicut animam tuam ſerues. Mulier, quae animo vir fuit, nobis prodidit — euacuaſtis *ſacramenta;* dicitis *baptismum*, dum traditur, non habere vllum fructum; — expectate alterum Chriſti corpus, alterum ſanguinem; iſtum enim non *in re*, ſed in *ſpe* eſſe iactatis. Pag. 343. excerpta quaedam, ex *Arnobio* iuniore in Pſalmum 147 leguntur, quia tam ſunt ſimilia, vt videantur eſſe vnius auctoris, aut ex altero vtraque ſublecta; de qua re iam ſuperius monebamus, licet iſta hic nondum vidiſſemus.

Ad *Primaſium* ſcripſit *Iunilius*, afric. ep. de partibus diuinae legis lib. 2. ferebantur et commentarii in 3 Geneſeos capita; ſed ſunt *Bedae*. *Eugypius*, presbyter afric. rogatus a neapolitano epiſcopo quodam, ex *Auguſtini* ſcriptis multa capitula *theſauri* nomine collegit; qui ſupereſt. *Ferreolus*, filius *Blitildis*, regis Chlotarii filiae, epiſcopus gallicus; monaſterii a ſuo nomine dicti auctor, *regulam monachorum* ſcripſit, quam *Holſtenius* edidit in *Codice*. *Liberatus*, carthag. archid. trium capitulorum ſtrenuus defenſor; Romam ea cauſſa a ſynodo miſſus. Auctor *Breuiarii*, ſeu hiſtoriae controuerſiarum *Neſtor*. et Eutych. quae tamen concilium quintum non attingit; *Garnerius* optime edidit, librum bonae frugis plenum. *Pelagius*, Agapeti, *Siluerii*, *Vigilii*, apocriſiarius, cuius opera *Iuſtinianus* multum vſus eſt; tandem ipſe ro-

manus ep. supersunt *epistolae* quaedam. *Martinus*, e *dumiensi* abbate bracarensis ep. collegit *canonum* codicem; sententias patrum Aegyptiorum; de differentiis 4 virtutum, ad *Mirum*, Sueuorum regem; et moralia plura. *Pelagii*, secundi, ep. rom. supersunt quaedam epistolae, (praeter spurias,) e quibus *tertia* ad Eliam et episcopos *Istriae*, a Gregorio adhuc diacono scripta, in caussa trium capitulorum; haec enim nolebant hi epp. condemnari; p. 247. tom. 3. *Harduini*, Galat. 2, 14, clare de Petro exponitur. P. 430, ecce quales, plusquam decem millia librorum *Theodorus* scripsisse dicatur. *Gildae* (lib. 9. Gregor. ep. 127, quae est *Columbani*, dicitur *Giltas*,) cognom. sapientis, monachi-*Banchorensis*, superest, liber *Querulus*, seu epistola de excidio Britanniae et castigatio ordinis ecclesiastici; editio *Polydori* est parum ingenua. *Euanti*, ignoti abbatis, (certe non episcopi *Viennensis*, vid. *Basnage* ad Canisium, tom. I. p. 521. nouae edit.) superest epistola, contra aliquos *Caesaraugustanos*, qui sanguinem animalium putabant immundum. Stilus satis ineptus et monastici ingenii; sed id recte tenet, in ecclesiae infantia olim multa adhuc obseruata fuisse, quibus iam non opus est. *Leander*, hisp. aep. Visigothorum apostolus; eius certe studiis *Ariani* conuersi; scripsit, regulam de institutione virginum et contemtu mundi, in *Holstenii* codice; homiliam in laudem ecclesiae, cum Ariani conuersi essent, satis ieiunam; plura, aduersus Arianos, perierunt; nec nihil videtur contulisse ad *missam mozarabicam*. *Columbanus*, Congalli in Hibernia abbatis discipulus, in Burgundiam profectus, monasterium *luxouiense* fundauit, atque inde a *Theodorico* rege expulsus prope Neapolin, *Bobiense*; superest regula monastica; *poenitentiale*; et praeterea poemata sacra, epistolae, et *sermones* quidam. *Gregorii* M. opera optime ediderunt *benedictini*, tomis 4. fol. 1) exegetica; *moralia* ista in *Iobum*, libris 35; in *Ezech.* homiliae; in Euangelia, homil. hodie nullius pretii. 2) Regula pastoralis; *dialo-*

dialogus ille, lib. 4. (de quo multa fuit diſputatio; *graeca etiam* libris his translatio non deeſt;) regiſtrum epiſtolarum. 3) Liber ſacramentorum (cum *benedictionali*,) Antiphonarium; commentarii libri 6. in 1. regum ſeu Samuel. In canticum cant. in pſalmos poenitent. concordia quorundam locorum SS. 4) Vita *Gregorii*. *Epiſtolae* pleraeque ſatis vtiles; quibusdam mala manus non defuit; facilem vſum antiquarium, et iuris eccleſiaſtici, adiuuat *index titulorum* a cardin. *Carafa* congeſtus; vnde multa ad *eccleſiaſticum ſtatum* pertinentia luculenter poſſunt perſpici. *Iſidorus*, *Fulgentii* carthag. ep. et *Leandri*, cui archiepiſcopus a. 595. ſucceſſit, frater. Praeter *hiſtorica*, (Chronicon, hiſtor. Gothorum, Vandalorum, Sueuorum;) ſcripſit, *Originum* ſeu etymol. libros 20; de ſcriptoribus eccleſiaſticis; de vita ſanctorum vtriusque teſtamenti; de diuinis ſ. eccleſiaſticis officiis; commentarios in libros hiſtoricos V. T. (in 4 regum videntur eſſe *cordubenſis* Iſidori,) allegoriarum SS. liber, in octoteuchum, ex aliis; de ſummo bono, lib. 3. ex Moralibus Gregor. contra nequitiam Iudaeorum, libri 2; de ordine creaturarum; regulam monachorum; et plura alia. *Gloſſae*, videntur non vnius eſſe auctoris, nec ſunt tantum ex originibus, vt putabat Caue; collectio falſa *conciliorum* et *decretalium*, quae ſaepius excuſa eſt, a *Blondello* praecipue diſcuſſa fuit.

Hiſtorici Latini.

Anonymum, latinobarbarum *chronicographum* edidit *Scaliger*, ex *Puteani* bibliotheca; quem *Caue*, *Vſſerium* ſecutus, ſub initium ſeculi refert. *Cogitoſus*, vitam S. *Brigidae*, Hibernae, ſcripſit; *Basnagius* eum hoc ſeculo adhuc longe recentiorem ſtatuit; non ſine ratione; miraculis enim nimis turget. *Marcellinus*, Comes in Illyrico, *chronicon* ſuum ad a. 534 ſcripſit, ab a. 379; inde alia manus plura addidit; *Iornandes*, vel *Iordanus* e Gothis, Gothorum tandem epiſcopus; ſcripſit de

de rebus *Geticis*, s. historiam Gothorum; de regnorum et temporum successione, s. de origine mundi etc. *Victor*, tununens. episc. ob defensionem trium capitulorum variis exiliis circumactus; scripsit *chronicon*, quod ab anno 444, in quo desiit *Prosperi* chronicon, ad a. 566 pergit. *Germani*, episcopi parisiensis, superest epistola ad *Brunchildam* reginam, vt *Sigebertum* regem (maritum) a bello reuocaret, quod in *Chilpericum* fratrem meditabatur. *Venantius Honorius* Clementianus *Fortunatus*, poematibus clarus; de vita S. *Martini*; *Hodoeporicon*, ad iuniorem Iustinum; de excidio *Thuringiae*, ex persona Radegundis etc, variorum SS. vitae, S. *Hilarii*, pictav. *Albini*, andegau. ep. *Germani*, paris. *Radegundis* et aliorum; expositio orat. dominicae, symboli et epistolae quaedam; commentar. in *Athanasii* symbolum edid. *Muratorius* tom. 2. anecd. latinor. adiecta disquisitione ad *Zacagnium*, qua autumat, vel ipsum symbolum huius auctoris esse posse. Est satis tenuis; Christus natus est in *seculo*, i.e. hoc *sexto* miliario, in quo nunc sumus; descendit *ad inferos*, vt protoplastum, Patriarchas et Prophetas, et omnes iustos, qui *pro originali peccato* ibidem detinebantur, liberaret; alii vero, qui praeterea *principalia crimina* commiserunt, in tartaro poenali manserunt. *Georgius Florentius Gregorius*, nobilis aruernus, *Euphronii* turonensis successor; scripsit *Epitomen* de rebus gestis Francorum; *Historiam* siue annalium *Francorum* libros X; a *du Chesnio*, et optime a *Ruinarto*, editos; libros 7 miraculorum (4. de mirac. *Martini*. 2 de gloria martyrum; de gloria confessorum lib. vnum) de vita et morte 7 dormientium; in *Ruinarti* edit. etiam *Fredegarii* scholastici epitome et alia fragmenta adiecta sunt. *Marius*, auentic (Lausanna postea) episc. auctor. chronici ab a. 455. (a fine *Prosperi*) ad a. 581. *Iohannes*, e Visigothis, Constantinopoli aliquamdiu vixit; redux tandem monasterium *biclariense* condidit, postea episc. gerundensis. Superest eius *chronicon*; quo *Victorem* tununensem continuauit, ad a. 590.

Syri

Syri Scriptores Monophyſ.

X*enajas*, mabugenſis, ſeu *Philoxenus*, epiſc. Hierapol. quem *Theodorus* lector negat *baptizatum* fuiſſe; *Aſſemanius* iſtam fabulam refutauit, bibl. orientali tomo 2. Hoc ſeculo, (fuit enim iam ſub finem quinti epiſcopus) *Anaſtaſius* eius conſiliis vſus eſt, ad opprimendum concil. *chalcedon.* A *Iuſtino* in exilium cum *Seuero* etc. miſſus, a Syris dicitur in vrbe *Gangra* fumo necatus fuiſſe. Clariſſime negauit, Spiritum S. *e filio* eſſe; noluit incorporearum ſubſtantiarum *imagines* depingi; eas igitur ſuſtulit, et angelorum et Chriſti. Multa *commentaria* in SS. edidit; ſub eo accuratius verſio *ſyra* quatuor *euangeliorum* ad graecos libros comparata; nouis ſeculo ſequenti ſtudiis *Thomas*, Heracleenſis, eam recenſuit, ad graecos libros. *Anaphora;* ordo baptismi; tractatus 3 de trinitate et incarnatione (contra Phantaſiaſtas, et Neſtorianos; vnam eſſe in Chriſto naturam (compoſitam), ex diuinitate et humanitate. ſed ſine confuſione earum: (vnde poſtea *monotheletarum* haereſis,) diſſertatt. X. de vno ex trinitate incarnato et paſſo; Epiſtola contra *Stephani*, Bar-*Sudaili*, edeſſeni, opiniones; (olim vnamquamque creaturam fore deo conſubſtantialem) *Stephanus* ille, *Luc.* 13, 32 ſic explicabat: per feriam ſextam, mundus hic malus; Sabbatum, requies, poſt conſummationem; *dominica*, perfectio, cum deus erit omnia in omnibus, et omnia in deo erunt vnius naturae. *Profeſſio fidei;* epiſtola ad *Zenonem*, imperatorem, de incarnatione; Epiſtolae 2 ad monachos *Gaugalenſes;* epiſtolae plures dogmaticae. *Paulus*, callinici epiſc. a *Iuſtino* ſede ſua deiectus, quia chalced. concil. reiiceret; *Edeſſae* haeſit, et *Seueri* libros e graeco in Syriacum vertit; quibus praefationem adiecit, de vario nominis, corruptio, ſignificatu. Idem ſyriace transtulit et correxit *Seueri* Octoechum. *Maras*, epiſc. amidenus, graece et ſyriace peritus; ſcripſit commentar. in Euangelia; (in Iohanne capitulo ſuo 89 habuit hiſtor. *adulterae*, quod non

in

in omnibus codicibus exstat; sed distat haec translatio supra huius capitis ab ea, quam edidit *Waltonus*). *Zacharias*, rhetor, (de quo *Euagrius* aliquoties) seu *Malela*, episc. meletinensis in Armenia; superest MSta syriace eius histor. ecclesiastica; 2. priores partes, epitome *Socratis* et *Theodoreti*; tertia, ipsius opus, a *Theodosio*, iuniore, ad Iustinianum; quaedam excerpta, de *chalced.* concilio, *Proterio*, Theodosio monacho, Hierosol. ep. intruso; de *Trisagii* additamento &c. edidit *Assemanius*. *Iacobus*, Baradaeus, *Zanzalus*, episc. *Edessae*, quem *Iacobitae* solent collaudare; scripsit anaphoram, *catechesis* vero et quaedam alia sunt iuniorum temporum. *Petrus*, iunior, (vt a *fullone* distinguatur;) antioch. patr. post Paulum; *trinitatis* mentionem fieri non opus esse, statuit; sed *Damianum* alexandr. potius eo in loco erraſſe non Petrum, notauit Assemani p. 71. qui et p. 72 seq. edidit narrationem ex *Dionysii* Patriarchae histor. eccles. de *Stephano* (*Photii* cod. 24.) alexandrino, quem *Damianus* damnauit, quia negauit, post vnionem remanere distinctionem earum rerum, ex quibus est Christus; et adhaeserunt *Probus* et *Iohannes* Barbur, archimandrita, antiocheni &c. Scripsit *Petrus* contra *Damianum*. Hic, eum Ioh. *Philoponum* impugnaret, eo venit, vt *personas* et *proprietates* idem esse diceret in diuinis; seu innascibilitatem, generationem passiuam et processionem a persona patris, filii, et Spir. S. non posse distingui. — *Petrus* ex epistola quadam *Seueri* hoc attulit, p. 81. Accidit sub *Macedonio*, cum Seuerus Constantinopoli esset, vt quaestio studiosissime haberetur, de *Matthaei* loco; vbi quidam falsauerant, insertis verbis de milite, qui lancea Christum perfodit. Producto in medium Euangelio *Matthaei*, in Cypro inuento, sub *Zenone*; ostensum est, non exstare hic; nec expositores (Matthaei) attigerunt, praeter *Chrysostom.* et *Cyrillum* &c. abesse etiam debet, ex *canone* Eusebiano, qui istud soli *Iohanni* tribuit. *Moses*, ex oppido *Aghel*, monasterii alicuius praeses, syriace red-

didit *Cyrilli* Γλαφυρα; in praefatione scripsit, p. 83, neminem miraturum, si translatio allegatorum biblicorum non conueniat cum syriacis exemplis; magnam enim esse varietatem versionis noui testam. per *Xenaiam*, e graeco factae — *Iohannes* monophysit. in *Asia* episcopus, auctor historiae a *Theodosio* iun. ad *Iustinianum*; (e qua splendida hominis mendacia, de 70000. nouis christianis pag. 364. descripsimus). Videntur et ista a veritate esse aliena, quod de peste Constantinopoli scribit, quae singulis diebus 12000 - 16000. homines interemerit — *daemones* per vrbem discurrisse sub specie monachorum et clericorum, vnde contemtus clericorum non exiguus ortus sit. *Thomas*, Heracleensis, Hierapoleos episc. auctor *Anaphorae*, ordine alphabetico; sed longe celebrior ob translationem N. T. syriacam seu recensionem *Philoxenianae*, e *graeco*, (Euangelia, ad tria exemplaria,) qua vtuntur Iacobitae. (Vid. *Ridleyi* dissertatio de *secunda* translatione syriaca, quae hic cum *Wetstenii* libellis criticis recusa est.)

Syri Nestoriani.

Iob, monachus nestorian. *Abrahae*, cascarensis discipulus; *asceticas* quasdam *Abrahae* regulas *persice* e *syriaco*, interpretatus est; *Ioseph*, nestor. patriarcha post Mar *Abae* mortem, ab anno 552, sed postea ob tyrannidem depositus; *medicinam* inter graecos didicerat, (sicut et episcopus Zabarum, seu Naamaniae, medicae artis et *persicae* linguae peritus fuit; *Assemani*, tom. 3. pag. 433.) supersunt *Iosephi* canones synodales 23. Successit ei *Ezechiel*, *Marabae* pistor, inde discipulus, et patriarcha tandem, vsque ad a. 580; canones 39. edidit; sub eo claruit *Paulus*, persa, qui *Isagogen* in dialecticam scripsit. Cum metropolita Persidis fieri cuperet, et spe excideret, ad *magorum* sectam transiit. *Sabariesus* patriarcha post Iesuiabum Arzunitam, anno Christi 604. mortuus; ei olim adhuc eremitae angeli *baculum* pastora-

lem

lem tradere viſi; nec miracula alia, vt decet, defuerunt; ei cum *Mauritio*, cui cucullum pro benedictione miſit, interceſſiſſe commercium ferunt; vili habitu vſus eſt (adeo vt legatus graecus ei exprobrarit: *regum et patriarcharum* dignitatem inſignem habitum depoſcere.) — Scholam ſecum habuit. Scripſit hiſtor. eccleſiaſticam; cuius vix fragmentum adhuc ſupereſt; habuit *Synodum* contra pſeudomonachos, de ſymbolo et apoſtolorum et nicaeno dubitantes; peccatum naturae humanae inſitum eſſe docebant, Adamum *natura immortalem* fuiſſe; repudiabant *Theodori* (mopſueſt.) expoſitiones.

Catholici.

Simeon, epiſc. betharſamenſis ab anno 510-525. cognom. Sophiſta Perſa; tres magos principes dicitur conuertiſſe; *Zenonis* henoticum admiſit. Ex epiſtola eius de martyribus *Homeritis* quaedam excerpſit *Aſſemanius* tom. 3. p. 342 ſeq. *Abramium*, presbyterum, Euphraſii, filium, laudauit in ea, quem *Iuſtinus* imper. ad *Alamundarum* miſit. Hic videtur eſſe Ἀβϱαμης *Photii* codice *tertio*. Supereſt epiſtola eius de *Barſuma*, epiſcopo *Niſibeno*, et de haereſi neſtor. in *Perſidem* inuecta, pag. 346. De *Iba* multa, p. 364. p. 352 ſeq. Epiſtola de martyribus Homeritarum, et regno *Indorum*, quomodo belli cauſſa chriſtianam relig. amplexi ſunt, pag. 359 ſeq. de *Adad*, *Elesbaan*, *Damiano*. (Haec coniungenda cum pag. 354. de mercatoribus romanis interemtis; de S. *Aretha*.) *Auctor* incertus chronici *edeſſeni*, quod perducitur ad a. 540., ab initio regni *Edeſſeni*. Operae pretium eſt hoc *chronicon* legere, tom. 3. Aſſemani p. 388. *Marcionis* ab eccleſia diſceſſum ponit anno Chriſti 138. *Iohannem Apameenſem* monachum hoc ſeculo recenſet *Aſſemani*, p. 430 ſeq. qui *aſceticas* ſcriptiones reliquit. *Iohannis Sabae*, 30. ſermones *aſcetici*; epiſtolae 48. *Iſaac*, niniuitarum epiſcopus, tandem vero monachus, (quem *Lambecius* et *Caue* putabant in *Italiam* veniſſe,

et prope *Spoletum* in monaſterio vixiſſe ſuo; ſuperſunt *aſceticorum* ſermonum libri 4. incertum eſt, an huius etiam ſit liber, de *cauſa cauſſarum*. *Abraham*, monachus in *Nephtar*, aut Nephrat, in Meſopotamia; auctor ſermonum Octo de monaſtica inſtitutione. *Georgius*, tagritenſis epiſc. cuius ſaepe meminit *Elias*, iacobitarum epiſcopus, in epiſtola apologetica, cur ad monophyſitas tranſierit; ſcripſit contra *Probum* et *Iohannem*, Philoponum, qui *quaeſtiones* oppoſuerant.

Tabula ſeculi ſexti.

Chriſti.

501. Seditio *Conſtantinopoli*, in ludis theatralibus. *Gundebadus* Burgundionibus leges mitiores inſtituit, ne Romanos opprimerent Gregor. turon. Codex ſupereſt. *Cabades*, rex Perſ. reſtitutus. *Romae* Synodus, vt plures putarunt, in cauſſa ſchismatis *Laurentiani*; Laurentium *Pagi* tamen anno demum 503. ſedem romanam denuo inuaſiſſe notauit. *Elias* hieroſol. dedicat templum Mariae, a *Saba* conditum; Cyrillus in vita Sabae c. 32.

502. *Synodus* rom. *tertia* ſub Symmacho; vt abrogaretur lex *Odoacris*, ne eligatur rom. epiſcopus ſine regis Italiae auctoritate. Aderant Epp. 65. et *Mediol. Rauenn.* cum presbyteris 36. *Anaſtaſium* imperatorem excommunicat, ob *Acacium*. *Chlodoueus* bellum *Britannicum* ſuſcipit; vrbem *Venetum*, *Nannetum* &c. ſibi ſubiicit. *Cabades* bellum contra Romanos inſtaurat; *Amidam*, monachorum aſtu, occupat.

503. Synodus *Palmaris*, (nomen eſt a loco; porticus baſilicae S. *Petri*, *palmaria*) ſeu quarta, Romae; ob repetitum *Laurentii* ſchisma; *Symmachus* abſoluitur. *Pagi* vterque; vid. *Launoii* Epiſt. 9. lib. 1. quem refutatum it *Natal. Alexander*. diſſ. 1. Magna fuit regis in hac cauſſa auctoritas. Aduerſarii ſcribunt librum: *aduerſus ſynodum abſolutionis incongruae*. *Ennodius* contra eum declamauit. De bello perſico hoc anno *Procop.* lib. 1. c. 8. 9. *Aeonio* arel. ſuccedit *Caeſarius*.

Synodus

Christi.

504. Synodus rom *quinta* et *sexta*; contra inuasores rerum eccles. sed huius tantum acta supersunt. *Theodoricus Sirmium* sibi subiecit; contra Magos quaestionem haberi iubet. A *Symmacho* Theodorus, aep. Laureacensis in prouincia *Pannoniorum* accepit pallium. *Thrasamundus* prohibuit ordinationes episcoporum catholicorum; tandem eiiciuntur in *Sardiniam* &c. episcopi, supra ducentorum numerum; quibus *Symmachus* (adhuc in Africam?) misit pecunias et vestes.

505. Pax seu induciae cum Persis in annos 7. *Sabinianus* contra Mundoum, seu Mundonem, getam, infeliciter pugnat. *Ioh. Mela*, alex. ep. haeretic. moritur; succedit Ioh. *Nicaeota.*

506. *Anastasius* imper. *Macedonium* patriarcham a synodi *chalcedon.* studio retrahere tentat; *Xenaiam* seu *Philoxenum* in vrbem arcessit; ob populi tumultus eum redire iubet; ipse non sine militum satellitio in ecclesiam &c. prodire ausus. *Theophanes.* Concilium apud *Visigothos*, *Agathense*, canonum tantum 48. *Alaricus* romanorum suorum ciuium in gratiam, collectionem legum e cod. *Theodos.* Nouellis &c. promulgat. (*Aniani* Breuiarium.) *Talmud babylonicum* hoc fere anno promulgatum.

507. *Chlodoueus*, moleste ferens *Arianos* tenere partem Galliarum, in *Visigothos* bellum mouet. *Aquitaniam* occupat &c. *Quintianus*, rutenorum ep. sub hoc tempus a *Gothis* fugit, ad *Aruernorum* episc. qui ei agros et vineas largitur. *Alaricus* rex in praelio occisus, cum paulo ante S. *Caesarium* ex exilio in sedem *arelat.* restituisset. *Anastasiopolin* seu castrum *Darae*, in finibus romanae et persicae ditionis, exstruxit Anastasius; etiam *longum murum*, Euagr. lib. 3, 38.

508. Anastasius *Chlodoueum* honore consulis seu *Patricii* affecit; *Gregorius* turon. lib. 2. c. 38. (*Pagi* illustrat aliis exemplis) per codicillos; itaque *diadema* gestauit &c. *Fulgentius*, fit rusp. episc. paulo post in *Sardiniam* cum aliis LX. epp. eiectus; bellum contra *Gothos* et Theodoricum, continuatum. (Vita S. *Seuerini*, agaunensis abbatis a Fausto monacho scripta, hic ibi in-

 ter-

Christi.

terpolata est.) *Genouefae* virginis obitus; regis britan. *Vther*, obitus, cui *Arthur* successit, si incertis anglicis histor. credimus,

509. *Alamundarus*, Sarac. regulus, Arabiam et Palaestinam inuasit; idem, qui tandem ad sacra christiana accessit p. 355. *Chlodoueus* Coloniae ditionem sibi subiicit, cuius regulum filius degener occiderat, Gregor. lib. 2. c. 44. Idem alios regulos opprimit.

510. *Anastasius* in Synoditas grauis est; *Iohanne alex.* iuvante, *Flauiano*, Antioch. concedente; *Vitalianus* itaque pro *Synoditis* bellum aut rebellionem parat.

511. Continuantur Constantinopoli turbae, ob (*Theopaschitarum*) additamentum trisagii; schismaticos verberibus eiiciunt orthodoxi ex ecclesia; *Seueri* epist. ad imperatorem. *Macedonius* ep. in exilium mittitur, quia tumultum ob trisagium non obscure adiuuit; ei *Timotheus*, minus bonae famae, suffectus. Synodus 80. epp. *Sidonensis* imperata, contra chalced. *Elias* hierosf. mittit S. *Sabam* ad imperat. *Occonomicae* quidam *Henoticum* susceperunt, Floret S. *Theodosius*, in monasterio prope Hierosol. qui in epistola ad imper. 4 Synodos 4. Euangeliis comparat. *Theodoricus* Hispaniam seu regnum Visigothor. ad nepotem Amalaricum transfert.

512. Nouus tumultus Constnopoli ob trisagium, praelatis euangeliis et cruce; *Vitalianus* imper. cum *Areobindo* appellatur; Theophan. *Alamundarus* baptizatur, Theoph. Concil. *Aurelianense* primum. *Chlodoueus* moritur; *Pagi* ad annum 514. n. 7 seq. Regnum diuisum inter 4. filios. *Gregor.* tur. lib. 3, 1. *Seuerus*, pulso per populum *Flauiano*, ep. *Antiochiae*; vita *Sabae*. *Euagr.*

513. *Seueri* synodicas *Elias* noluit accipere, S. Sabas legatos vrbe expulit, atque anathema *Seuero* dicit, ante sanctam caluariam. Vita S. *Sabae*. Itaque sede sua *Elias* tandem eiicitur. *Symmachus* confirmat diuisionem Prouinciae, inter arelat. et viennensem; respondet *Caesario*, arel. qui contra episcop. aquensem questus fuerat per legatos.

Symma-

Christi.

514. *Symmacho* succedit *Hormisdas* ep. rom. Itaque falsa est Hormisdae ad Remigium epistola, qua ei Primatum per *Chlodouaei* regnum contulisse dicitur; quia hic rex aliquot annis ante mortuus est. *Vitalianus* bellum mouit in Anastas.

515. Theodoricus filiam Amalasuintham despondet *Eutharico* in Hispania. *Hormisdas* ad Anastasium mittit legatos, *Ennodium* ep. et alios; scribit ad *Caesarium*, arel. episcopos Illyrici et Dardaniae ad sedem romanam se conuertisse. Monasterium *Acaunense* in synodo dedicatum, in *Burgundia*. *Macedonius*, *Hunnos*, *Sabaros*, in Armeniam irruentes, deuitans Gangris moritur. (De Euangeliis sub *Anastasio* non corruptis vid. *Pfaffii*, *Wesselingii* scriptiones; *Venema* exercitationes de vera Christi deitate pag. 71 seqq.)

516. Anastasius legatos mittit ad Hormisdam; *Vitaliani* conatus opprimit, fauore populi potitus. Monachi Palaestinae ferociter defendunt concil. chalced. Theophan. Concilium *tarraconense*. *Gundobadi*, regis burgund. obitus; successit *Sigismundus*.

517. Monachi in Syria, Maronitae, 350. ob chalcedon. synod. ab Acephalis occisi. Vid. libellus 24. Archimandritarum ad Hormisdam. *Eliae* hieros. in Arabiam relegato succedit *Ioannes*, per *Olympium*, Palaestinae praefectum creatus. Concil. *Gerundense* sub *Ioh.* tarracon. *Epaonense*, quod alii in annum 509. referebant. *Lugdunense*. *Dani* classe Gallias infestant, *Gregor.* turon. 3, 3. *Iohanni*, nicaeotae, alex. ep. succedit *Dioscorus*, *Aeluri* consobrinus, iunior, qui schismaticos vrbis in vnionem redigit. *Liberatus* c. 18.

518. *Timotheo* Constantinopolit. succedit *Iohannes* cappadox. *Anastasio*, cuius sapientiam *Procopius* laudat, succedit imperator *Iustinus*; lege lata defensor *chalcedon.* Concilii. In synodo Constantinopolitana *chalcedonense* concilium, Leo et *Macedonius* in diptycha referuntur, populo hoc poscente. Confirmantur illa gesta etiam in Synodo *Hierosolym.* et Tyria; *Seuerus* publice damnatur, et sede sua eiicitur; exules redire iubentur. Occiditur *Amantius*, eunuchorum princeps, cuius sub

Christi.

Aneftafio magna fuerat auctoritas, plures alii, quafi proditores, occifi aut in exilium miffi; *Marcellinus.* *Petrus*, apameenfis ep. dicitur blafphemaffe, (vid. pag. 388.) *Cabadis* filio *Chosroi* negata adoptio per tabulas, *odii* et belli tandem cauffa.

519. Pax ecclef. oriental. et occident. in defenfione chalcedon. fynodi; fed ita, vt *Acacii* &c. nomen Conftantinopoli deleatur; quod et factum. Gratulatoriae vtrimque epiftolae. *Hormisdae* epiftola ad *Germanum.* Monachorum *Scythiae* in quibus *Ioh Maxentius*, tumultus pro fententia *vnus e trinitate in carne crucifixus* eft, per tres annos. A legatis *Romanis* minus beneuole fufcepti *Romam* aliquos mittunt; *Hormisdam* *Iuftinianus* rogauerat, vt eos excommunicaret; a *Vitaliano* tamen et *Iuftinianus* in eorum partes tractus. *Seuero*, antiocheno fucceffit *Paulus* presbyter Conftantinopolit. *Diofcoro*, alex. *Timotheus*, qui Seuerum et Iulian halicarn. lubenter fufcepit Hi inter fe de *corruptione* et *incorruptione* litigant; *Phantafiaftae* hi, illi corrupticolae dicti; fuperuenerunt tertii, *Agnoetae.* Regnum *Weftfaxonum* in Britannia, a *Cerdico* rege.

520. *Vitalianus*, conful, Iuftiniani, qui riualem metuebat, ftudiis occiditur. *Epiphanius*, presbyter Conftantinopolit. fuccedit *Ioanni.* Continuantur litterae inter *Iuftinianum* et *Hormisdam*, de monachis Scythiae Concordia vtriusque ecclefiae de *Pafchatis* die. Monachi libellum fidei ad africanos in *Sardinia* epp. mittunt; refpondet *Fulgentius.* *Poeffor* epifc. afr. Conftantinopoli ad *Hormisdam* fcribit, de libris *Faufti*, epifcop. reg. vtrumque vehementiffime refutat *Maxentius.* *Olympici* ludi Antiochiae a *Iuftino* fublati.

521. Epiftola *Hormisdae* ad Synodum Conftantinopol. et ad *Epiphanium:* Hoc anno plura *Pagius* habet, de orthodoxia *Scythicorum* monachorum. Imperator contra *Hormisdam* tuetur nomina *Euphemii* et *Macedonii.* *Paulus*, antioch. abit ab epifcopatu; fuccedit ei *Euphrafius*, qui legum metu chalcedonenfe concil. fufcepit, licet ei antea infenfus. *Ennodius*, ticin. ep. moritur.

Tzathus,

Christi.

522. *Tzathus*, rex Lazorum, a rege Persarum deficit, Christianismum professus p. 351; *Homeritarum*, Indorum s. Aethiopum, Iudaeus, rex, p 354 christianis grauis; eum *Elesbaan* anno sequ. bello ideo adoritur. *Cabaon* in Africa prudenti sedulitate *Tirasimundo* superior est. *Procop.* vandal. 1, 8. *Euagr.* 4, 15. *Sigericus*, filius Sigismundi burgund. regis, nouercae studiis, iussu patris occisus; qui ad expiationem criminis, in *acaunensi* monasterio perpetuam psalmodiam instituit; quod Synodus confirmauit, episcoporum IX.

523. *Hormisdae*, rom. episc. succedit *Iohannes* I. Constantii fil. Lex *Iustini* de *Haereticis* et *Manichaeis*; in hos poena *capitalis* statuta. *Iudaei*, Samarit. et caeteri haeretici, *Ariani*, a magistratu gerendo excluduntur; exceptis *Gothis*, foederatis. *Thrasimundo*, Vandal. regi mortuo succedit *Ildericus* filius; qui episcopos reuocauit ex exilio. Concil. *iuncense* in Africa circa hoc tempus. *Fulgentius*, cui *Dacianus* byzac. primas id iniunxit, scribit 7. libros contra *Faustum*; Burgundiones tradunt regem suum *Sigismundum* Francis; in puteum cum vxore proiectus est. *Marius*; non defuit miraculis contra febrem patrandis, *Gregor.* turon. *Indictionibus* ab hoc anno vtitur *Marius* in chronico.

524. *Iohannes*, papa, a Theodorico Constantinopolin mittitur vt tria impetraret; 1) *Arianis*, qui ob legem superiorem ad catholicos accesserant, libera sint sacra. 2) Vt restituerentur eis ablatae ecclesiae; 3) ne quis in posterum cogeretur *Arianismum* eiurare; *Sandinus*. *Iohannes* Constantinopoli primum locum super patriarcham sumsit; et sacra publice romano ritu fecit. *Boethius* occisus; *Sigismundus*, burgund. occisus; *Chlodomer* Francus occisus a Burgundionibus; *Godomar*, *burgund.* a Francis reprimitur. Concil. *Ilerdense*, in hispan. etiam *Valentinum*. *Ioh.* Hierosol. moritur; ei *Petrus*, eleutheropol. successit.

525. Concil. *carthag.* sub Bonifacio, primate. Francici reges Chlotarius et Childebertus, Godomaro fugato, omnem Burgundiam occupant; Turonens.

Chriſti.

nenſ. 3, 11. *Symmachus*, patricius, cuius filiam *Boethius* habebat, occiſus, regis iuſſu. *Dionyſius*, exiguus, cyclum nouum annorum 532 componit, aera *incarnationis*, ab antiochenis, deſumta.

526. *Ioanni*, quem Theodoricus reducem in carcerem coniecerat, mortuo, ſucceſſit *Felix* 4, non ſine auctoritate *Theodorici*. Moritur *Theodoricus*, cui *Athalaricus* ſucceſſit; in Hiſpania autem *Amalaricus*, vterque Theodor. nepos. In terrae motu Antioch. epiſc. *Euphraſius* obruitur; ei *Ephraimius* ſuccedit.

527. *Iuſtino* mortuo, *Iuſtinianus* imperator ſuccedit (quem olim, ex falſa nominis lectione, quidam ἀναλφαβητον dixerunt; *Iuſtinus*, ſenior, ſic deſcribitur.) Sinchoato iam bello perſico. *Longobardi* in *Pannoniam* abeunt, in qua annis XLII. habitarunt; inde in Italiam. Bellum Francorum contra *Hermenfredum*, Thuring. regem; *Radegundis*, Bertharii quondam regis filia, a *Chlotario* captiua ducta, inde matrimonio iuncta; *Chlodomiri* filii a patruo *Chlotario* et Childeberto crudeliter occiſi, *Gregor*, turon. 3, 18. Concil. *Carpentoractenſe* in Gallia.

528. Alius terrae motus *Antiochiae*. Inde foribus inſcriptum: Chriſtus nobiſcum; *ſtate;* nouum nomen Theupolis. *Edictum* Iuſtiniani pro 4. Synodis. Sub hoc anno de laudibus Iuſtiniani, et legum eius vſu eccleſiaſtico, multa *Pagius* collegit.

529. Concil. *Vaſenſe*, 2. Arauſicanum 2. de geſtis *Synodi*, (de gratia et libero arbitrio) *Noriſius* lib. 2. hiſtor. pelag. c. 23. De *initio fidei*, (a nobis, an a deo) antea licitum erat varie ſtatuere; vt olim quaeſtio in *Africa*, de rebaptizatione. (Nempe acceſſit *externa* publica auctoritas, non noua et fortior doctrinae ratio.) *Fulgentius*, ruſp. epiſc. mortuus. *Codex Iuſtiniani* publicatur; e tribus codicibus, *Gregorii*, *Hermogenis*, (circa *Conſtant.* M. tempora) et *Theodoſiano*, collectus. *Tribonianus* tamen parum ingenue hic ibi verſatus fuit. Rebellio *Samaritarum*, qui regem crearant, in annum ſeq. continuata.

Felici

Christi.

530. Felici successit *Bonifacius* 2, qui Synodum *Arausicanam* istam confirmat, quod, vt fieret, mirum est patres istos flagitasse. *Ilderico*, regi vandalico, successit *Gelimer*. Synodus *Andegavensis*.

531. Synodus sub Bonifacio tertia Romae, ob *Stephani*, Larissensis ep. Metropolitae Thessaliae, appellationem. *Cabades*, persar. rex mortuus. *Amalaricus*, bello a Childeberto petitus ob *Chrodildem*, catholicam; occiditur. S. *Sabas* moritur. Alia publicatio codicis *Iustiniani* auctioris.

532. Bonifacio (qui in *synodo* de successore sibi prouiderat, contra canones,) successit *Iohannes* secundus. Coniuratio atque atrox seditio in Iustinianum. *Origenismus* per *Nonnum* et *Leontium*, byzant. latius propagatur; contra *Origenismum* Sabas iam anno 528. ipse Constantinopolin profectus; hoc a. est mortuus. *Collatio* catholicorum et *Seuerianorum* Constantinopoli pag. 386. S. *Sophiae* templum aedificatur.

533. Pax cum Persis, vt bello in Vandalos locus esset; classis in Africam medio Septembri; *carthago* post annos 95. recepta. Concil. *Aurelian.* 2, episcoporum 25. praesentium.

534. Papa approbat tandem phrasin: vnus *e trinitate* carne passus est, quicquid *Acoemetae* contra egerint. Bellum *Vandalicum* feliciter finitum. In triumpho Belisarius vasa *Hierosolymitana* &c. ostentat, quae Gensericus olim *Roma* abstulerat. Praefectus Praetor. Africae iam superiori anno restitutus a Iustiniano. Codex *repetitae praelectionis* editus. *Theodehatus* regi Athalarico successit. *Theodorico* Francico succed. filius *Theodebertus*.

535. Ioanni succedit papa *Agapetus*, Ianuario mense *Epiphanio* Constantinopolit. succedit *Anthimus*. *Iohannes* grammat. alex. *Philoponus* floret. Initium belli *gothici* in Italia, per annos 18. Concil. *Aruernense*, in Gallia. (Alii falso in a. 541. reiiciunt.) *Iustinianae* nouae vrbis episcopum imperator petit a romano ep. sedis apostol. *Vicarii titulo* augeri.

Agapetus

Chrifti.

536. Agapetus a Theodehato miffus ad Iuftinianum; is *Anthimum* loco mouet, et *Mennam* eius in locum ordinat. Iuftinian. *Agapeto* libellum fidei tradit. *Armena* ecclefia, in concilio, quod *Nierfes* patriarcha in vrbem *Theuim* conuocauit, vnam in Chrifto naturam ftatuit, ad Theopafchitas fecedens. Moritur Agapetus Conftantinopoli; cui *Siluerius* Simoniacus, per Theodehatum, fufficitur; *Anaftaf.* Concilium fub *Menna*, praefente Pelagio. Gotthi cedunt ditionem fuam in Gallia Francis. *Belifarius* romam recepit.

537. Bellum inter tres Francorum reges, *Clodildis* matris, precibus ad S. *Martini* fepulcrum, componitur. *Timotheo* alex. fuccedit *Theodofius* et fimul, populi ftudiis, *Gaianus*; hinc fchisma, inter *Gaiani* affectas, Aphthartodoc. et Theodofii, qui chalcedon. concil. tenebat, feu *corrupticolas* Encaenia S. *Sophiae* Conftantinopoli. *Siluerio*, ob fufpicionem fauoris in Gothos, per Belifarium eiecto, *Vigilius* fit rom. epifc. qui *Theodorae* duo auri centenaria promiferat, per Belifarii coniugem miffa. *Liberati* breuiar. c. 22. *Victor*, tunun. *Datius* mediolan. ep. Belifario Mediolanum ftudet tradere. *Gothi* romam obfident.

538. *Origeniftarum* turbae, per *Nonnum*, *Theodorum*, caefar. cappad. et *Domitianum*, Ancyranum; *Pagi* ex vita *Cyriaci* (*Pougeti* analecta) poft annum XL. reiicit. Concil. aurelian. 3. hoc concil. oftendit, annum a *Pafchate*, a *Martio*, inchoatum. *Siluerius* mortuus, cuius falfae Epiftolae feruntur.

539. *Vitiges* a Romanis captus *Theodeberti* exercitus Alpes iam tenens, *Belifarii* litteris acceptis redit. *Perfae* bellum in Romanos meditantur. *Mediolanum* a Gothis euerfum.

540. *Theodofius* alex. fede fua ipfe cedit, Conftantinopol. vt priuatus victurus; *Agnoetarum* iam fautor. Iam, poft *Siluerii* mortem, fubito in alium virum mutatus *Vigilius*, verus pontifex, Sancto Spiritu operante; folenni fidei profeffione deleuit, quae antea ad Theodoram *facrilege* fcripferat; *Pagi*. *Chosroes* Antiochiam capit et diruit. *Vitiges* regno deiectus a *Belifario*;

Vraiae

Christi.

Vraiae Gothi regis titulum offerunt, qui *Ildobadum* praefert.

541. *Evaricus* succeſſit Ildibado interfecto, atque poſt menſes quinque *Totila*. *Belisarius* ex Italia reuocatus contra *Chosroëm* mittitur. Concil. *Aurelian.* 4.

542. Reges Francici in Hiſpaniam bellum inferunt, *Vasconiam* et *Cantabriam* occupant; *Totila* S. *Benedictum* inuiſit. *Arthurus*, rex britannor. relinquit regnum *Conſtantino*, cognato ſuo. *Peſtis* ab Aegypto per totum fere Romanum orbem, hoc aut ſuperiori anno. *Feſtum purificationis*, ſeu *occurſus domini*, ideo quidam inſtitutum volunt; renouatum potius a Iuſtiniano.

543. *Synodus Gazae* contra Origeniſtas. Expugnat *Totila* Neapolin. Paulus alexandr. in exilium miſſus. Ad *Benedictum* mittit epiſcopus Cenomanenſis, archidiacorum et *Vicedominum* ſuum: vt regulam et aliquot monachos mittat. *Maurus* miſſus eſt cum 4. aliis. *Terrae motus* per plurimas prouincias. *Iuſtiniani* encyclica ad 5. patriarchas contra *Origenem*, in hoc fere tempus incidit.

544. *Vigilius* librum *Aratoris* (qui fuerat vir *illuſtris*,) accepit Romae. S. *Benedictus* moritur, menſe Martio. *Theodori*, aſcidae, conſilio *Iuſtinianus* edictum aduerſus *tria capitula* edit. Moritur *Ephraemius* antioch. epiſc. ſucc. *Domnus* poſtquam huic edicto ſubſcripſerat. *Pelagius* Conſtantinopoli Romam iam redierat.

545. *Vigilius* Auxanio arelat. pallium mittit; eum monens, vt *pro imperatoris* et *Childeberti* amicitia oret. *Gontharis* in Africa tyrannus, occiſus. Gothi *Romam* obſident; romanis *Vigilius*, qui iam in *Sicilia* haerebat, frumentum mittit. Eum *Iuſtinianus* ad ſynodum euocauerat, vt tria cap. damnaret.

546. Concil. *Ilerdenſe* in Hiſp. a *Pagio* in hunc annum collocatur. Tumultus Conſtantinopoli ob prorogationem *quadrageſimae*; ſub finem anni *Vigilius* proficiſcitur; rem iſtam bene illuſtrat *Pagius* ad a. 545. n. 7 ſeq. *Baronius* ad a. 545. n. 16 inepte admo-

Christi.

admonet, permisisse deum; vt *Iustinianus* in errorem de Paschate inciderit, quia rem sacerdotum sibi sumserit. Nam *Iustin.* non errauit de *Pascha.*

547. *Vigilius* initio h. a. venit Constpolin (cum nondum absoluisset *Facundus* suos libros, praefatio.) Itaque sub dispensatione aliqua consensit; *Synodus CNSPli* hoc aut potius sequenti anno, LXX. fere episcopp. Interfuit *Facundus*. Epistolae duae *Constantini M.* latine translatae a Iustiniano traduntur *Vigilio* *Totila* romam expugnat; clementia et prudentia sic vsus, vt mendacia omnino scribat *Gregorius* in *Dialogo*. *Theodeberto* in Francia succedit *Theodebaldus. Gregor.* turon. lib. 4. sic computat. *Origenistae* in Palaestina diuisi; *Neolauritae* monachos Firmini Laurae πρωτοκτιστας et tetraditas (tetratheitas) appellant; Firministae vero istos dicunt *ἰσοχριστους.*

548. *Vigilius* post synodum LXX. circiter epp. et parum ingenuas epistolas clancularias, *Iudicato* isto suo tria capitula damnat; *salua reuerentia* Synodi *chalcedon.* vt opinabatur. *Africani*, *Illyriciani* et occidentales a Vigilio dissentiunt omnes. *Rusticus*, Vigilii nepos, scribit contra eum; idem, qui latinam translationem synodi chalced. recensuit et emendauit ad codices vetustos. *Theodora*, postquam *Mennae* et *Vigilii* amicitiam restituerat, canceris plaga toto corpore perfusa, prodigiose moritur; *Victor* Tunun. Iustinianus *Francis* confirmat Galliarum partem, vt a foedere *gothico* eo facilius reuocarentur; Procop. 3, de bell. goth. 33. Coniuratio in Iustinianum, per *Artabanum*, ibid. c. 31. 32.

549. Synodus *Aurelian. quinta.* Episcopi *Illyrici* in *synodo* contra *Vigilium* tria capitula defendunt. *Abasgi*, christiani fiunt p. 353. *Petro*, episc. Hierosolym. succedit *Macarius*, Neolauritarum studiis. *Basnagius* ad hunc annum. *Tullensis synodus* hoc aut seq. anno. *Roma* a *Totila* capta, proditione Isaurorum.

Christi.

550. *Vigilii* epistola ad *Valentinianum*, ep. Tomorum; in qua meminit excommunicationis *Rustici* et *Sebastiani.* Astute *Iudicatum* suum recipit. *Africani* epp. *Vigilium* excommunicant; nec caedibus hic ibi pepercit. ineptus feruor in opinionibus tuendis. *Synodus Mopsuestiae,* in *diptycha* inquirit; *Theodori* nomen fingitur iam superiori seculo expunctum, eiusque loco *Cyrilli* inscriptum fuisse. *Victor*, capuanus, cyclum suum contra *Victorium* conficit. *Slabeni*, traiecto *Istro*, in romanas ditiones irruunt. Africani primates, *Reparatus*, *Firmus*; et episc. *Primasius*, *Verecundus*, veniunt Constantinopolin pro tribus capitulis, hoc et seq. anno.

551. *Theodorus* Ascidas, praelegit in palatio librum contra tria capitula. Edictum *Iustiniani* contra 3. capitula publice in ecclesia proditur; *Vigilius* assentientibus minatur excommunicationem; tandem columnas altaris fortiter amplectitur, vi inde abstractus. Libellus *clericorum* Italiae scriptus hoc anno p. 391. Concil. *parisiense* 2. Finis regni *Gepidarum*, quod. *Longobardorum* rex *Albonius* deleuit. *Iornandes* scripsit vsque ad hunc annum de rebus *Getic.*

452. *Totila* post cladem a *Narsete* acceptam occisus, cui Gothi *Teiam* sufficiunt. *Romam* Narses recepit. *Agathias* pergit in historia, vbi *Procopius* substitit. *Mennas* episc. *Constantinopol.* moritur. *Eutychius*, amaseae presbytet apocrisiar. succedit; cuius vitam scripsit *Eustathius*, acta SS. April. 6. *Armeniorum* noua aera. *Datio* mediol. successit *Vitalis.* Conueniunt epp. *Constantinopolin* ad *synodum* oecum. *Afros* epp. defensores capitulorum imperator exilio multat; aliis suffectis, non sine effusione sanguinis.

553. *Butilinus* et frater eius *Leutharis* in Italiam irruunt. Imperator, post multas lites, de Synodi modo, concilium oecum. indicit in diem 3. Nonas Maii. In diuali superest insigne fragmentum ex *Iudicato* Vigilii, quod verba continet, quibus tria capitula damnauit. Floret *Barsanuphius*, et S. *Simeon*, stultus.

Vigilius

Christi.

553. *Vigilius* in exilium missus, in *Proconnesum*. *Florentinus*, primus abbas monasterii *arelatensis* a *Childeberto* constructi. *Chrotildis*, Chlodouei M. vidua, moritur; vita seculo I. actor. ordin. *benedict*. *Theodebaldus*, Francor. rex, moritur; cui successit *Lotharius*, Theodeberti patris patruus, qui et viduam *Waltradam* duxit. Is in Saxones ad *Wisaram* et Thuringos bellum movit. *Waltradam*, quia clerici contradicebant, dedit *Garibaldo duci* Bauariae. Turonensis ipse *ducem* nominat. Fuit ergo et *Garibaldus* christianus.

554. Cleri romani precibus *Vigilius* ex exsilio redux; postquam approbasset *Synodum* quintam, per *Constitutum*. Monachi *nouae Laurae* aduersarii Synodi, eiiciuntur. Finis belli *Gothici*, ab anno 535. Terrae motus per multas prouincias. Synodus *metensis* forte; certior est *arelatensis* quinta; apud Visigothos *Agilae* succedit *Athanagildus*. *Teia* Gothus, perit.

555. In Sicilia moritur *Vigilius*, cui *Pelagius* successit quem *Iustinianus*, vt Romae iam dominus, Gothorum exemplo, confirmauit. Tumultus *Samaritanorum* et *Iudaeorum* in Palaestina. *Butelinus* periit.

556. Continuantur dissidia ob 3. capitula; romani autem episcopi dispensatione vsi anathema suspenderunt. *Pelagius* misit reliquias ad *Childebertum* regem; postea apud eum, missa fidei professione, se excusat, contra calumniam, quasi aliter sentiret quam *Leo*; nec mentionem facit *Synodi quintae*. *Chramnus* rebellis in patrem *Lotharium*. *Gregor*. turon. 4, 17. *Gubazi*, Lazorum regi succedit *Zathes*.

557. Terrae motus Constantinopoli; postea, pestis. Concil. *parisiense tertium*, cui interfuit *Samson*, episc. *dolensis* primus. *Cyriacus* anachoreta, mortuus.

558. *Hunni* (seu *Bulgari*,) et *Slaui* in Thraciam irruunt. *Ioannes* Silentiarius, mortuus in Laura S. Sabae. *Paulinus* aquileg. ep. synodum epp. *Istriae* pro defensione 3. capitul. habuit. (ex *Pelagii* epistola ad Narsetem.) *Childebertus*, rex mortuus; *Domnus*, Antioch. mortuus, successit *Anastasius*.

Pelagio

Christi.

559. *Pelagio* succedit *Iohannes* 3. S. *Syra*, virgo, quae a Magis, ad Christianos se contulerat, hoc anno a Magis reste suffocatur. Circa hunc annum *Theodemirus*, Sueuorum in Hispan. rex, sub quo catholica religio in locum *Arianae* prodiit. *Agathiae* histor. hic finis.

560. Interiit *Chramnus*, a patre viuus cum vxore et filiis crematus. Concil. *Bracarense*

561. Mortuus *Lotharius* seu *Chlotarius*, qui plura monasteria fundasse fertur, etiam illud S. *Vincentii*, seu S. *Germani* de *Pratis*. Filii quatuor superstites regnum diuidunt; *Gregor*, 4, 22. *Medardus*, etiam, episc. nouiomensis.

562. Coniuratio in *Iustinianum* detecta; eius et *Belisarius* credebatur particeps; sed paulo post honores cunctos recepit. Multi olim fabulam de mendico et caeco *Belisario* grauiter oggesserunt, cuius ante *Tzetzem* vix fit mentio. *Cassiodorius* floret. *Santonense* concil.

563. Incerti anni epistola *Nicetii*, treuir. episcopi, ad *Chlodoswindam*, Chlotarii filiam, *Alboini*, longob. regis, coniugem: vt maritum ex *Ariana* haeresi ad catholicos transferre studeat. Hoc anno mons tauretunensis in territorio Vallensi, subito castrum et vicos aliquot obruit; et 30 monachos, qui *aes fodientes* alia ruina opprimuntur. *Marius; Gregor*. 4, 31. *Eustachius* Hierosf. eiectus; rediit *Macarius*, qui *Origenem*, *Didymum* et *Euagrium* damnauit. Euagr. 4, 39.

564. Circa hoc tempus *Venantius Fortunatus*, ex *Italia* in Galliam venit; ex carminibus eius non pauca ad historiam faciunt· e. g. Epithalamium in *Sigeberti* regis, et *Brunehildis*, Sueuorum regis, *Athanagildi*, filiae, nuptias &c. *Gildas* scribit de excidio Britanniae; regulorum enim erant multa crimina.

565. Hoc anno *Iustinianus*, (*Iuliani*, Halicar. opinione imbutus,) edictum de *incorruptibilitate corporis* Christi emisit; *Euagr*. 4, 39. 40. cui statim et *Anastasius*, antiochenus, et *Nicetius*, treuirensis, se litteris opposuit; has tamen imperator non videtur viuus accepisse. *Eutychius*, Constant. per synodum imperatori deditam eiicitur; *Io-*

Christi

hannes, scholasticus, suffectus. *Mortuus* est *Iustinianus* mense Nouembri; successit *Iustinus*, iunior. S. *Columba* ex Hibernia cum 12. sociis in Britanniam venit, *Pictos* ad christ. relig, ducens. *Abares* ad Iustinum legationem mittunt, vt solita munera acciperent.

566. *Iustinus* edicto nouo pro fide dissensiones de 3. capitulis componere studet, seruato tamen ecclesiastico statu externo; *Synodum* non nominat, quaestionem de 3. capitulis inter adiaphora refert: *nemo* deinde *propter personas aut syllabas rixetur*. *Euagr.* lib. 5. *Iustini Nouella:* vt possit ex consensu coniugum dissolui matrimonium. *Victoris* tunun. chronic. ante hunc annum desinit. *Sigebertus* rex *Brunehildim*, postquam *chrismata* fuit, duxit; *Gregor*, 4, 27. Sororem alteram *Galsuintham* duxit frater *Chilpericus*; quam postea occidi iubet, amore Fredigundae Concil. *turonense* 2. Senatores quidam interfecti iussu *Iustini*, Euagr. 5, 2.

567. *Narses*, qui in Augustae offensionem incurrerat, ex Italia reuocatus, pessimo consilio. *Iustinus* imper. consobrinum suum, Iustinum alexandriae occidi iubet. *Athanagildus* mortuus; successit *Liuba*. *Charibertus*, rex, moritur; *diuisa* Francia in *Austriam; Neustriam* et *Burgundiam*. Concil. *Lugdun* 2, contra duo Episcopos.

568. *Longobardi* in Italiam irrunt; hoc omnino anno. *Alboinus* terras suas, *Pannoniam*, *Hunis* cedit. *Turcorum* legatio ad Iustinum, et *Iustini* ad *Turcas*; *Menander Protector*.

569. Liubae frater, *Leouigild*, regnum citerioris *hispaniae* accipit. Synodus *Lucensis*, sub rege Sueuorum *Theodemiro*. *Apollinaris*, episc. alex. (qui *Zoilo* eiecto 551. suffectus,) moritur; succedit *Ioannes*.

570. *Theodemiro* regi Gallaeciae succedit *Mirus*. Mortalitas boum per Italiam et Galliam, *Marius* auentic. *Anastasius* ep. antioch. sede sua deiectus; quia contradixit Constantinopolitano episcopo, ob ordinationem *Ioh.* alexandr. subrogato *Gregorio*. Hoc fere tempore deficiunt *Armeni* a Chosroe ad *Iustinum*, religionis causa.

Hoc

Christi.

571. Hoc fere anno *Macario* hierosol. secundo nominis, successit *Iohannes* Initium belli inter Romanos et Persas, quod *viginti* annis continuatum; ex inuidia, quod *Homeritae* miserant legatos ad Romanos &c. *Theophanes.*

572. *Alboinus*, *Rosemundae* consiliis, interficitur. *Gregorius* fit episcop. turonensis; in locum *Euphronii*. *Martinus*, dumiensis ep. floret.

573. *Ioanni* rom. ep. 3. succedit *Benedictus*, (aliis *Bonosus*.) Concil. *Parisiense* quartum; dissensio inter Francorum reges; quod ciuile bellum tres annos durat. *Gregorius*, qui postea episcopus romanus, hoc anno Praefecturam vrbis habuit; et, vt *alii magistratus*, *cautioni* de 3. capitulis *subscripsit*; lib. 3. epist. 2. ad *Constantium*. *Auarum* legatio ad *Iustinum*, vt *Sirmium* (quod *Gepidarum* olim fuit,) eis traderetur; *Menander*. *Iustinus* animo infirmus.

574. *Apamea*; *Daras*, a Persis captae; induciae in annum a Persis redemtae 45000. aureis; inde in tres annos. *Tiberius* hoc anno in consortium imperii adsumtus. *Samaritarum* tumultus; itaque *Simeon*, stylita Iunior, ad imperat. scribit; *Nouella* CXLIV, (non Iustiniani) *Iustini* contra eos. Persae in *Armenia* victi.

575. *Sigebertus*, Austrasiae rex per sicarios occiditur, iam antea *Longobardi* hic ibi in Gallias irruunt.

576. S. *Germanus* ep. paris. moritur; *Childebertus* 2. rex *Iudaeos* cogit ad suscipiendum baptismum, per *Auitum*, ep. aruernens. Post *Clebum* occisum Longobardi sub *ducibus* per decennium. *Brunehildin* *Meroueus* vxorem duxit.

577. Bellum romanorum contra Longobardos in Italia; Synodus *parisina* quinta contra *Praetextatum*. *Ioanni* ep constantinop. (cuius collectiones duas canonum habet *Iustelli* bibliotheca,) mortuo succedit *Eutychius*, qui antea hanc sedem tenuerat; cum hoc postea *Gregorius*, rom. diac. et apocrisiarius, de palpabilis carnis resurrectione disputauit. *Merouei*, fil. *Chilperici*, rebellio. Dissidium inter Hispanos et Gallos *de Paschate*; hi 14. cal. Mai. celebrabant; alii 12. cal. April.

 Antio-

Christi.

Antiochiae terrae motus, anno *Tiberii* 3. (*Caesareo*; aliter a. 580.)

578. *Benedicto* papae successit *Pelagius* 2; *Iustino* mortuo succ. *Tiberius.* Regnum *orientalium anglorum* incipit. S. *Martini* e sepulcro vna aquae guttula auget vinum in *vase*; *Gregor.* turonens. 5, 22.

579. *Chosroi* mortuo filius *Hormisdas* successit. *Synodus Gradensis*, pro confirmatione sedis metropolitanae, quam Aquileia *Gradum* transferri annuerat *Pelagius*, *Eliae* precibus. Cum Longobardorum in manibus esset *Aquileia* sacra supellex in insulam Gradum deportata fuerat. Nondum tamen episcopi *Istriae* 3. capitulorum defensionem deseruerunt Matrimonium *Indegundae* Francicae cum *Hermenegildo*; qui postea a patre deficit; *chrismatus* accepit nomen *Iohannis.* Synodus *Cabilonensis.*

580. *Eulogius* alex. patr. Ioanni successit; concil. *brennacense.* *Meroueus* a *Gaileno*, vt rogauerat, occisus, ne in patris sui manus veniret. *Marius* anno 578 fine, refert. *Chilperici* fil. Clodoueus a *Fredegunda*, nouerca, necatur cum *Audouera*, matre; *Basina*, huius soror, a famulis eius stuprata in monasterium truditur. *Austregild*, Guntramni vxor, quia moriendum fuit, praecepit vt 2 medici etiam occidantur. *Chilpericus* in *Sabellianismum* incidit.

581. Longobardi Neapolin obsident; *Marii* auentic chronicon finit. Bellum inter *Guntrammum* et *Childebertum.*

582. Synodus *Matisconensis* hoc fere anno. *Tiberio* succedit imper. *Mauritius.* *Eutychio*, patriarchae Constantinopol succedit *Iohannes*, ieiunator. *Chilpericus* rex *Iudaeis* conuertendis dat operam.

583. *Leouigild* persequitur catholicos, *Gregor.* 6, 38. Synodus *Lugdun. tertia.* Auares, praeter 80000. adhuc 20000. aureos annuos postularunt &c.

584. Hoc anno Gregorius, *Pelagii* nuntius, Constantinopoli redit Romam. *Chilpericus* rex, cultro occisus, cum *Riguntbis*, filia, *Reccaredo* in Hisp. destinata in itinere versaretur; haec Tolosae retenta. Moritur *Goswintha* vidua Leouigildi. *Mauritius* auro multo *Childeberti* contra *Longobardos*

Christi.

bardos auxilium credidit se emisse, sed facile hi istum placarunt, *Turon.* 6, 42.

585. S. *Maurus* moritur. *Hermenegildus*, Visigothi regis maior natu filius, occisus; inde inter martyres relatus. *Guntbramni* exercitus eam caedem vlturus a *Reccaredo* superatur. S. *Columbanus* hoc tempore in *Galliam* venit ex Hibernia. Initium regni *Merciorum*; itaque septimum regnum, seu Heptarchia in Anglo-Britannia. Synodus *Valentina* incerti, huius aut superioris anni; in qua filiae duae *Guntramni* regis laudantur. *Matisconensis Synodus* 2. *Chilperici* in locum *Gundobaldus* intruditur.

586. Rex *Autharis* inter Longobardos; *Leouigildo* successit *Reccaredus*; *Gregor.* 9, 15. *Pelagius* schismaticos episcopos ad vnionem reducere studet, variis epistolis. *Praetextatus*, episc. rotomagens. *Fredegundae* iussu occisus. Concilium *aruernense* tertium. In praelio contra *Persas*, *Philippicus* roman. dux imaginem, *Veronicam*, *θεανθρώπου*, militibus ostentauit, vt eo fortiores essent; *Theophylactus* lib. 2. *Tres* imagines manu non factae &c. *Pagi* h. a. Paulo post exercitus contra *Priscum* rebellans, sanctam imaginem lapidat.

587. S. *Radegunda*, regina moritur. Hoc anno (per occasionem aliam) adfert *Basnagius* duo impostorum exempla, qui in Gallia falsis reliquiis plebem et episcopos deluserunt.

588. Synodus *Constantinopolitana* in caussa *Gregorii* antioch. in qua *Ioh. ieiunator* nomen episcopi *oecumenici* sibi sumsit. Concil. *Toletan.* 3. epp. 72. *Reccaredi* iussu; (antea bis legationem ad *Guntramnum* miserat,) conuersionis suae ordinem et gentis confessionem exposuit. Tiberis Romam inundat. *Autharis* mittit ad *Garibaldum* bauar. pro filiae desponsatione. *Garibaldo* successit *Tassilo*.

589. *Pelagio* succedit *Gregorius* M. Concil. *Hispalense* I. item *Narbonense*. *Rudbertus* baioariorum apostol. non hoc seculo, sub *Childeberto* 2, sed fine sequentis, sub *Childeberto* 3, in Baioaria fuit.

Christi.

Christi *tunica inconsutilis* non longe ab Hierosolymis inuenta.

590. *Mauritius* filium *Theodosium* iubet coronari. Synodus *Romae* pro synodo quinta; schismatici ei non intersunt, sed habent *synodos duas*, contra eam, hoc aut seq. anno; ad *Mauritium* scribunt, qui *Gregorium* grauiter reprimit. Concil. *Pictauiense*, episcoporum vtriusque regni; ob tumultum monialium *Chrodield* et *Basinae*; Turonens. lib. 9, 39. lib. 10. *Childebertus* infeliciter in Longobardos bellum gerit; post *Autharis* mortem pacem rogantibus legatis impertit; vidua regina *Agilulfum* maritum eligit; qui regi succedit. Synodus *Autissiodorensis*, incerti anni. (alii a. 586 alii 578.) In eo canon 42. mulier *dominicale* habeat (super capite) cum communicat. Coniuratio Persarum in regem Hormisdam. *Ioh.* Biclar. chronic. desinit. *Pseudopropheta* in *Gallia* occisus, *Gregorius* lib. 10, 25.

591. *Chosroes*, iunior, in regnum romanis auxiliis (sequebatur exercitum episcopus Melitenes *Domitianus*)

592. restitutus; qui vouerat crucem auream S. Sergio, indicis lapillis obsitam &c. Vnde fabula de regis Christianismo; *dona* regis describit *Euagrius* 6, 21. Rusticus aliquis inter Arelatenses *Christum* se gesserat, *Maria* quadam assumta, quae deitatis partem haberet, *Gregor.* tur. 10, 25. Historia *Gregorii* anni 591. fine desinit. *Donatistae* in *Africa*, (episcoporum quorumdam permissu dicebantur tolerari) a *Gregorio* M. iubentur eiici, *Gregor.* lib. 2, ep. 33. et alibi. *Caesaraugustana* synodus 2. *Gregorius* contra *Mauritii* legem (ne milites in monasterium secedant) scribit, lib. 2. epist. 62. 65. lib. 7. ep. 11. de *Marca* de concordia lib. 2. etc.

593. *Gregorius* respondet *Domitiano*, melit. episcopo; nempe consilium episcoporum fuit, sacra christiana sic proferri posse. Legati *Childeberti* ad *Mauritium* auxilium contra *Auares* offerunt, auro emenda. *Mauritius* Euphemiae sanguinem, antea parum credulus, ipse experitur. *Euagrius* historiam suam absoluit. Mors *Guntramni* regis;

Christi.

gis; *Simeonis* iunioris, Stylitae; *Gregorius* etiam antioch. mortuus, post quem *Anastasius* restituitur.

594. *Dorotheus* archimandrita et *Ioannes Climacus* ad hoc videntur vixisse tempus. *Amos*, Hierosolym. episcopus. *Gregorii* lites cum *Maximo* Salonitano episcopo; et ob Pallii vsum in litaniis, cum *Ioanne* rauennatensi. *Basnage* a. 594. quaedam colligit ad historiam.

595. Concil. romanum, quo *Iohannes*, presbyter chalcedonensis contra Constantinopolitani patriarchae sententiam absoluitur. *Gregor.* lib. 5, ep. 15. *Turonensis Gregorius* videtur hoc anno mortuus. *Tassilo*, est dux Baioariae. *Ioh. ieiunator*, Constantinop. patriarcha moritur; successit ei *Cyriacus*. *Gregorii* querelae contra *oecumenici* ep. titulum; lib. 4. epistol. 32. sequentibus. Ideo cum *Cyriaco* communionem soluit.

596. *Augustinus* in Angliam missus; a *Gregorio* commendatus episcopo *Arelatensi, Lugdunensi* &c. *Childebertus* 2. hoc anno mortuus.

597. Aduentus Augustini in Angliam; paulo post in Galliam rediit, vt episcopus consecraretur.

598. Concil. *Oscense*, rege *Reccaredo*. Moritur *Fredegunda*, *Chilperici*, Neustriae, vidua. *Anastasius*, senior, episc. Antiochen. mortuus. (*Sinaitae* Anastasii sunt libri XI. in Hexaemeron; ὁδηγός &c.)

599. Concil. *Barcinonense*. *Priscus* contra Chaganum *Singidonem* mouet. *Pace* vix in annum facta; fluuius *Ister* terminos Romanorum et Auarum dirimit.

600. Concil. *Romanum* tertium seu quartum pro monachorum fauore. Epistola *Gregorii* ad *Serenum* episc. Massiliensem, contra *imaginum* venerationem; lib. 7. item *Gregorius Eulogio* alex. respondet, contra *Agnoetas*.

Finis seculi sexti.

ERRATA.

P. 49-53. inſcriptio debebat eſſe: *de ſcriptoribus.* P. 70. C. III. leg. C. IIII. P. 78. Caecilius, adde *Cyprianus.* P. 96. linea penult. ſpe; adde *inflatus.* P. 142. interfuiſſe, lege *interfuiſſet.* P. 143. in qua, lege *quo.* P. 151. Alexandri Zelum, lege *Alexandrum.* Ibid. in codice, lege *ex* cod. P. 155. Gregorius. lege *Georgius.* P. 187. ſubſtant. trin. lege *conſubſtant.* P. 190. Maxentium, lege *Auxentium.* P. 197. Honoria, lege *Placidia.* P. 217. anthropomorphit*as.* P. 224. Ennodius, lege *Euodius.* Ibid. quinque epp. lege *epiſcopi.* P. 225. deſtitutos, lege *deſtitutum.* P. 231. in accuſatiuo, Alexandrum, Dionyſium, Origenem. Ibid. Idem (*Cyrillus*) in epiſtola. P. 249. hic anathem. eos. P. 251. aduerſus epiſcop*os.* P. 253. Proclo alex. lege *Conſtantinopolitano.* P. 260. ſe contulit; adde ſignum). P. 263. momentis, lege *monumentis.* P. 265. in Synod*os* poteſtatem. P. 267. actorum *vtrimque.* P. 270. a perpetuo *exitio.* P. 323. Hieron. adde *eam.* P. 334. et Flauiano, lege *Flauianus.* P. 355. luci, lege *lucos.* P. 390. E*u*phraimius antioch. *tandem.* P. 397. intellig*at.* P. 399. pro 333. lege 373. P. 401. auctor *vitae* S. Hidulphi. P. 402. *inceſtas.* talis *tres* leg. *ter.* Angliae fine, lege *de* fine. P. 406. vt presbyteri, lege *et.* Et pauca eius generis alia.

14210 270F Tom. 1
Se5B
Semler, J. S.
Historia Ecclesia
270F
Se5B
14210

T3-CBT-542